www.libtool.com.cn



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

VLYSSIS

ALDROVANDI

PATRITII BONONIEN.

HISTORIÆ

SERPENTVM ET DRACONVM

LIBRI DVO.

BARTHOLOMÆVS AMBROSINVS
Simpl. Med. in Patrio Bononienſi Gymnaſio
Profeſſor Ordinarius,.

Necnon Muſæi Illuſtriſs. Senatus Bonon. & Horti publici
præfectus ſummo labore opus concinnauit.

MARCVS ANTONIVS BERNIA BIBLIOPOLA BONON.
proprijs ſumptibus in lucem edidit.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO D.
D. FRANCISCO
PERETTO
ABBATI PRINCIPI EXCELLENTISSIMO.

HIERONYMVS BERNIA F.

PRODVCIT suas hìc tibi Serpentes VLYSSES ALDROVANDVS, hoc quo Physiologorum omnium longè optimus vnus. Sunt quidem Serpentes, non tamen ictu veneficæ, non morsu lethales, non sputo, vel halitu tabificæ, non aspectu exitiales, quales Afris arenosa gignit Libya; sed innocuæ, cicures, fructuosæ: quia illas Sapientia in Musarum viridario, Apollineo gramine enutriuit. Et licet omnes, vt Scytale multiformibus circumuestitę coloribus, singulari rerum, & eruditionum varietate ad miraculum præfulgeant; nihilominus in obscuro humi reperent, liuoris infectæ cœno; ni te (Præsul Amplissime) Musageten respicerent, qui circummulcentium anguium familiam suo fouere patrocinio non aspernetur. Eruditissimus auctor iampridem magnanimum PERETTÆ gentis Leonem suis litterarijs obsequijs ad

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

officia non vulgaris erga ſe amoris, & beneficentiæ demulſerat, Cardinali ALEXANDRO Patruo tuo Purpuratorum Phœnici dicatis, & ab eo liberaliſsima manu exceptis Ornithologiæ libris. Mox ab Aldrouandi fatis, Marcus Antonius parens meus, per illuſtrem I. C. Franciſcum Angelellum inclyti tui nominis religioſiſsimum cultorem obtinuit; vt alterum de Quadrupedibus digitatis eiuſdem Auctoris opus, ſub auſpicatiſsimo nomine tuo euulgaret. à prolixiore tui in patrem amoris argumento, animaſti filium (humaniſsime patrone) ad renouandas hoc pignore vtriuſque ſeruitutis vindicias, quibus agnoſcent exteri, poſteriq; te nobis eſſe optimum Mecœnatem, qui ſęculi ingenijs, vt ſalutare ſidus affulgeas. Fatemur equidem (Princeps beneficentiſsime) palamq; profitemur, è profluentibus liberalitatis tuæ nimbis, quos in egenorum, merentiumq; ſinus effundis; nos illud in te verum comprobaſſe, quod fictum veteres de Luerio Celtarum duce prædicarunt, tui ſcilicet currus veſtigia aurũ, & beneficia mortalibus procreare. Hæc dum attentiore meditaremur animo, neminem cogitauimus inter præſtantiſsimos huius æui Heroas, cui deberemus æquiùs, quàm tibi iſtos Aldrouandi ſingularis doctrinę viri de Serpentibus commentarios, quos tibi iam dudum ſuos fecerat veteris clientelæ ratio, publicis auctoris noſtri monumentis atteſtata. equidem arctiſsimo tibi ſeruitutis nexu obſtricti haud valemus verbis; nedum reapsè explicare quo cultu, & ardore veneremur diuinæ tuæ virtutis genium; in hono-

ris

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ris ſacrario iam tibi infulas, tibi faſces, & purpuras pleno ſinu deferentem. Sunt (fateor) in tua familia proceres, qui Cæleſti tiara in Terris induti ſceptra in gentes, in animos imperia tenuere; quorum vt nomina celebramus, ſic numina veneramur. Sed eorum vetus gloria, quam Orbis Chriſtianus grata recolit memoria, ab hodierno heroicarum tuarum virtutum iubare ſplendorem recipit, nullà fortunæ nouercantis caligine obtenebrandum. glorioſum Nepotibus à maiorum ſanguine ampliſsimis honorum titulis cunas illuſtrari; at longè glorioſius proprios alienis inferere, ſuiſque meritis ad exempla poſterorum in æui luce reſplendere. Fortuna tua (ſapientiſsime Princeps) in eminenti eſt; quia in conſpicuo virtus, quia vtraq; ſine ambitione micat, magniq; animi ſemina ſpargit, in æternitatis ſolo ſolidæ gloriæ trunco inhæſura. Dum verò hoc typorum volumen, quod nobis Aldrouandi exoticarum rerum diues Muſæum ſuggeſsit, dignitatis tuæ aris appendere decreuimus; quid aliud agere tecum viſi ſumus, quàm æs diſſoluere, ex obligatione precedenti contractum? fallor (humaniſsime Patrone) nominis nouationem fecimus à nomine tuo famam operi nundinati. Excipe igitur illud ſolito ſerenitatis vultu; protege ſolido auctoritatis ſcuto; foue aperto humanitatis ſinu. Sic tuæ ſuccreſcenti ad maximos gloriæ apices virtuti propenſiùs applaudemus. Vale.

Bononiæ iij. Non. IXBR. CIↃ IↃ CXXXIX.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Summa Priuilegij Sacræ Cæsareæ Maiestatis.

PRiuilegio Sacræ Cæsareæ Maiestatis cautum est, ne quis aliquam Historiarum Vlyssis Aldrouandi Bonon. quæ agunt de Animalibus, & per consequens etiam de Serpentibus, & Draconibus, vel in parte absque voluntate, & proprio Authoris, aut eius Hæredum consensu, intra decennium, à die, quo absolutum fuerit volumen inchoandum, recudat, aut alibi recusam vendat, sub pœna, quotiescunque deprehensus fuerit, priuationis omnium librorum, & decem marcharum auri puri, prout latius patet in dyplomate Cæsareo dato in Arce Regia Pragæ, die prima Aprilis, Anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono.

Rodulphus Imperator.

Rodulphus Coradutius.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium Io. Barnitius.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

BARTHOLOMÆVS AMBROSINVS

BENEVOLO LECTORI SALVTEM.

HOMINEM alienis natum esse commodis, in confesso omnibus esse arbitror: ideo facere non possum, quin grauiter peccare asseuerem eos, qui scientiam summo conquisitam studio, sedulaque labore partam condere nituntur; cum hoc praclaro animi munere, manifestò abutantur. Quemadmodum vicissim innumeros laudum buccinatores merentur, qui admirabili rationis vi, & intelligentia referti, hoc prædiuinum naturæ munus agnoscentes, nihil intactum relinquunt, vt iuri litterarum indies faueant. Inter hos autem praclarissimus, & immortalis fama Vlysses Aldrouandus iure merito recensendus esse videtur; qui tanto, & prapotenti Dei dono insignitus, docendo, atq; scribendo (ita enim ciuilis vita societas inter homines conciliatur) non mediocri ætatis suæ studiosis, posterisq; adiumento fuit; cum non solum opera ab ipso viuente conscripta vitalibus auris commiserit; verum quoq; icones conscribendorum incisas Illustrissimo Bononiæ Senatui legauerit; vt tantorum virorum tutela, atq; nutu, omnes tandem rerum naturalium icones suis adornatæ historijs in manus hominum venirent. Itaq; librorum numerum ab ipso promulgatorum, titulis breuiter explicatis, Lector curiosus intelliget. Docuit primò Insectorum, Crustaceorum, & mollium animantium naturam; deinde Ornithologiam tribus distinctam tomis publicauit (cum libri Piscium, necnon Quadrupedum solipedum, & Bisulcorum posthumi fuerint.) At deinceps cura reliquorum componendorum operum ab Illustrissimis, & Prudentissimis Bononiæ Senatoribus mihi demandata, duobus ab hinc annis, historiam Quadrupedum digitatorum peruigili concinnatam labore, ope tamen Hyacinthi fratris mei, iconibus in Musæo inuentis addidi. Pariterq; in præsentia icones Serpentum, & Draconum descriptionibus graphicè exornatas promo in publicum, vt, Deo dante, ad alia opera non pauca euulganda accedere valeam. Vale candide Lector, erratisq; facile condona, cum non ex mente, sed ex properante calamo, vel ex incuria Typographi dimanasse deprehendas.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

AB informi Chao Vlyſſis Aldrouandi ingenium, ſtudiumuè Excellentiſſimi D. Bartholomæi Ambroſini in hanc formam, ſpeciemuè tractatum de Serpentibus, & Draconibus eduxit, opus ſanè incredibili eruditione refertum, & improbo labore probè elaboratum mihi viſum eſt, numeriſq; abſoluriſſimum. In quo nihil mutandum, nihil delendum, corrigendum, aut expoliendum nihil, & non cenſura, ſed laude dignum omni dubio, omni aſſentatione procul iudicatur. Celſa illius, & plauſibilis doctrina non modo ad vſum cum magno Studioſorum fructu, & emolumento ſufficiet, ſed in ſtuporem, in miraculum vſq; procedet. Hoc tanti Doctoris iudicium feci, cuius (faxit optimus Deus) vlterius in dies progrediatur calamus; verum interim præſens opus mandandum prælo iure optimo fore cenſeo, & ſubſcribo.

Ego D. Octauianus Finatius Cler. Reg. S Pauli, & Sacræ Bonon. Pœnitent. Rector pro Eminentiſs. ac Reuerendiſs. D. D. Card. Archiepiſc. Bonon.

OPus hoc de Serpentibus, & Draconibus Illuſtriſs. D. Vlyſſis Aldrouandi omni eruditione refertũ, ac ſingulari labore Excellentiſs. Bartholomæi Ambroſini elaboratum, atq; omnibus vtiliſſimum vidi ego Infraſcriptus, vel libentiſſimè, & quia in ipſo nihil reperi, quod fidei, ac bonis moribus repugnet, ideo typis dari poſſe in commune bonum cenſeo,

Ergo Imprimatur

Fr. Hieron Onuph. Sac. Theologiæ Doctor Collegiatus, ac Sanctiſs. Inquiſitionis Conſultor pro Reuerendiſs. P. Mag. Paulo de Garrexio Inquiſitore Bononiæ.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

VLYSSIS ALDROVANDI PATRITII BONON·

B SERPENTVM, ET DRACONVM HISTORIAE.

Liber Primus.

C

ORDINIS RATIO.

PHILOSOPHORVM princeps, & communis præceptor Aristoteles cum in historia animalium non immeritò scriptum reliquerit Serpentes ad animantia sanguine prædita referendos esse: non à ratione alienum esse arbitratisumus, post exaratam cunctorũ quadrupedum historiam, Serpentium, & Draconum naturam, & mores, omni solertia, monimentis mandare: non solum vt huius immodici laboris coronide, animalium irrationaliũ opus adornemus, sed etiam quia, si quadrapedum nonnullorum natura homini adeò improba, & exitiosa est, vt armati homines ad eorum venationem accedere cogantur (quemadmodum nuper in postremo digitatorum quadrupedum tomo euulgatum fuit) Serpentium etiam mores ità sunt noxij, & humanæ naturæ adeò refragantur (dentibus enim, & veneno obsunt) vt ad eos superandos, & interimendos non venatio, sed interdum pugna formidabilis sit ineunda. Legimus enim in historijs Indorum, quòd Venatores, ad expugnandos colubros immensæ magnitudinis, exeuntes, prima facie Ducem constituunt, cuius nutibus cæteri obtemperare possint, exploratores in speculis disponunt, hostem prouocant, insidias abdunt, per saltus pedites præmittunt, campos apertos, & loca plana equitum alis muniunt, signa tandem prædæ, & victoriæ, tùm clangore tubarum, tùm strepitu cornuum manifestant. Hanc itaq; Draconum, & Serpentum Historiam in duas distribuere classes decreuimus, in quarum altera de Serpentibus vulgò dictis pedibus carentibus tanquam notioribus primò disseremus, in altera verò de Serpentibus magnis, & interdũ etiam pedatis, Draconibus nuncupatis verba fient. Quamuis Authores non proletarij hæc nomina Draconum, & Serpentum sæpè sæpius confundere videantur; veluti in progressu huius operis manifestarium euadet.

D

www.libtool.com.cn

DE SERPENTE IN GENERE.

Cap. Primum.

ÆQVIVOCA.

CVM hoc nomen (Serpens) apud Latinos non sirum sit extra omnem ambiguitatis notam; prima fronte nostra interierit id ab omni æquiuocatione eruere. Nam aliquando Serpens est participium deductum à verbo Serpo, indicatq; illud omne, quod longiùs, & latiùs serpit, atq; diuagatur. Alioquin est nomen substantiuum promiscui generis, comprehenditque omnia animantia terrestria, quæ gradiendo se non attollunt, sed humi repunt; etiamsi quatuor sint insignita pedibus, vt Seps, & Salamandra, atq; etiam multis pedibus prædita, vt Scorpio, & Scolopendra. Quare perperàm reprehenditur à nonnullis Cornelius Celsus, qui semel inter Serpentes, Scorpios, & araneos cõnumerauit. Plinius etiam Salamandras Serpentes nuncupauit. Immò apud aliquos Pediculi cognominati fuerunt Serpentes; cum scripserint nonnulli Pherecydem Syrum Pythagoræ præceptorem Serpentibus perijsse, & tamen morbo pediculari confectam fuisse liquido constat. Græci quoq; ἑρπιστικὰ, καὶ ἑρπετὰ non solum appellarunt ea animalcula, quæ Serpentium more, repunt, vt vermes, sed etiam paruas quadrupedes, quæ breuioribus innixæ pedibus serpere quodammodo videntur. Etenim ἕρπων in Græcorum scholijs; quamuis propriè gressui Serpentum, & vermium comperat; attamen Pedestribus etiam lentè incedentibus conuenire videtur. Hinc ἑρπετὸς reptilis dimanat: quod vocabulum propriè Serpentes, sed impropriè Lacertos, Scorpiones, & cætera huius generis parua animalia comprehendit. Aliter nomine Serpentis intelligendum est animal sanguineum, & ouiparum, quod citra vsum pedum, & tantùm vi cõstarum repit; in quo sensu acceptum fuit ab Aristotele in libris de Generatione animalium, & à Galeno in libro de Theriaca ad Pisonem. Hic autem intellectus nostræ historiæ magis est consonus. Nisi testante Plinio Serpens pro vna tantum specie, vt ἔχις apud Græcos, nempè pro vipera sumitur, quod præstitit Oppianus, quando de congressu murenæ, & Serpentis verba fecit. Cæterùm est aduertendũ, quod Serpens in hoc significatu sydus etiam cœleste denotat, quod ab Ausonio inter septentrionalia sydera collocatur. dum canit.

Seps, & Salamandra Serpentes dicuntur.

Quibus nominibus Græci angues vocent.

Lib. 29.

Idyll. 13.

Ad Boreæ partes Arctis iunguntur, & anguis.

Interdum Serpens à Poetis pro quocumq; animali venenato vsurpari solet, quod præstitit Virgilius, quando scripsit.

Eclog. 4.

Occidet, & Serpens, & fallax herba veneni
Occidet, Assyrium vulgò nascetur Amomum.

Per metaphoram postea Serpens nuncupatur homo malignus, & qui insidijs illecebris, vaniſsimisq; commentis cæterorum mentes decipere conatur: propterea Christus apud Mattheum, Phariſæos Serpentes appellauit his verbis. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ*, & paulò inferius. *Serpentes genimina viperarum.* Pariter hoc vocabulum ὄφις, quod apud Græcos Serpentem indicat, ambiguitate nõ caret. Primitus viri cuiusdam proprium nomen est, cuius meminit Eustathius; deinde nomen fluminis in Ponto regionem Colchorum alluentis, vt Arrianus in Periplo Ponti Euximi attestatur. Amplius

Cap. 23.

Serpens nomen Viri, & fluminis.

www.libtool.com.cn

A plius ab Hesychio pro pisce sumitur, & apud Aratum pro sydere ophis legitur, apud quem griphus est huius generis: Quænam eadem sint in Cœlo, in terra, & in mari, ibiq; respondeatur, Serpens, Vrsus, Aquila, Canis, & Lepus, ad id autem alludens Reusnerus in Paradiso poetico loquitur hunc in modum. *Serpentes, Lepores, Vrsos, Aquilasq;, Canesque, Terra simul, simul, & Pontus, & Aether habet.* *Serpens est piscis, & sidus.*

Insuper ὄφις quamdam capitis affectionem significat, quæ aliter ὀφίασις in Medicorum scholis exponitur: fitq; quando capilli primùm extenuantur, postmodum certis spatijs ad similitudinem Serpentis decidunt, qui affectus ad alopeciam est referendus. Apud Cælium Rhodiginum ὄφις legitur Pericarpium, Armilla, seu brachiale ornamentum, nec præter rationem, quoniam in modum circuli, vel Serpentis brachium stringit. Demùm ὄφις muliebre capitis ornamentum designat, quoniam crines lubrico implexu in modum serpentum fastigientur, quod ornamentum Statius Papinius suggestu comæ indigitauit.

B

SYNONIMA, EORVMQVE ETYMVM.

HOC animal Serpentis nomen mutuauit ab occultis accessibus, quibus serpit, cum non apertis passibus prògrediatur. Festus tamen deriuat hoc vocabulum à verbo græco ἑρπύω, itaut in latina versione littera S. pro aspiratione addatur; quemadmodum ἑξ, quod verbum latinè sex exponitur. Nomen hoc (Serpens) tam masculini, quàm fœminini generis animantia omnia, quæ repunt citra vsum pedum complectitur, vel quæ tam exiguos habent, vt repere potius quam pedibus incedere videantur: quamuis lacertæ, & cæteræ huius generis bestiæ ventre, & pectore reptantes non Serpentes, sed potius repentes dicendæ sint. Olim Serpens à Priscis vocabatur Serpula, si Festus veritatem assecutus est. Alioquin vocatur etiam Coluber, quia in lubricos tractus flexibus sinuosis labatur: nam lubricum nuncupatur, quicquid dum tenetur, facilè labitur. Alij deducunt etymum à verbo græco κολόβουρος. Verùm hoc nomen apud Authores classicos non legitur: significat enim id, quod cauda est mutilum, & si aliquid de huius vocabuli origine dicendum est: aliquem à chelydro, vel chersydro Serpente, nõ magna litterarum mutatione, Colubrum deducere potuisse pronunciandum est. Alij à colendis vmbris Colubrum cognominarunt, quod etymum respiciens Virgilius sic canit. *Serpentes, Lepores, Vrsos, Aquilasq;, Canesque, Terra simul, simul, & Pontus, & Aether habet.* *Serpens nomen promiscui generis.* *Colubri etymum.*

Aut tecto assuetus Coluber succedere, & umbræ. *L. 3. Georg.*

Idem Baptista Mantuanus repetit hoc carmine.

Sæpè latet molli Coluber sub graminis umbra. *In Bucol.*

Quamuis Priscorum multi Colubrum pro Serpente, & vicissim Serpentem pro Colubro acceperint: Alij tamen pro specie peculiari, nempè pro Serpente domestico; Alij D pro Serpente potissimum aquæ Colubrum intellexerunt. Ideoq; Theophrastus scripsit hydrum stagnis exiccatis marcescere, & Theodorus Gaza pro hydro colubrum transtulit. Pontextus quoque de hoc verba faciens, tradidit Colubrum esse callidiorem omnibus alijs; nam accedit ad aquas, vt se refrigeret, & venenum deponat. Præter hoc nomen (Coluber) apud probatos authores legitur, & Colubra, quæ pro Serpente fœmina vsurpatur. Victorius tamen per cæcas ventris Colubras non Serpentes, sed alui lumbricos intellexit. Prædictis synonimis additur anguis, quoniam Serpens ita cognominatur, cum sit quasi angulosus, ferè semper plicatus, & nunquàm rectus conspiciatur. Estq; promiscui generis veluti Serpens, verùm fœpiùs in masculino genere interdum in fœminino à Varrone vsurpatur. Immò in casu auferendi, angue, vel angui inflectitur. Est quoq; nomen generale non minus quàm Serpens; & licet Seruius hoc vocabulum ad Serpentes in aquis tantummodo degentes traxerit: tamen de terrestribus etiam dicitur. Præterea Celsus Serpentem, & anguem idem esse animal attestatur his verbis. *Serpentium quoq; maxime non vnius distantem curationem desiderant, quam* *Lib. 5.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

uis in illa multum Antiqui variarunt, vt in ſingula genera anguium, ſingula medendi genera præciperent. His addamus Vuottoni viri doctiſſimi ſententiam, qui Serpentem, anguem, & ὄφιν pro ſynonimis accepit, nec præter rationem, nam alij multi anguem Serpentem, & Colubrum ſynonima eſſe conſtituerunt nixi clariſſimorum virorum authoritatibus. Etenim Virgilius libro ſecundo Aeneidos, cum ibi angues nominaſſet, paulò poſt Serpentes appellauit. Idem libro ſeptimo Aeneidos memorans Alecto furiam, quæ Serpentem in ſinum Amatæ iniecerat, primò anguem, deinde Colubrum vocitauit. Ariſtoteles quoq; in libris de hiſtoria Animalium, vbi nominat ὄφεις Theodorus Gaza vertit angues, & vetus quidam interpres Serpentes exponit.

Thyrus quid denotet. Amplius Serpens vocatur etiã Thyrus, & quamuis Thyrus præcipuè ſignificet viperam, vt multi autumant, nihilominus Thyrus pro Serpente ſimpliciter apud Albertum paſſim legitur, & ratio eſt (vt opinamur) quoniam θηρία, ex Dioſcoride, dicuntur beſtiæ venenatæ, quæ morſu, vel ictu venenum relinquunt: hinc θηριακὰ φάρμακα medicamenta, quæ venenatorum animalium morſibus, virus profligando, medentur; vnde θηριακὴ; nempè ἀντίδοτος antidotus aduerſus omnia venena efficax, quæ ex multis ſimplicibus, & viperarum carnibus concinnatur. Appellatur etiam echydna, quod vocabulum viperam ſeminam propriè indicat. Verùm Ouidius id pro hydra ab Hercule occiſa vſurpauit his verſibus.

Lib. 3 faſt.

Sanguine Centauri Lernææ ſanguis Echydnæ
Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat.

Idem Ouidius pro quocumq; Serpente hoc vocabulum poſuit, quando ſcripſit.

L. 9. metamor.

Pars quoq; Lernæ Serpens eris vnus Echydna.

Tandem Draco pro quouis etiam Serpente apud Authores non ſpernendos legitur. Græcè ὄφις, & hodie apud græcum vulgus, vero nomine corrupto, ὀφίδι pronuntiatur. Hoc nomen deprimitur παρὰ τὸ ὄπτω, vel ὄπτομαι, nempè video, vel quia Serpens inter cæteras animantes acutiſſimè cernat, vel quia oculis apertis ſomnum capiat. Cretenſes (referente Heſychio) ὄφιν δίψαδον nuncuparunt. Aliter Heſychio ἀργὰς, vel ἄργας dicitur, nec præter rationem, nam Dores, maximè verò Argiui ἀργᾶν τὸν ὄφιν indigitarunt. Nonnulli voluerunt hoc eſſe Serpentis epitheton: cum ἀργὸς albus, interdum piger, & otioſus, & quandoq; celer per antiphraſim exponatur. Timarchus autem Rhodius non κατὰ γλῶσσαν, ita Serpentem vocari, ſed quoddam ſerpentis genus eſſe autumat. Verùm quidem eſt, quòd aliquibus authoribus ἀργὰς, vel ἄργης ſerpentis quædam ſpecies eſſe fertur, ſed poſtea quænam ſit, & quibus cõditionibus gaudeat, non exponitur. Hippocrates etiam meminit Serpentis, qui Arges dicitur his verbis. *Adoleſcens quidam multo meraco poto, ſupinus in habitaculo quodam dormiebat. Huic Serpens Arges appellatus in os ingreſſus eſt, & cum ſenſiſſet, & loqui non poſſet, dentibus ſtridit, & Serpentem deuorauit, & dolore magno tenebatur, & manus protenſas adhibebat, veluti qui ſtrangularetur, & conuulſus moriturus eſt.* Verùmtamen ex hoc ſermone Hippocratis nõ poteſt elici, quenam Serpentis ſpecies per Argen intelligenda ſit. Satius igitur erit, ex Pauſania, atteſtari nomen hoc eſſe generale, & quemeumq; Serpentem comprehendere: etenim ipſe Mercurium argiphõtem appellauit, quia ὀφιοκτόνος, nempè Serpenticida fuerit. Prædictis addamus, quòd Demoſthenes ἀργὰς fuit cognominatus, quoniam longè omnium mores Serpentinos habuerit. Præterquamquòd multi Authores græci ἄργην pro ὄφιν ſcribunt; Serpentes tandem apud Nicandrum κνώδαλα vocitantur: Scholiaſtes tamen ibi abuſiuè dici tradit, ſiquidem κνώδαλα in proprio intellectu nuncupantur πα θαλάσσια, nempè maritima animantia, παρὰ τὸ κνυῦσθαι ἐν τῇ ἁλὶ; ideſt quoniam in mari moueantur. Cæteri autem poetæ græci hoc vocabulum etiam pro beſtia terreſtri vſurparunt.

Lib. 5. de morb. popul.

Mercurius cur Argiphontes dictus.

In Theriacis.

Nomina hebraica.

Hebraicæ voces Nachaſch, & Schephiphon Serpentem deſignant: quamuis nõnulli ſcribant ſchephiphon eſſe ſpeciem Serpentis à ſibilando ita nuncupati. Leuiathan verò ab aliquibus Serpens aquatilis exponitur. Alioquin Thaninim hebraicè, & Thaninaiah Chaldaicè Dracones, & Serpentes indicat, quam vocem Moſes adhibuiſſe dicitur, quando coram Pharaone virgam in Serpentem tranſmutauit. Arabicè, & potiſſimum apud Auicennam Haie pro Serpente legitur. Id confirmat Andreas Belluenſis; quando Haie, ſeu Hadare nomina Serpentibus communia conſtituit. Hiſpanicè Sierpe. Gallicè vn Serpent. Germanicè Ein ſchlang, nomine forſan ab angue detor-

C. 7. Exod.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A to. Italicè Serpe, & Serpente: licet aliqui ſcribant *Scorzone* eſſe nomen genericum, omneſq; comprehendere Serpentes. Bononienſibus Biſcia. At Teſtuh, Tenſtu, Ageſtim, Apartias, Aruſſi nomina sũt barbara, quibus Syluaticus ad Serpẽtes ſignificãdos vtitur.

DIFFERENTIÆ.

SI diſcrimina Serpentum proſequamur, aduertendum eſt, hæc animantia inter ſe paruitate, & magnitudine, colore, loco, odore, noxa, & tandem aſpectu, alijsq; accidentibus diffidere. Ratione primi (poſtpoſita magnitudine, & paruitate, ſexum reſpiciente; ſiquidem Serpens mas fœmina ſemper minor eſſe dicitur, vt etiam in cæteris ouiparis cõtingit) pronunciamus primò ſerpentes admodum paruos inueniri. Scribit enim Gaudentius Merula, quòd in plaga ſeptentrionali, ineunte æſtate, multi
B Serpentes parui ſecus radices quercum, & aliarum arborum inueniuntur, qui ſuum regem criſta inſignitũ, more apum, cognoſcunt, & venerantur: quo occiſo, totus grex Serpentum fugit. Paruum etiam Serpentem ſtabulari circa Theſſaliam notat Vincentius in Speculo naturali, qui ſola voce animalia interimere dicitur; immò ipſo conſpecto, viperæ, & cæteri Serpentes illicò fugæ ſe committunt: ibiq; verſari etiam paruum, & hirſutũ Serpentem, quem Incolæ ſacrum vocãt. Viciſſim in regionibus calidioribus, angues admiradæ magnitudinis viſuntur: huius autem miræ auctionis cauſa eſt humiditas calida, ſi verum ſcriptis mandauit Ariſtoteles. Propterea alibi idem Philoſophus ſe inteliexiſſe narrat in Africa vaſtos verſari angues, qui ad homines deuorandos triremem aggredi non reformidant: immò ibi viſa à nauigantibus oſſa boum, quos à prædictis Serpentibus abſumptos fuiſſe multi opinantur. Quamobrem Sueſſanus in Commentarijs ad Ariſtotelem, inter prædictos Serpentes connumerandum eſſe illum exiſtimat, qui occiſus fuit ab Attilio Regulo Romanorum Conſule in primo bello punico, quod bellum non multò poſt Ariſtotelis ætatem conſectus fuit. Illeautem Ser-
C pens apud Bragadam fluuium propè Africanum littus cum magna totius exercitus conflictatione fuit interemptus; cuius poſtea corium longum pedes viginti ſupra centum Romam aductum fuiſſe recitat Gellius. Neq; id magnopere demirari debemus, cum ſcribat Poſſidonius (referente Aeliano) in loco *Macra* nuncupato Serpentem mortuum iugeri longitudine ſpectatum fuiſſe, & tanta craſſitudine, vt equites ex vtraq; parte animali adſtantes ſe inuicem intueri non poſſent. Immò, teſte eodem Aeliano, Alexander in nauigatione maris rubri Serpentem longitudine quadraginta cubitorum conſpicatus eſt. Item Serpentum trigĩta cubitorum meminit Pauſanias. In ſylua etiam proxima *Sabo* permagnos Serpentes, nempè ſexdecim, octodecim, & viginti pedum longitudinem ſuperantes verſari aſſeuerat Cluſius, quos Incolæ coercere non reformidant. Nonne Portus Indoram Rex (authore Strabone) vt Auguſtum, & honoribus, & muneribus proſequeretur, Serpentem decem cubitorũ, teſtudinem trium, & perdicem Vulture maiorem ad eum deferri curauit? In Malabar Serpentes aſpectu horribiles octonum pedum eſſe multi hiſtoriographi referunt, qui diuturno pue-
D rorum aſpectu, ſine malefici, delectati, eorum tandem amore capiuntur; quocirca Scaliger huiuſmodi angues pæderotas nuncupauit. Hi iacentes anguilina eſſe facie dicuntur, ſurgentes verò illam adeò dilatant, vt ad humanam effigiem proprius accedere videatur. Inſuper Carolus Cluſius in Exoticis, pellem Serpentis peregrini longam nouem pedem (pedes romanos delineat) & capite ſubſequenti Serpentem octo pedes romanos longum deſcribit; quos cuiuſnam ſint generis pronunciare difficile eſſe arbitratur; quandoquidem, ex Aeliano, multa, & varia ſunt Serpentum genera, quorum ſpecies omnes perſequi infinitum foret. Nihilominus hunc poſtremum in illorum genere eſſe collocandum Cluſius putat, quos idem Aelianus pigmentis diſtinctos, & verſicolores indigitauit, magnitudine tamen inferiores ijs, qui in India ſexdecim cubitorum eſſe feruntur. Vidimus & nos eorum Serpentis Indici, apud magnum Hetruriæ Ducem, duodecim dodrantum, nempè pedum nouem, latitudine præſertim in medio vnius dodrantis. Vnde nulla admiratione teneri debemus, ſi Gillius ſcripſerit in Caleuthe Serpentes magnitudinẽ ſuum adæquare: quamuis hanc immodicam auctionem aſſequi

Lib. 20. c. 11.

In lib. de long. & breu. vita. Lib. 8. de hiſt. An. c. 28.

Corium Serpentis longum pedes 120.

Lib. 9. cap. 9.

In Curis poſt. Lib. 15.

Lib. 5. cap. 18.

cap. 19.

Lib. 17. c. 11.

www.libtool.com.cn

aſſequi dicantur, quia nemo illis inſidias tendere audeat: cum edicto regio cautum E
ſit, ne quis has beſtias offendat. Etenim qui Serpentem confecerit, non minus acerba
Lib. 9. cap. 10. morte punitur, quam ſi hominem necaſſet. Nemo igitur impoſterum deridebit Aelianũ
ſcribentem in nouo orbe Senegæ Serpẽtes tã vaſtos pandere hiatus, vt capitas integras
deglutire poſſint, immò tauros, vt retulit Textor. De magnis Serpẽtibus, qui plura intel-
ligere cupit, petat Diodorũ, Lucanũ, & Strabonẽ, qui incredibilia ferè de his referunt.
Huius generis fortè illierant Serpentes, qui Laocoonta vnà cum Antiphante, & Tym-
L. 2. Aeneï. bræo filijs interemerũt: ideoq; Virgilius nõ iniuria hos immenſis orbibus angues nun-
cupabat. In tertia parte hiſtoriæ Indię Luſitanicæ legitur, quòd ibi non longè à mari, va-
ſti reperiuntur Serpentes, ferè ſemper in fluminibus degentes, quorum magnitudo à
cibo arguenda eſt; quandoquidem ceruos integros deuorare dicuntur.

Ratione coloris, quem in ſerpentina cute licet obſeruare: primitus notandũ eſt co-
rium anguium aliud eſſe lene, aliud aſperum. Siquidem iuxta caput S. Auguſtini, Ser-
pens obſeruatur, quem Hiſpani à ſono Caſcauellam, quaſi tintinnabulum vocitant;
Lib. 7. de ver. var. c. 29. hunc q; ſonum inde oriri opinatur Cardanus, quia corium ſquamis duris, & mobilibus F
ſit armatum: cum veriſimile ſit per magnos Serpẽtes duris ſquamis tamquam tot clype-
ris munitas in motu corium concutiendo non leuem ſtrepitum edere. Præterquam-
quod intuentibus ob colorum diuerſitatem, magnam admirationem incutiunt, cum
nigro, candido, cinereo, rubro, & guttis diſtincto colore pellem refertam habeant.
In regione aquilonari nõnulli huius generis Serpentes varijs coloribus inſigniti vagan-
Lib. 17. c. 2. tur; Sed horum maior copia, ex Aeliano, in India generatur. Vittis enim à capite ad
Lib. 2. hiſt. Amer. caudam pertingentibus alijs aereis, alijs aureis, alijs argenteis conſpicui peſtifero mor-
ſu celerrimè interimunt. Item Andreas Teuethus in Inſula murium nuncupata, an-
gues pulcherrimè coloratos recenſet: alios enim rubeſcentes, cum ſquamis verſicolo-
ribus; alios tantùm viridis ad inſtar foliorum lauri enumerat. Virides Serpentes apud
Heſychium Sauritæ nominantur, fortè quia viridi lacerto aſſimilentur, qui Græcis
σαυρὸς appellatur. Huius etiam generis angues apud Valleſianos verſantur, quos à
colore *Grunling* cognominant, ſed Geſnerus illos perquam venenatos eſſe intellexit.
Tandem ſcribit Nicander colores Serpentum pro diuerſitate locorum variare: Pro- G
pterea ex Plinio vulgatum eſt plerosq; Serpentes illius Soli colore eſſe decoratos; ſub
quo ſingulis annis occultantur.

Lib. 2. cap. 14. De differentijs à loco petitis, conſulendus eſt Ariſtoteles, qui in hiſtoria Anima-
lium, poſt examinatam piſcium naturam, Serpentes ad animantia ſanguinea reducit,
Differentiæ Serpentiũ ratione loci. illoſq; in terreſtes, & aquaticos diſtribuit, deinde horum maximam partem terreſtem,
exiguam verò aquatilem, nimirum amnis incolam eſſe docet. Item maris etiam indi-
genas Serpentes eſſe ſtatuit, qui non in altiſſimis gurgitibus, ſed in locis parum pro-
Lib. 3. cap. 24. fundis verſantur: quorum de natura, & ſpeciebus in hiſtoria piſcium vbertim actum
fuit. Demum terreſtrium variæ aſſignantur ſpecies: ſiquidem alij locis planis, alij mon-
toſis delectantur, alij in latibulis, & ſecus radices fagorum, & quercuum libenter de-
gunt, vt Drynus. Alij ſolum falſuginoſum amant, vt Dipſas. Alij tandem ancipitis ſunt
naturæ, vt Cherſydrus, qui partim loca aquoſa, partim loca arida colit: ideoq; huius
Lib. 2. obſer. cap. 4. generis Serpentes amphibij ſunt appellandi. Ad rem narrat Bellonius ſe in Abydeno
portu obſeruaſſe quoddam Serpentis genus interdiù in mari viuens, noctuq; ad Con- H
tinentẽ, quietis cauſa, progrediens; cuius pellis ruber color in leucophæo refulgebat.

Odor inter hæc Serpentum diſcrimina non eſt ſpernendus; cum ſint inter Serpen-
Differentiæ ratione odoris. tes, qui moſcati ab odore cognominentur, quemadmodum Serpens Aeſculapij, qui
Bononienſibus *biſſa angela* dicitur, eſtq; duorum generum, vt ſuo loco exponetur.
Verſatur etiam in Cypro Serpens, quem incolæ *Cuffo* ſuo idiomate indigitant (ſunt qui
aſpidem ſurdam dicunt, quia vno menſe ſurdus, & altero cæcus obſeruetur) hoc ani-
mal eſt venenoſum capite magno, & corpore exoſſe, & vbi agnum cepit, integrum
vorat, deinde arborem petit, cui tandiu corpus affricat, donec oſſa deuorata detru-
dat; hoc igitur quando moritur gratum moſci odorem ſpirat.

Si contemplemur nocumentum, quod ab huiuſmodi beſtijs dimanare ſolet, Serpen-
Lib. 9. cap. 10. tes, in nocuos, & innocuos diſtribuemus. De innoxijs legimus apud Aelianum in In-
ſula Hiſpaniola magnos verſari Serpentes, ſed tam mites, vt nullam hominibus noxam
afferant. Alij generantur in India, quibus natura nullam mordendi poteſtatem cõceſ-
ſit,

www.libtool.com.cn

A fit, dentibus enim carent. Item habetur in prima parte Chronicorum Peru, quod in montibus vrbis *Cuzco* Serpentes immanes, & innocui dimagantur; cuius rei hanc Indirationem reddunt; nimirum cum olim fuisset Yngæ Regis multi Duces cum exercitu ad montes exierint, vt illos subiugarent, Serpentes montium incolæ maiorem exercitus partem interfecerunt. Vnde quædam anus Regi pollicita est se velle cantionibus huiusmodi Serpentes soporare, itaut Duces vnà cum militibus illàc innocuè transire valerent. quo peracto, illi Serpentes impostorum innocui redditi sunt. Quod figmentum, vel fabulam esse opinamur. Nicander quoq; in Theriacis inter Serpentes innoxios moluros reponit his versibus. *Serpentes aliqui innocui. cap. 96.*

Plures reptilium, quæ non ita noxia forma
Per densas habitant syluas, per opaca; iustra,
Quos Elopes, Libyasq; coronatosq; Myagros
Dicunt, sunt iaculis insignes, suntq; moluri.
Sunt cæci; alq; sed nescia ledere turba.

B Lonicerus hos Serpentes quasi cauda gradientes interpretatur, & plura de his apud Authores nō leguntur. Μολυρὶς enim vox est æquiuoca: nam scholiastes Nicandri moluridas locustis similes esse scribit; idem notat Hermolaus in Corollario de locustis. Aristophanes tamen hoc vocabulo bestiolam inter molas nascentem appellat. Alioquin apud Hesychium μολυρὸς est μόλις ἑρῶν, scilicet ægrè vrinam reddens. Reliqui verò Serpentes ob venenum pestiferi esse creduntur, in sexu masculi plus veneni habent, licèt quidam viri docti fœminas maribus deteriores esse censeant. Senes iunioribus maiori veneni copia redundant. Deinde magni paruis (dummodo sermo fiat de eadem specie) venenosiores dicuntur. Amplius famelici saturis. Item irati, & audaciores, & venenosiores euadunt. Sunt & qui solo halitu inficiant: tradit enim Pomponius Mela, circa Rhymdacum amnem Bithyniæ conterminum, angues generari immanes, qui sæpius apricantes hiant, & superuolantes aues halitu inficiunt, quas postea cadentes absorbent. *Moluri qui Serpentes.* *Halitus anguium nocans aues.*

Ad finem si meditemur aspectum, & reliqua ipsum concomitantia. Primò maxi-
C mam in oculis anguium differentiam inueniemus: quoniam alij habent oculos prægrādes, vt Serpentes Libyæ, alij paruos, locustisq; similes, alij referti sunt oculis sanguineo, vel luteo colore suffusis, alij tandem acutissimè cernunt, alij obtusæ sunt visionis. os etiam angues inter se discriminat: quandoquidem seps, & marinus Serpens aeuto ore donati sunt, lato ore est Parus, vastum verò Serpens libycus ostentat. quidam cono in vertice tanquam cristula decorantur: vnde scribebat Aelianus, sicuti Ceruus cornibus fœminæ præstat, & Leo iuba Leænæ antecellit, & mas cicadarum voce, ita Serpens masculus crista exornatus à fœminis distinguitur: quamus postea id in omnibus speciebus veritatem non attingere constet. Hoc quidem verum est aliquos Serpentes à natura cornibus fuisse donatos: quoniam in aspide duo supra oculos calloſa tubercula visuntur, quæ maiorem in oculis cauitatem efficiunt. Alij vnum tantùm cornu habent, vt vipera monoceros, quæ in Histria generatur, Cerastes bina cornua, alij quadrigemina gerunt: hac de causa non est doctrina Alberti explodenda, vbi Serpentes vnicornes, bicornes, tricornes, & multicornes, enumerat. Cæterum aduertendum *Lib. 16. c. 62.* *Serpentum aliqui cornua habēt.*

D est, quòd Serpentum cornua non dura, & cornea, sed potius carnea, vel calloſæ quædam eminentiæ apparent. Propterea Vitriacus, in historia Orientis, Serpentum cornibus instar arietis munitorum meminit, quibus instar flabelli motis, homines verberāt. Neq; prætermittendi sunt angues alati, qui aluntur in monte Regnū Senege à Malabaris diuidente. Hi solo afflatu, vel etiā intuitu homines proprius accedentes interimunt. Postremò si species vltimas inuestigemus. Nicander, referente Lonicero, duas anguiū species supra viginti enumerat. Hæ autem sunt Vipera, Aspis, Cerastes, Hæmorrhous, Sepedon, Dipsas, Chersydrus, Amphisbena, Scytale, Basiliscus, Drynus, seu Chelydrus, vel Hydrus, Draco, Cenchrynes, Ascalabus, Elopes, Libyes, Myagri coronati, Aconties, Typhlopes, & Moluri.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

FORMA ET DESCRIPTIO.

OMNIA ferè corporis membra lacertis valdè ſimilia Serpentes habent: etenim lacerta demptis pedibus perbellè Serpentem æmulatur. Verùm ſi prima facie contemplemur caput; illud non eiuſdem figuræ, & qualitatis omnibus ineſt: nam quibuſdam caput eſt leue, alijs graue, alijs latum, alijs anguſtum, alijs album, alijs nigrum, alijs flauum, alijs coloribus varijs inſignitum. Tandem alij illud adeò velociter in vtramq; partem vertunt, vt intuenti bicipites, vel anphicephali videantur. Præterea Serpentes habent omnia ſenſoria cæteris animalibus ſimilia, nimirum nares ad olfaciendum; oculos ad videndum, aures ad audiendum, ſed hæ non eminent, quemadmodum neq; in auibus, ſed foramina tantùm apparent: vnde ſcribebat Plinius pennatorum animalium Buboni ſolum, & Oto plumæ veluti aures ſunt, cæteris ſunt cauernæ ad audiendum, quas intuemur in Serpentibus. Meatus etiam narium ante os habent, ſed non ita explanatos, vt nares appellari poſſint; ſufficit enim vt ſpirandi munere tantummodo fungantur. Palpebram ſuperiorem non mouent ſicut neq; aues, ſed inferiore tantùm conniuent; & oculis ſunt durioribus quàm aues. Cæterùm quamuis inter Serpentes cæcula Serpens luminibus priuus recenſeatur: hoc inter tot anguium ſpecies admirationem afferre non debet, quandoquidem inter tot animalia quadrupeda talpa etiam oculis caret, licet in illa, ad mentem Philoſophi, ablata pelle, locus oculorum appareat. Amplius ſerrati dentes his animalibus aſſignantur: ſiquidem Plinius tradit illos dentes vocari ſerratos, qui pectinatim coeunt, ne contrario occurſu attemperatis, veluti in Serpentibus, piſcibus, & canibus obſeruatur. Item collo carẽt. Hinc Porta non immeritò eliciebat angues aduerſus colli ægritudines, & ſignaturam, & prærogatiuam habere. Quamuis poſtea ceruicem non eãdem in omnibus, ſed latam in Cherſydro, & anguſtam in Sepe intueamur. Deinde cortice tanquam pelle Serpentes teguntur, quoniam Ariſtotelis ſententia fuit animalia nõ pennata ouipara cortice munitis cum viuipara pilis exornentur. Itaq; animalia ouum enitentia etiam ad mentem Plinij, aut pennas, aut ſquamas, aut teſtam, aut corticem, aut puram cutem induunt. Meatus excrementorum, ſeu podex propè extremitatem caudæ in quibuſdam Serpentibus, velut in vipera, & hæmorrhoo fœminis conſpicitur: in maribus verò in loco altiori, & ventri proximiori obſeruatur. Tandem cauda omnium Serpentum eandem non ſortitur formam; quandoquidem vipera fœmina caudam ex carnem, & ſquamis duriuſculis aſperam gerit. Dipſas gracilem, & nigram habet, reliquo corpore albicante. Immò in alijs Serpentibus breuior, in alijs longior, in alijs hirta ſquamis eſt, quemadmodum in deſcriptione peculiari cuiuſcumq; Serpentis docebimus.

Senſoria Serpentum qualia.

F

Ouipara animalia quo tegantur.

G

ANATOMICA.

AB extimarum partium deſcriptione, pedetentim ad penitiores partes anguium explorandas accedemus. Primitus caput Serpentis oſſe vnico tegitur coni retuſi figura, ſicuti aſtruit Cardanus. Immò ſi hoc oſſe oculorum foramina natura non inſculpſit, quod ideo factum eſt, ne facile læderentur, dum humi ſerpunt. Dentes habent ſerratos, & acuros, quemadmodum paulò ante in deſcriptione huius animalis fuit exaratum: ſed, vt notat Edoardus Vuot, duo ſunt in ſuprema parte dextra, leuaq; longiſſimi, tenui fiſtula, inſtar aculei Scorpionum perforati, per quam poſtea venenum, data occaſione, eiaculantur. Lingua Serpentum tenuis longa, atroq; colore refecta eſt; ideoq; longius protrahitur: in ſummitate verò eſt biſida, & ſecundùm nonnullos piloſa, ſeu potiùs exilis inſtar pili, vt in capite de lacertis fuit explicatum. Plinius linguam Serpentum triſulcam vocauit, quia tanta celeritate illam vibrant, vt triplicem linguam exerere videantur. Sub lingua in quibuſdam cuticula inuenitur, quę tanquam veſicula dentes operit, in qua venenum occultatur, quod poſt-

H

Lib. 2. de verũ var. c. 29.

Lib. 6. de differ. Anim.

Lingua ſerpentũ qualis.

modum

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A modum mordendo per cauitatem dentis communicant. Cor exiguum longum, & figuram renum repræsentans postremæ adhæret arteriæ, & natura valdè calidum est: ob hanc causam tradebat Galenus Serpentes inter cæteros animantes maxima audacia esse refertos. Arteria est admodũ longa, & iuxta os, suam trahit originem, itaut sub lingua esse videatur: immò linguæ quodammodo videtur præminere, quia ipsa contrahitur, neq; eodem loco, vt in cæteris animalibus, permanet: Hæc postea defertur in pulmonem, quo angues, ad differentiam piscium, vtuntur: quocirca notabat Plinius Serpentũ, & piscium omnia esse similia, præter pulmonem, quem natura Serpentibus, & non piscibus largita est: cum pisces loco pulmonis, branchias adhibeant. Hic pulmo simplex est fibrosus fistulis diuisus, prælongus, fungosus, & cordi non multùm proximus. Lingulam verò, quam Græci ἐπίγλωττιδα vocant, arteriæ superpositam angues non habent, sed ipsum meatum ad libitum, modò contrahunt, modò laxant, idq; præstant, ne aliquid in pulmonem dilabatur. Ventriculum habent Serpentes veluti amplum intestinum canino similem, nempè angustum, & figuræ longæ. Intestinum verò spiris B carens tenue, & longum ad meatum vsq; excrementorum protrahitur. Nam interanea Serpentum partibus internis lacertorum similia sunt, sed viscera propter longitudinem, & angustiam corporis ita longa, & arcta sunt, vt vix à se inuicem dignosci possint. Iecur igitur longum est, & simplex, lien exiguus, & rotundus, qualia viscera etiam in lacertis obseruauimus. Fel, præter natricem, in omnibus Serpentibus, intestinis adhæret, & nigro quodam, liquidoq; excremento refertum est, sicuti in vipera fœmina nuper conspicati sumus. Hoc excrementum, in comparatione ad corporaturam animalis, est valdè copiosum: quare meritò tradebat Plinius Serpentes, nec non pisces copioso felis excremento redundare. Vesica, & renibus Serpentes carere notat Aristoteles, veluti, & alia, quæ pennis, squamis, & cortice integuntur, præter testudinem. Hoc autem inde nascitur, authore Vincentio in speculo naturali, quia humiditas anguium, sicut & auium pauca est; ideoq; in squamas, quoad Serpentes, & in pennas, quoad aues degenerat. Amplius vim fœtificam natura his animalibus velut, & piscibus impertita est, cum pene, & testibus careant. Scripsit enim Aristoteles eos pene C carere, cum non habeant crura, nam hic à cruribus originem habere dicitur. Testes verò propter corporis longitudinem non sunt sortiti, sed meatum, more piscium, obtinuerunt: quandoquidem propter longum iter genitura facilè refrigeraretur, & infæcunda cuaderet. Hoc sæpè ijs contingere solet, qui longo pene à natura sunt donati, quamobrem infæcundi reddantur; cum semen ob mentulæ longitudinem refrigeratum infæcunditatem pariat. Verùm loco prædictarum partium genitalium, natura his animantibus binos cõmunicauit meatus, qui à septo orientes latus spinæ ab vtraq; parte perreptant, & vtrumque supernè iuxta spinam iunguntur, atq; ita ad os excrementi finiunt. Hi meatus, tempore congressus, humoris fœtifici pleni conspiciuntur, attrituq; mutuo candidum semen effluit, quemadmodum in historijs piscium fuit memoratum. Mammæ in anguibus non obseruantur, quia lac non habent, cum in ouo lacteus ille cibus ingenitus contineatur. Vulua, seu vterus, ex sententia Aristotelis, in omnibus Serpentibus bifidus videtur prolixior ab vno inferiori meatu ad vtrumque spinæ latus deductus, in quo oua generantur; indeque continua quadam serie D exire solent. Circa ossa anguium docet Aristoteles hæc esse naturæ spinarum: quare spina dorsi illis, ritu piscium, inest. Vertebræ cartilaginosæ, & flexiles sunt, sicuti natura horum animalium exposcebat; nimirum vt quoscumq; motus, & corporis flexiones facilius exercere possent. Tot costæ insunt anguibus, quot dies mensem complere solent: vnde Plinius in singulis anguibus costas tricenas enumerabat.

Cæterum in confirmationem eorum, quæ hactenus de anatome Serpentum explicata sunt, addemus illa, quæ de inspectione anatomica huius animalis obseruauit Io. Gregorius Macer, qui scribens ad Gesnerum retulit se in Serpente interfecto primò inter cutem, & carnem, subtilem quamdam, & pinguiusculam membranam inuenisse, quæ tamen cum ipsa cute descendebat. Secundò, dum scindens animal, ad meatum excrementorum peruenisset, fæces grauissimo odore excrementa humana superantes inuitus olfecit. Detecta cute, membra interna partim auibus, partim piscibus cõmunia esse vidit. Nam trachea arteria longitudine quatuor digitorũ paruis, & gracilibus circulis insignita ad pulmonem vsq; descendebat, cui cor, & cistis felis adhærebat.

In Lib. de Anat. viuorum.

Pulmo Serpentũ qualis.

Ventriculus qualis.

Hepar.

Lien.

Fellis situs

Li. 20. c. 3.

Lib. 1. de gen. Anim. cap. 5.

Partes genitales.

Semen Serpentum quale.

Lib. 2. de part. An. ca. 9.

Inspectio anatomica Serpentis.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Postea iecur ad instar hepatis lucij piscis, in longitudinem extendebatur. Deinde pinguedine candida intestina erant referta, quæ à faucibus vsque ad podicem more intestinorum piscium progrediebantur. Infra hepar vtrinq; iuxta intestina vena neruosa longo ductu descendebat, cui oua pelliculis albis tecta inhærebant, vt in gallinis videre licet, sed situ distincta, quia longo ordine ducuntur. Numerus in quolibet latere erat triginta, & duorum ouorum, quamobrem ratione cordis, pulmonis, & asperæ arteriæ Serpens auibus valdè assimilatur. Ratione hepatis, intestinorum, & abdominis Serpens cum piscibus conuenit. Verùm postea ratione cystis fellis, & dispositionis ouorum, Serpens ab vtrisq; nempè tam ab auibus, quàm à piscibus dissidet.

NATVRA, ET MORES.

IN natura Serpentibus congenuit, vt inter cæteras animantes alacritatem quandam sensuum præ se ferant, propterea legitur in Genesi. *Serpens autem Sapientior omnibus pecoribus terræ.* Hinc fortè implacabilis eorum furor dimanat; nam statim atq; aliquam etiam leuem læsionē sentiunt, minimè quiescunt, donec vel venenum in lædentem proiecerint, aut præ rabie exanimati fuerint, quamobrem diuinæ literæ implacabilem furorem, per Serpentē multis implicatū spiris, & linguis trisulcis micantem ostendūt. Legitur in Psalmo octauo supra quinquagesimum. *Furor eorum Serpentini fu-*

Venenum vbi delitescat.

roris instar. quoniam venenū semper in promptu habent; cum secus dentes delitescat. Quamuis nonnulli scribant venenum in cauda Serpentis latere, idq; postea in quādam vesicam ori adhærentem deduci, qua disrupta angues veneno cætere dicuntur, sed breui diei naturalis spatio, venenum denuò ad replendam vesicam progreditur; vt cætera animalia, & præcipuè hominem inficiant, quo percusso, ad mentem Plinij, Serpens imposterum proprias odit cauernas, sicque errabundus pœnas luit. Ad rem Indi, referente Aeliano, asserunt Serpentem latebras non posse ingredi, quia terra illum à proprio sinu, quasi in exilium reijcit: vnde æstiuo, & hyberno tempore sub dio ætatem ærumnosam degit. Cum tamen in principio orbis conditi nihil nocui in Serpente reperiretur, sed mitis, mansuetus, & altus gradiebatur homini obtemperaturus, ante-

In serm. de Parad.

quam in crimen laberetur, vt animaduertit Basilius: nec præter rationem, cum omnia, quæ creauerat Deus essent valdè bona, vt sacra docet Pagina.

Lib. 1. Geneſ.

Præterea angues hoc insitum habent à natura, vt appropinquante hyeme, sicuti & cætera animalia frigidæ temperaturæ, ad cauernas se conferant: donec Sol aerem rursus calefaciens nouam quasi vitam illis restituat. Aristoteles igitur non iniuria scribebat quatuor mensibus frigidissimis Serpentes latere nihilq; comedere, quo tempore ob aeris algorem minus venent participant, atq; impunè tractantur, non quia veneno prorsus careant, sed torpent; cum immanitas frigoris eorum vires, & spiritus hebetet. Quòd autem frigoris sint impatientes, probatur pulcherrima historia Lucij Mainei Siculi, vbi hæc verba leguntur. *Hyems enim horrida sæuiebat magnis, & assiduis imbribus; tanta enim illius hyemis magnitudo fuit, vt ingens Serpentū numerus frigoribus actus, è proximis syluis, & montibus egressus, ad stationes, & castra repserit.* Vicissim æstate, & maximè vrgente canicula Serpentes vehementer æstuant, & quodam furore adeo agitari videntur, vt, teste Galeno, exiguo quidem à temporis momento quiescere possint.

Li. 16. rer. Eliſp.

Lib. 2. de loc affec.

Lib 8. cap. 17.

At, ineunte Vere, anguis prodiens à latebris veteres deponit exuuias, quas nōnulli syphar, alij senium, vel senectutem, alij ad mentem Plinij vernationem appellant. Id totum docuit Aristoteles in historia Animalium, nimirum Serpentes, quando exuunt senectutē, primò inchoare à capite, itaut cadentes exuuiæ eos quodammodo obcæcare videantur, sed tandem spatio diei naturalis à capite ad caudam, totum auferrur spoliū, eo modo, quo fœtus membranarum inuolucris liberatur. Deinde degustato, vt voluit Nicander, fœniculo, Serpens iuuenis in humanum conspectum apparet. Hoc innuit Reusnerus in Paradiso poetico, quando canit.

Fœniculum Serpenti gratum.

Ipse vetustatem cum pellibus exuit anguis,
Inficit, & vultus flore vigente suos.

Denuò idem decantat his versibus.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A *En nouus exuuijs Serpens reuirescit ademptis,*
Atq; graui reficit senia membra situ.

Tibulus verò hanc Serpentum proprietatem contemplans humanam deplorabat conditionem hunc in modum.

Crudeles Diui Serpens nouus exuit annos,
Formæ non vllam fata dedere moram.
Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas,
Cur nos angusta condicione sumus?

Huius Serpentum proprietatis argumento Ioannes Spondanus in Commentarijs ad Odysseam Homeri, conatur Paracelsicam lapidis philosophici doctrinam confirmare. Hæc autem ratio nunquam nobis potuit arridere. Galenus quoq; hac anguina proprietate ductus, Serpentes pilos non posse indui demonstrabat: quoniam hæc animalia in subterraneo specu hyeme delitescentia cutem siccam, ritu animalium testaceorum nanciscuntur: propterea pili ab ea prodire non possunt: ideoq; illam verno tempore *Lib. 16.* *Lib. 1. de temp. c. 5.*

B exuunt. Quamquam multi fuerint huius opinionis angues candidos in exortu Canis senectutem deponere; quod à veritate alienum esse arbitramur: hoc enim in Italia non obseruatur, neq; adduci possumus, vt credamus in calidiori etiam Orbis plaga ab anguibus tam serò spolium relinqui. De causa autem, propter quam Serpentes quot annis exuuias veteres amittant, Authores inter se sententijs variant. Poetæ, qui perpetuas fabellas agitant, huius rei causam summo assignant Ioui, qui olim hominibus de se ob factitia optimè meritis iuuentutem per dossuarium asellum misit, sed bestia tantum thesaurum, ob simplicem aquam, anguibus vendidit. Hanc autem fabulam Georgius Sabinus elegantissimis versibus explicat hunc in modum. *Cur Serpentes spolium deponant.* *Li. 4. Eleg. Elegia 3.*

Iupiter imperium quo tempore cepit Olympi,
Et Superis pulso iura parente dedit.
Sanguine taurorum faciebat sacra Tonanti
Vulgus, agebatur festus in orbe dies.
Iupiter his motus sacris, quodcunq; rogarent,
C *Id fore iurabat per sua sceptra, ratum.*
Conueniunt hominum cœtus, omnesq; iuuentam
Ledere quam posset nulla senecta petunt.
Annuit Omnipotens, tardumq; vocabat asellum,
Quo senior Bacchi vectus alumnus erat.
Hæc age, dona pys, dixit, mortalibus affer:
A Ioue mandatum munus asellus obit.
Quid tibi cum tali pecudum turpissima dono?
Te graue lignorum diguius esset onus.
Ecce sitim fessus dum colligit inter eundum
Flectit ad irrigui flumina fontis iter.
Quadrupedem vidit, qui talia dona ferentem
Seruator liquidi gurgitis hydrus ait,
Fluminis huius erit tibi copia nulla bibendi,
D *Ni mihi, quæ portas tergore, dona dabis.*
Heu pecus ignauum, cælesti nectare munus
Nobilius vili vendit asellus aqua.
Anguibus exuitur mutata pelle vetustas,
Tristia nos senio fata premente manent.
At rudibus caueat ne quid committat asellis,
Qui bene curatas res volet esse suas.

Verùm omissis Poetarum nugamentis, & ad seria accedentes de hoc legendum esse virum doctissimum Quercetanum asseueramus, qui id attribuit cuidam balsamo, quod in terræ sinu nunquam in proprio loco, matrice, & seminario continetur: ideoq; Serpentes vt pelle veteri deposita nouam induant, hoc balsamum à visceribus terræ exugunt, & potissimum dum mensibus frigidissimis sine cibo latibulantur: necessariò enim tunc hoc pretioso naturæ balsamo aluntur, quo omnia animantur, & vegetantur; cuius postmodum ope, verno tempore, omnia reuiuiscunt, & floruleata euadunt. Et *Li. 1. Phar. cap. 23.* *Opin. Quercetani.*

vicissim,

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

vicissim appropinquante Autumno, omnes huius balsami vegetales spiritus in subterraneos meatus, tanquam ad suam matricem reuertuntur: quo rursum Serpentes ut suum dirigentes, suas cryptas repetunt, vt hoc spirituali alimento denuò fruantur. Fateturq; Quercetanus hoc non à Serpentibus, sed ab effectibus didicisse: siquidem angues sub terra brumali tempore degentes, prædicto radicali balsamo imbuti non solum, vere accedente, vetus spolium exuentes, tanquam iuuenes, diuagantur, sed etiam facultatem auferendæ lepræ adipiscuntur, quam virtutem natura aliis medicamentis non est impertita. Et quoniam ambigere posset aliquis multa alia animalia, præter Serpentes, hyeme in terræ cauernis habitantia hoc radicale balsamum posse participare; Respondet Quercetanus hanc proprietatem solis Serpentibus à natura fuisse assignatam; quemadmodum antithoræ facultatem extinguendi venenum thoræ, natura largita est. Denuò quia aliquis ingenio acri præditus dubitare poterat, cur huius balsami efficacia venenum à Serpentibus non auferat, atq; expugnet; iterum respondet in apibus etiam mellificis aculeum obseruari. E

Cardanus in historia subtilitatis, à Serpentibus Vere spolium deponi asserit ob siccitatem, quam hyberna fame contrahunt, illisq; contingere, quod hominibus accidit elephantiasi laborantibus fatetur; quorũ cutis ex vapore humoris corrupti siccata elenatur. Scaliger verò in exercitationibus contra Cardanũ, id à siccitate animalis minimè prodire posse scribit: siquidem stellio exuit senectutem, cũ nullam siccitatem participet. Præterea arbores longè sunt sicciores, & tamen nullum corticem mutant. Item Cantharides inter animalia insecta siccissimæ iudicantur, neq; tamen, vertente anno, primas exuuias relinquunt. In hac dissoluenda difficultate, nobis magis arridet Greuini sententia, qui vernationem anguium genuinam pellem esse minimè putat, sed potius spolium ex muco, & sorde, instar muſci, in latebris circa corpus animalis collecta, & siccata genitum, quod postea Vere è cauernis exeuntes, & circa loca angusta se affricantes deponunt. F

Exercit. 182.

Lib. 2. de Venen.

Vera opinio de spolio anguis.

Præter hæc, Serpentes à natura longam sibi vitam comparasse dicuntur; idq; ab exuuijs depositis dimanare multi existimant. Attamen hoc optimæ ictinoris constitutioni attribuendum est, quoniam ab excremento felleo diligenter expurgatur: cum in cysti fellis magna huius excrementi copia contineatur. Verùm hæsitabit aliquis, si causa longeuæ vitæ priuationi fellis attribuitur, vt Cœruis, attestante Mercuriali, contingit, Serpentes igitur ob fellis redundantiam diuturnioris esse vitæ non erit asserendum. Hanc dubitationem vnà cum Philosopho discutimus, dum huius animalis vinacitatem probæ, & opportunæ hepatis cõstitutioni assignamus; quoniam etiam à minima humoris fellei portione hepar diligenter expurgatur: dum fel Serpentum pet venas non effluens, eorum viscera, & corpus non vexat. Tale enim virus ad membranam illam dentes operientem continuò dilabitur, vt ad quemcumq; ictum illis in promptu, & præsto sit. Immò cum id per venas non permeet, non solum hæ animantes sunt diuturnioris æui, sed etiam à multis affectionibus sunt immunes, quibus cæteræ animantes, ob nimiam huius excreti venas intrantis abundantiam, sunt obnoxiæ. Præterea, iuxta nonnullorum sententiam, Serpentes diuturnioris vitæ esse feruntur, quoniam in victu admodum parci sunt: nam si more aliorum animalium comederent, eorum imbecillus calor extingueretur, & illicò perirent. Cæterùm adhuc historia hæc alia premitur difficultate: quandoquidem si angues tam debili calore referti sunt, non poterunt annos ducere diuturnos. Notandum est Serpentes, in comparatione ad alias bestias, hunc calorem innatum suæ naturæ habere proportionatum, atq; humido radicali viscoso tenaciter copulatum, in quo adeò probè conseruatur, vt ob visciditatem non ità celeriter euanescere valeat: Idcircò hæc animalia diuturna lucis vsura fruuntur. Id etiam in plantis perpetua coma virentibus meridiano iubare lucidius esse videtur: etenim hæ tempore brumali folia non deponunt ob viscosam humiditatem, in qua earum residet calor, qui ad radices tunc temporis recurrere nequit, quemadmodum alijs plantarum generibus accidere solet. G

Lib. 1. var. lect. cap. 23.

Serpentes sunt aui diuturnioris.

Cur aliquæ plantæ hyeme folia nõ deponunt.

Accedit vigilantia, quam multi Serpentũ propriam esse autumant, qua de causa Poetæ hortum Hesperidum à Serpentibus custodiri fabulati sunt. Ad id alludens Martialis de quodam pomorum munusculo sermonem habens sic canebat. H

Non

www.libtool.com.cn

A *Non mea Massylus seruat pomaria Serpens,*
Regius Alcinoi nec mihi seruit ager. *Lib. 20. Epigr. 94.*

Alij tradunt, quòd Serpentes diei noctem coniungunt peruigilem, dum oculis apertis somnum capiunt. Id Phyles versibus iambicis sic eleganter expressit.

Ὡτῶς κεθεύδει, καὶ δοκεῖ πᾶλιν βλέπειν,
Οφις τε καὶ πτῶξ, καὶ θυμὸς πλήρης λέων.

Idest.

Quomodo dormit, & simul cernere videtur
Serpens, & Lepus, & animosus Leo.

Aut quia, vt adnotauit Aristoteles, iuxta nonnullorum opinionem, & Serpentibus, & pullis hirundinum idem contingat: propterea quod horum animalium oculi lacerati paulò post pristinam videndi facultatem acquirunt; quemadmodum etiam caudæ tum lacertorum, tum Serpentum amputatæ renascuntur. Quamuis scripserit Isidorus oculos anguium esse paruos, & hebetes, ratoq; in aduersum intueri, cum oculi non
B frontem, sed tempora occupent; itaut citius audire, quam videre credantur.

Supereſt prudentia, quam multi in Serpentibus refulgere referunt: cum sacræ litteræ, & potissimum in Genesi, prudentiæ Serpentinæ memi nerint. Multi authores hoc animal ob prudentiam præstantissimum prædicant; quia totum corpus periculis exponere soleat, dummodò caput illæsum seruet: cum aliæ partes vulneratæ facilè pristinam sanitatem adipiscantur. quocirca quidam hebræorum iustis de causis asserebant, Serpẽtem astu cuncta alia animantia superasse. Augustinus Stheucus Serpentes in sacris Biblijs prudentes nuncupari voluit, quia longissimè cernant. At Clemens Alexandrinus aliam assignat rationem, scilicet quia in maleficijs, quorum Serpens est artifex, aliqua discretio, & futurorum coniectura inueniri possit. Nisi velimus illos prudentes vocare, ex Aeliano, quia impendentem pestem, terræmotum, cœli salubritatem, & fugum fertilitatem præsagiant: nam quinq; diebus, antequam Helice funditus euerteretur, Serpentes omnes, & aliæ bestiæ huius generis ab eo loco exierunt. Basilius verò duplicem prudentiam constituit, vnam proprij commodi custodem, & alieni doli
C obseruatricem, quam Serpens sibi vendicasse videtur, alteram statuit esse virtute magenda, & non agenda definientem. Primam igitur non propriè prudentiam, sed potius calliditatem, & astutiam nuncupare poterimus. Ideò nonnulli Serpentem pro astu depingunt, & hanc etiam ob causam in caduceo Mercurij cõplicari putant; quia Antiquitas calliditatem, & prudentiam eloquentiæ per virgam designatæ esse necessariam ostendere nitebatur. Alij demũ Serpentes cognominarunt prudentes, quoniam absq; pedum, manuum, alterius ue exterioris organi adminiculo celeres sint, figuras q; varias assequantur, nec non inuoluto, & reuoluto motu in quamlibet partem progrediantur.

Opin. Stheuci circa prudẽtiam argutum.

Homil. 12.

Prudentia duplex.

Reliquum est, vt de Serpentum læsione aliquid in medium afferamus. Nam hoc animal naturali instinctu, si semel tantùm arundine percutiatur, tanquam iners, & mortuum iacere solet; Verùm si frequenti petatur ictu, tunc ingentes colligens iras totis viribus percutientem mordere conatur. De hac proprietate Phyles sic cecinit.

Τῶ δόναξι τυφθεὶς ὁ θρασυς ἄσπαξ ὄφις,
Κεῖθ' ὡς θανατῶν αὐ δὲ τὐ-ψης πολλακις,
Οργὰ τε κατὰ σοῦ, καὶ προβάλλει τὸ σόμα.
D Idest. *Serpens arundinis ictus percussus iners,*
Ceù mortuus, quod si frequens plagam inferas
Attollit iras, ore cæruleo emicans.

Accedit deniq; proprietas, quam recitauit Aristoteles in historia de partibus Animalium. Videlicet caput à Serpentibus, reliquo quiescente corpore in oppositam partem verti. Huius rei causam in Anatomicis assignauimus, dum Serpentem volubili structura constare, & eorum spinam vertebris cartilaginosis, & flexilibus integrari pronuntiauimus. Id totum natura necessariò illis impertita est, vt partem oppositam lædentia vitare possent. Aliter pedibus carentes semetipsos conseruare, & tueri nequirent. Ad finem aliqui proprium esse stercoris Serpentini benè olere, idq; ob siccitatem illis competere asseuerantius dicunt. Legimus quidem apud Cardanum in plaga Indica orientali sita inter Calecuthum, & Cananor, Serpentes multos diuagari, qui ab ore suauissimum, &, moschi instar, iucundissimum odorem spirant.

Lib. 4. cap. 10.

In lib. de subtil.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

TEMPERAMENTVM.

CIRCA Serpentum temperaturam in ſcholis Philoſophorum, & Medicorũ non leuis agitatur controuerſia, num angues in calida, vel frigida temperie ſint conſtituti, quoniam de hoc, authores grauiſſimi ſibi inuicem ſententijs aduerſantur. Nos in præſentia, vt noſtra fert opinio, ſtatuimus adhærendum eſſe eorum authoritatibus, qui anguinam naturam ad frigidum temperamentum referunt. In primis Galenus noſtræ fauet ſententiæ multis in locis; dum alicubi omnes Serpentes eſſe naturæ frigidæ credidit: idemq; Rhaſis ſentire videtur. Alibi etiam agens de locis affectis promulgabat cuncta animantia frigidæ temperiei, bruma vrgente, tanquam mortua ob violentiam frigoris in latebris quieſcere, deinde inter hæc Serpentes recenſebat. Quæ opinio non recedit ab Ariſtotelis doctrina, qui in hiſtorijs animalium pronuntiauit Serpentes ideò eſſe frigoris impatientes; quoniam frigidi ſunt: qua de re hyeme ad cryptas, in quibus eſt calor, libentiſſimè ſemet recipere aſtruit. Præterquamquod idem Ariſtoteles hos animantes voraces, & minimè bibaces eſſe conſtituit: ſed appetentia frigiditate ſtimulatur, ſunt ergo Serpentes ad frigidum reducendi temperamentum. Plinius quoq; noſtræ accedit ſententiæ, dum modicum ſanguinem, conſequenterq; exiguum, & imbecillum calorem, & nullum ſudorem anguibus ineſſe ſcribebat. Item Galenus inter nuperos authores non ſpernendus, dum ſermonem habet de venenis, multis, & validis rationibus frigidam Serpentum naturam ſtabilire conatur aduerſus illos, qui oppoſitam opinionem tutari nituntur. Vt omittamus authoritatem clariſſ. Mercurialis dicentis Serpentes eſſe frigidos, propterea quod à Serpentibus venenati mirifico quodam frigore ſtatim tentantur. Nam hoc à frigiditate Serpentis, aut veneni prodire non poteſt; imò quia calor natiuus ab eximis partibus ad penitiores, & præcipuè ad cor ſe conferat, præterquamquod calor innatus patiẽtis à veneno ſuperatur, & extinguitur. Non deſunt inſuper innumeræ ferè rationes, quibus eamdem poſſumus ſtabilire ſententiam. Primùm Serpentes ſi manibus, ſolſtitio etiam æſtiuo pertractentur, inſignem manibus frigiditatem communicant: itaut nonnulli hac cauſa moti febrientibus Serpentes tractandos præbuerint, vt æſtuans febris calor retunderetur: quo peracto poſtmodum idem Serpentes, inſtar glaciei, frigidi in lecto remanſerunt. Deinde habemus hanc vniuerſalẽ propoſitionem à Philoſopho aſſignatã, ſcilicet proprium eſſe caloris dilatare, & aperire, & viciſſim proprium eſſe frigoris cõſtringere, & indurare: ideò iuxta hanc doctrinã animal habens laxiorem pellem, conſequenterq; poros apertos in temperamento calido, habens verò poros clauſos in temperamento frigido erit collocandum. Pellis igitur Serpentum meatus adeò clauſos habet, & caro eorum adeò dura, & denſa eſt, vt hæc perpetuam frigiditatem adiudicatam habere demonſtrent. Amplius ſciendum eſt, reſtificante Galeno, aliquid frigidum, calidum, ſiccum, & humidum in relatione ad id, quod temperatum eſt nũcupari; ſed inter animalia homo toto genere temperatum eſt animal hinc aduertendum eſt, num Serpentes homine, vel calidiores, vel frigidiores eſſe dicantur. Itaq; in cognitione temperamẽtorum, vniuerſalis propoſitio legitur apud Galenum, nempè quo animal maiori, vel minori copia ſanguinis redundabit eo maiorem, vel minorem caloris abundantiam habebit: propterea anguibus, cum in ſua ſpecie minus quàm homini inſit ſanguis; proculdubio concludendum eſt ipſos eſſe frigidiores. In dictorum confirmationem alias duas non ſpernendas rationes addere poſſumus. Prima eſt, quòd Serpentes quacumq; tranſeunt, ſemper quamdam viam humido, & viſcoſo humore deſignant; cum autem excellens humiditas comitem ſemper habeat frigiditatem; hinc colligendum eſt angues in frigida temperatura eſſe reponendos. Secunda ratio eſt, quia Serpentes ova admodum tenui cortice munita enituntur: quare ſi calore inſigni eſſent referti, proculdubio putamen ouorum durum eſſet, quale in ouis gallinarum conſpicimus; cum in gallinis egregius, & validus calor obſeruetur. Ex altera parte Petrus Andreas Matthiolus, in commentarijs ad Dioſcoridem, prædictæ ſententiæ videtur reſtagari, dum Serpentes temperamento calidos eſſe arbitratur; fortaſſis nixus Auicennæ verbis, qui mirabatur inuentos eſſe homi-

In Lib. de Ther. ad Pis. cap. 8.

Li. 2. c. vlt.

Li. 10. cap. 72.

L. de Venẽ. cap. 1.

Sãguis auget calorem.

L. 24. c. 20.

www.libtool.com.cn

A homines, qui Serpentes frigidæ temperiei esse crediderint. Quamobrem Matthiolus argumentatur hunc in modum. Serpentes, bruma premente, ad latibula confugiunt, quia frigidiorem aerem suæ temperaturæ calidæ aduersum vitant; quemadmodum pisces natura frigidi, cum primum aeris caliditatem sentiunt, illicò moriuntur. Prædictam Matthioli rationem dissoluere debemus dicendo, Serpentes ob frigidam temperaturam hyeme latibulari, & pisces extra aquam interire, non ob aeris calorem, sed quia amplius in proprio elemento non versantur: sicuti vice versa multa alia animalia in aquis vitam traducere nequeunt, pariter veluti homines temperaturæ bilioſæ hyeme optimam transigunt vitam, æstate verò ob calidum temperamentum ægerrimè se se habent. Serpentes ergo natura frigidi hyeme latitant, ne ingens anni temporis frigus eorum calorem natiuum veluti sopitum prorsus extinguat. Idq; tali tempore liquidò constat, si quis è cauernis Serpentes eruerit, illi enim ob magnam caloris imbecillitatem vix semetipsos mouere, & proficiſci possiunt. Demum si Serpentes essent natura calidiores, diuturnam vitam sine alimẽtis, ob maximam natiui caloris actionem, B degere non possent: At eorum calor cum sit valdè languidus, per diuturnum temporis brumalis spatium in loco subterraneo sine cibis morantur: hac de causa natura illis carnem, & pellem solidiorem, & crassiorem communicauit, ne infirmus eorum calor citò euanescere posset. *Fen.6.1ib. 4.Tract.3. cap.21.*

COITVS, PARTVS.

ANTEQVAM verùm congressum, & partum Serpentinum ponderemus: necessarium esse arbitramur Serpentum generationem ad mentem Antiquorum examinare. Poetæ in primis commenti sunt cuncta animantia venenata ex sanguine Titanum concepta fuisse, qui cum aduersus Saturnum, & Opim belligerare ausi essent, tandem à Ioue superati interfecti fuerunt, quorum de cruore Nicander in Theria-

C cis ortos esse Serpentes decantat.

Fama est multiplici variata phalangia forma,
Omneq; serpentum genus, & quæ cætera turba est,
Lethale omne fouent, fundunt, spirantq; venenum
Anguipedum fuso prodisse cruore gigantum.

Alij Serpentum originem ex guttis sanguineis amputati capitis Meduſe dimanasse promulgarunt. Id celebrat Ouidius hunc in modum. *Lib.4.Metam.*

Cumq; super libycas victor penderet arenas
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ,
Quas humus excipiens variis animauit in angues.

Alij ex terra, seu potius ex putredine terræ Serpentes prodijsse, hacque ratione Pythonem magnum illum Serpentem olim progenitum fuisse litteris demandarunt; quem postea Apollo interficiẽs Pythius fuit cognominatus, indeq; ludi pythij ad perpetuum huius facti monumentum instituti fuerunt, in quibus victor esculeis frondibus coronaD batur. Ouidius hunc Serpentis ortum eleganter diuulgat his versibus. *Lib.1.Metam.*

Ergo vbi diluuio tellus, luxulenta recenti
Solibus ætherijs, altoq; recanduit æstu;
Edidit innumeras species, partimq; figuras
Reddidit antiquas: partim noua monstra creauit.
Illa quidem nollet, sed te quoq; maxime Python
Tum genuit, populisq; nouis incognite Serpens
Terror eras.

Quamquam alij scripserint non ex terra, sed ex sanguine Pythonis omnia animalia venenata in cunctas regiones propagata fuisse. Verum postquam verba fiunt de ortu Serpentum ex putridis prodeunte, non erit ab re prædictis addere eorum opinionem, qui ex putrescentibus humanis carnibus, vel potius ex corrupta spinæ medulla Serpentes generari asseuerant. Id Pythagoreorum secta, nec non Plinius litterarum monimentis consecrarunt: quod postea Ouidius confirmat his carminibus.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Sunt qui cum clauſo putrefactæ eſt ſpina ſepulcro E
Mutari credant humanas angue medullas.

Propterea Virgilius huic adhærens opinioni de ſepulcro Anchiſe Serpentem prodiiſſe finxit, dum inquit.

Lib. 5. Æncid.

——— cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,
Amplexus placidè tumulum, lapſuſq; per aras.

Pariter Silius Italicus verba faciens de tumulo Zazynthi ad imitationem Virgilij ſic canit.

——— & grato cineres decorarat honore,
Et viſus ſede (horrendum) prorupit ab ima
Cæruleus maculis auro ſqualentibus anguis.

Itaq; Priſci hac fortaſſis ratione ducti, vt narrat Plutarchus in Cleone, Serpentes Heroibus conſecrarunt. Aelianus igitur contemplans hanc Serpentis generationem, tandem in hæc prorupit verba; nempe, velid eſſe fabuloſum, vel ad myſterium trahendum eſſe: nam ſi aliquis homo irrationalem ducit vitam, is in terra tantummodo Serpens venenatis aſſilatibus humanam ſocietatem corrumpens, tortuoſis cogitationibus quotidie dolos machinans, in latebris turpia exercens: æquum erat, vt huius defuncta caro tale animal generaret, ſicq; præmium Serpentinis moribus dignum referret improbus, dum mortuus pater Serpentis efficitur. His igitur, moralibus omiſſis, nonnulli manifeſtant naturaliter ex eorſi cadaueribus Serpentem oriri, qui ante obitum, cadauer Serpentinum olfecerint. quamobrem circumfertur Archelai epigramma (referente Antigono) quod ſic ſe habet. F

In Narrat. mirab.

Cuncta in ſe alternis aui vis longa revoluit,
Et vicibus certis omnia mundus alit.
E curuæ ſpinæ Serpens (res mira) medulla
Naſcitur, hoc monſtrum putre cadauer habet.
Traxerat exanimi viuus Serpentis odorem,
Poſt ſua, quem rurſus funera gignit homo. G
Credamus naſci Cecropem potuiſſe bimembrem.
Exemplis res eſt nunc ea mira minus.

Non eſſe igitur prodigioſum ex humano cadauere Serpentis ortum credendum eſt; & eò magis, cum Ambroſius Pareus vir procul dubio fide dignus ſcribat Auenionenſem quemdam opificem, quo tempore ipſe in ea vrbe verſabatur, feretrum plumbeum, in quo cadauer erat, fideliter vndiq; ferruminatum, ne tantillum aeris ingredi poſſet, reſecaſſe: interim à Serpente incluſo adeò lethali ictu percuſſum fuiſſe, vt parum abfuerit, quin periret. Itaq; multò magis ex terra, & imbre putreſcentibus Serpentes progigni poterunt. Id Macrobius innuit dicens. In Aegypto ex terra, & imbre mures naſci, alijs verò in locis ranas, & Serpentes produci. Hanc ob cauſam Nerui Scythiæ populi, teſte Herodoto, quadam æſtate, ante Darij expeditionem, ſolum mutare coacti fuerunt: nam tanta Serpentum multitudo ex illo ſolo procreata eſt, vt tali relicta regione, cum Budinis impoſterum habitauerint. Item Amyclarum ciuitatem Italiæ, inter Caietam, & Terracinam ſitam, à Serpentibus deletam tradunt, quia innumerabilis increuit Serpentum copia, qui ex vicinis paludibus naſcebantur. Quamuis alij referant prædictam vrbem à Serpentibus fuiſſe deſtructam, quia nullis angues ibi occidebantur: ſiquidem ea vrbs Colonia laconica fuiſſe dicitur, & Seruius Lacones pythagoricæ ſectæ conſtituit aſſeclas, qui σαρκοφάγιαν interdicebant, ea potiſſimum ducti ratione, quia humanas animas in brutorum animalium corpora, magno probro, tranſmigrare credebant. Quid plura? in corporibus humanis etiam viuentibus Serpentes genitos legimus. Nam olim in Hungaria iuxta flumen Theiſan accidit, vt in multorum hominum aluo Serpentes naturalibus ſimiles gignerentur, & ob id circiter tria hominũ millia periiſſe feruntur. Plinius etiam retulit inter initia belli Marſici ab ancilla Serpentem editum fuiſſe. Nos hoc in loco figuras nonnullorum animalium Serpentibus ſimilium exhibemus, quę ſimiliter ex putredine in corporibus humanis genita ſunt. Immò ex capillis mulierum productioribus, & humidioribus Serpentes produci narrat Rhodiginus. Sed Porta capillos mulieris menſibus laborantis ſimo obru-

L. 24. cap. 20.

Lib. 4.

H

tos,

www.libtool.com.cn

1 Effigies monstri Serpentini ab humano vtero exclusi.
2 Vermis Serpentiformis vomitu exclusus.
3 Monstrum anguineum ab aluo virginali exclusum.
4 Illuuies per vrinam excreta.
5 Rudimentum millepedis per lotium excretum.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

tos, modico temporis spatio, in Serpentes degenerare affirmat id accidere setis iubarum equi multi aut umant; quæ fluentibus aquis exposita, paucos post dies, Serpentes procreant. Iætaminibus quoq; idem accidere scribunt, quando hæc sub dio in loco concauo humorem colligente sita sunt, & stramento intecta, ne sole arescant. Verùm aliqui, ex Plinio, palum è robore in illo defigunt, ne ibi Serpentes innascantur.

Vt prohibeatur qn in simo Serpens generetur.

Amplius nõ possumus nõ mirari, quòd ab aquibus etiam Serpentes prodeant: quandoquidem Democritus (referente Plinio) nonnullas nominat aues, quarum de sanguine confuso Serpens generatur. Immò maior nostro animo incessit admiratio, dum è singulis ferè plantarum speciebus sub fimo equino locatis, vermium, & Serpentum proprias gigni species, ex Cardano, intelleximus. Alij potissimum ex Saluia in sterquilinio putrefacta Serpentes oriri asserunt. quamuis Magi Persarum, authore Langio, ex foliis saluiæ in fimeto corruptis, Sole & Luna secundam faciem Leonis occupantibus, auem merulæ similem procreant, cuius concremata cinere lampadibus inspersо, domum totam Serpentibus plenam repræsentant. Tandem ex lapidibus etiam generari Serpentes apud multos Authores legimus. Cardanus prodit non esse mirum ex substantia humidiori saxorum putrescente vermes, & Serpentes gigni: nam contactu suo lapidem attenuant, atq; ex illo attrito, & corrupto aluntur, & augentur. Totum idroborat authoritas Baptistæ Leonis, qui (referente Pareo) publicauit réporibus Martini V. Summi Pontificis, in vasto, & solido marmore inuentum fuisse viuũ Serpentem inciũsum, nulla in tam densa soliditate apparente rimula, per quam aer ad illud animal subire posset. Hactenus de generatione Serpentum citra congressum satis, superq; dictum sit.

Lib. 7. de rer. var. cap. 29.

Lib. 20. cap. 24.

Ideò tamen non fit, quin angues (more aliorum animantium, vt explicatum etiam fuit de muribus) simul, venere stimulante, coniungantur. Siquidem Aristoteles, cum modum congressus ouiparorum exposuisset, de coitu etiam animalium longorum, & expedum verba fecit, asseruitq; ijs coitum exerceri complexu mutuo partium supinarum; & perpartes supinas, anteriores, nempè partes ventris à collo vsq; ad caudã intellexit. Voluit igitur Aristoteles docere Serpentes, cum exigua quadam sui parte copulentur, non posse præ nimia corporis prolixitate, facilè adaptari. Ideoq; cum careant membris, quibus amplexus fieri solet, flexili corporis agilitate vtuntur, & complexu mutuo se se obuoluentes venerem absoluunt. Immò in huiusmodi actione adeò sunt inter se conuoluti, vt intuentibus vnus Serpens biceps esse videatur. & quamuis dixerit aliquis Serpentes, testibus carere, & propterea congressum ritu aliorum animantium non posse exercere: attamen sciendum est ex superius narratis de natura, & moribus eorundem ad aures Aristotelis, loco testium duos habere meatus, qui venereo tempore, semine fœtifico implentur: quo tempore postmodũ, ex Aeliano, grauissimum odorem spirare solẽt. Cæterùm Serpentes non solũ cũ animantibus propriæ speciei, sed cũ alijs etiã specie diuersis cõgrediuntur. Quandoquidem multi promulgarunt murenas ad siccũ litus elapsas cõgressu Serpentum implerisecui sententiæ Oppianus adstipulatus est: quamobrem Plinius scripsit reliquit, iuxta aliquorũ mentem, murenas esse tãtum fœminini sexus, & ex Serpentibus concipere: ideoq; Piscatores huius non ignari sibilum Serpentũ ore æmulantur, quo murenæ euocatæ facilius ab ipsis capiantur. Verùm huic opinioni Atheneus, & multi alij reluctantur. Circa partem, esse in Asia Serpentum genera narrat Alciatus, quos ore eniti hominum opinione compertum est; qui patior de Amphisbena fortassis verba facit. Alioquin, iuxta Aristotelis sententiam, animalium expedum, alia pariunt animal, vt vipera, alia ouum, vt genus piscium, & cæteri Serpentes. Oua autem continuata quadam serie contexta sunt ad instar monilis, quod gutturis mulieb. ornamentum esse solet. Hæc oua ex Plinio, in terra conduntur & sequenti anno angues excluduntur. Occasione quantitatis ouorum Serpentini generis, quæri solet, an Serpentes vltra quendam numerum determinatum multiplicentur. Cardanus vltra metam quamdam Serpentes non multiplicari arbitratur, hac potissimum ductus ratione, quia humano generi admodum infesti, & pestiferi sint. Ex altera parte Scaliger in exercitationibus aduersus Cardanum, prædictam explodit sententiam: quoniam si illa vera esset, nulla planta venenata v. g. aconitum, & napellus plusquam vnicum semel proferret, quod veritati repugnat; cum prædictæ plantæ, vt experientia docet, copiosissima producant semina. Non possumus igitur præscriptum venenorum numerũ assignare. Præterea addit Scaliger non impen-

Lib. 5. de hist. an. cap. 3.

Serpentes quomodo venerem absoluant.

Lib. 1. de Pisc.

Exercit. 53.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A dere periculum, vt vniuersum humanum genus à Serpentibus deleatur. cum maxima pars terrarum orbis huiusmodi animalibus careat.

VOX.

SIBILIS sit vox huius animalis, ex doctrina Aristotelica percipiendum est. nam in historijs animalium, inter animantes lingua, & pulmonibus præditos nonnulla collocabat animalia, vt Serpentes, qui longum sibilum edere solent. At quia hæc vox anguibus, & testudinibus quodammodo videbatur cõmunis, propterea Plinius animaduertebat ab anguibus longum sibilum, & à testudinibus obtusum reddi. Aliter cæteri authores vno ore Aristotelis, & Plinij sententiam confirmant. Author Philomelæ sic canit.

B *Ecce venenosus serpendo sibilat anguis.*

Lucanus pariter huic asserto subscribit, dum ait.

Quod stridet, vlulantq; fera, quod sibilat anguis. *L. 6. Pharf.*

Baptista etiam Mantuanus idem sentit, quod cæteri, dum inquit.

——— *coluber quando ore trilingui*
Sibilat, & caput attollens in prælia surgit.

Ab assertis colligendum est sibilare nil aliud esse quam sibilum edere, quod de Serpentibus dicitur. Imò quandoque competit etiam hominibus, quando, ad aliquem deludendum, sibilum emittunt. Sibilus enim est sonus, qui compressis dentibus, & parùm diductis labijs ab hominibus formari solet. Verùm quia huiusmodi sonum Serpentes sæpius emittunt; ideò sibilus tanquam vox Serpentis propria celebratur. Hæc autem vox (sibilus) in singulari numero masculini generis, in numero autem multitudinis, masculini, & neutri apud authores legitur. Deinde est vox æquiuoca cum sibilus apud Poetas flatum venti designet. Scripsit enim Virgilius hunc in modum.

——— *venientis sibilus austri.* *Eclog. 5.*

C Insuper pro nomine etiam adiectiuo vsurpatur: etenim Virgilius interdum ora sibila, nempè sibilantia nominauit. Item apud Græcos συριγμὸς, vel συρισμὸς sibilus exponitur: deinde hunc sonum propriè homini, & postea Serpenti attribuunt. Verùm Apollonius sermonem habens de Serpente custode velleris aurei, sic scribebat. ῥοίζεε πελώριον, idest immensum sibilabat: quamuis ῥοιζέω in Græcorum scholis propriè stridorem edere significet: attamen ab Homero interdum pro sibilare vsurpatur. *Lib. 1. Æneid.* *L. 10. Ilyad.*

GRESSVS.

SERPENTES conuoluendo semetipsos, & flexuosis impulsibus incedere publicauit Galenus: cum nunquam, nisi morientes extendantur iuxta illud Virgilij. *L. 6. Anat. admin.*

——— *Serpens conuoluit lubrica terga.*

D Immò ex Aristotele, eodem modo, quo in terra reptant, in aquis etiam natare dicuntur. Non defuerũt, qui in hanc venerunt sententiam, Serpentem antequàm decepisset Euam, pedibus vsum fuisse: ideò in sacris literis legitur. quòd Deus post hominis lapsum, dixit Serpenti, maledictus eris præ omni animali, & super ventrem, seu pectus tuum gradieris quasi prius vsum pedũ habuisset. Chrysostomus tremen animaduertit Serpentem etiam ante crimen Euæ pedibus caruisse, Deumq; post primorum parentum peccatum, iussisse Serpenti, vt inposterũm super humum reperet; quia prius erecto corpore faculratem conueniendi Euam habuisset; quare meritò damnatus fuit, vt super solum serperet. Hoc autem est conforme doctrinæ Aristotelis, qui scriptis mandauit naturam noluisse temerè Serpentẽ pedibus carere, quoniam id quod optimum est semper respicit, & pro subiecta sibi materia operatur, salutis semper consulens, & speciebus conseruandis prospiciens. Præterea alia assignatur causa, propter quam anguibus pedes desint nimirum, quia nullum est sanguineum animal, *Lib. 3. Æneid.* *Lib. 3. Meteor.* *In Lib. de incessu Animal.*

www.libtool.com.cn

animal, quod pluribus quàm quatuor modis se moueat: vnde manifestum est ob longitudinem Serpentes esse enormes, atq; asymetros: hac de re pedibus carere necesse fuit. Pluribus enim, quam quatuor pedibus incedere non potuissent; quoniam inter animalia exanguia recensenda fuissent. Deinde si duos, aut quatuor habuissent pedes, quibus animalia sanguinea gradiuntur, ob incommodam corporis longitudinem, aut omninò se mouere non potuissent, aut tardò admodum motu incessissent: quare satiùs fuit ad eorum cõseruationem, vt quibusdam corporis flexibus, veluti superius fuit declaratum, mouerentur. Hinc clarum est angues per gyros, & flexiones melius gradi. Siquidem dum se volutant, vnam partem corporis flexionibus à terra eleuant, & aliam super terram ponunt. Amplius contra naturam aliorum animalium, caput reliquo corpore quiescente ad partem posteriorem, ob vertebras cartilaginosas, vertere possunt. Neq; hoc temerè fabricatũ est à natura: sic enim suum corpus longum, & angustum in partem aduersam respicientes melius tueri possunt. Itaq; angues costis, & squamarum nixibus reptant, quas à summo gutture ad imam aluum aequali ratione dispositas habent. Squamis enim quasi vngoibus, & costis quasi cruribus innituntur. Hæ autem sunt asperæ, vt in vipera, cæcula, & Serpente Aesculapij sæpè obseruauimus. Quocirca si accidat, vt in aliqua corporis parte costa collidatur, illicò Serpens admodum languidus, & debilis in motu redditur; cum ictus ille spinam soluat, per quam corporis motus agebatur. Tandem D. Augustinus in Genesim scribebat, Serpentes ideò carere pedibus, quia, cum sint animalia maximo astu ad nocendum prædita, necesse fuit ipsos repere, ne eorum vestigia audirentur. Apud Græcos etiam ἑλισσάσθαι verbum est, quod de motu Serpentum, & vermium circũfertur, qui se se in arctum colligentes, & posteriora attollentes progrediuntur. iuxta illud.

Quare Serpentes asymetri dicantur.

Quibus animalibus gradiantur.

Cap. 3.

tractu se colligit anguis.

Nam in Græcorum scholis ἑλισσόμαι exponitur voluendo trahor; qualis motus Serpentibus competere videtur. Veluti etiam ἕρπειν serpere, & κυλίειν volutare ad Serpentes attinere asserunt. Item σιγύρης tacitus repens vertitur, & ad Serpentum genus spectare fatetur Hæsychius. Alioquin περισπᾶται, quod verbum significat in orbem circumdo, Serpentibus tantummodo competit, quando suis spiris aliquid circumdant.

LOCVS.

IRCA loca à Serpentibus frequentata, primò illa enumerabimus, in quibus minimè viuunt, deinde cuncta alia, tum calidiora, tum frigidiora ab illis habitata recensebimus. Plinius in primis animaduertit Ebusum omnium animalium nocentium esse expertem, neq; aliunde inuecta sustinere. Angli etiam referunt in Hybernia nullum venenosum animal inueniri, & Serpentes nauibus illuc allatos statim interire. Immò terra ex Hybernia allata conspersos continuò exanimari. Fluuius quoq; non longè à Lituania est, qui nocuos animantes non nutrit; immo si nauibus *Lego* delatis angues adhęserint, cum primum huius fluminis aquam attigerint, edito sibilo aliò confugiunt, vt habetur in historia rerum Polonicarũ. Idem Sardiniæ accidere Solinus prodidit. Idem Gauleoni Lybiæ regioni Textor attribuit. Legimus etiam in historia Laponiæ, Serpentes ibi nõ gigni, neq; aliunde inuectos ibi viuere posse. In Creta nullos esse Serpentes, neq; alios nocuos animãtes Aristoteles, Plinius, & Solinus attestati sunt. Bellon justamen nonnullas Serpentũ species solum cretense colẽtes obseruauit; neq; veneno turgẽtes esse arbitratus est, sicuti postmodum experientia docuit: nam ab vno, quem persequebatur, demorsus in manu, nullum aliud incommodum nisi solam cicatricem sensit. hac de re Antiquorũ opinionem possumus tutari, qui nullũ noxium animal in prædicta insula morari asseuerarunt. Britanniam quoq; anguibus carere tribus de causis astruit Cardanus. Primò, quia ob immensum frigus ibi pauci generari possũt; secundò, quia illa regio optimè colitur; tertiò tandem, quoniam, qui geniti sunt, exterminantur. Scaliger verò non iniuria prædictas rationes refutat; cum multa loca prædictis frigidiora, & cultiora Serpentum magnam copiam producant: id igitur naturæ

Tom. 11 In Cornucop.

In lib. de subtil.

www.libtool.com.cn

A turæ loci potius tribuendum esse existimauit. Sicut de multis alijs locis superius est exarratum. Quid dicendum est de Paradiso terrestri, in quo Serpentem non versari multi autumant? Abdias agens de topographia Paradisi delitiarũ, scripsit Serpentem huiusmodi sedem non colere, quoniam per ipsum Angelus inuidiam suam exercuit: propterea à Deo diris affectus pœnis in loco benedicto habitare nõ potest. Angelum enim liuor occupauit, cum Dei imaginem in homine perpendisset: quamobrem inuidiam concipiens vi angelica Serpentem ingressus suasit vxori Adæ, vt veritũ à Deo pomum tutò comederet. Hactenus de locis à Serpentibus non frequentatis. *Lib. 7. hist. Apost.*

Modò ad enumerandas regiones à Serpentibus quotidie vexatas accedendum est. Primùm loca meridiei obuersa recensebimus cum multi authores in locis calidioribus pestiferos produci Serpentes asseuerent. Omissa igitur insula Colubraria, seu ophiusa, quam, ob Serpentum copiam Plinius inhabitabilem redditam fuisse astruit: nec non Melitæa Italiæ insula Serpentum feracissima, vbi lapis, vel terra Gratia S. Pauli nuncupata, aduersus venenum probatissima nascitur; immò & Pharo olim Ægypti insula, *Colubraria & ophiusa.*

B quæ ex Aeliano, multis, & varijs Serpentum speciebus scatebat. Reducere oportet ad mentem Thessaliam tanto anguium numero redundantem, vt, nisi à Ciconijs vorarentur, proculdubio incolas à suis sedibus expellerent: quemadmodum accidit incolis oppidi S. Viti in Gargano Apuliæ monte, quos, vt notat Leander in historijs, anguium multitudo adegit aliò migrare. Addamus Arabiam, in qua Herodotus scribit innumeros ferè Serpentes circa thuriferas arbores tanquam illarum custodes versari, qui postmodum in Aegyptum volare dicuntur, vbi, nisi ab auibus Ibidibus extinguerentur, totam Aegyptum dissiparent: qua de causa à gente Aegyptia prædictis auibus summus habetur honos. Neq; prætermittenda est Numidia ob Serpentum copiam memoranda, quorum morsibus venenosis, attestante Ioanne Leone, multi quot annis mortui inueniuntur. In Æthiopia postea Serpentes numerari non possunt, nam ibi, vt narrat Pierius, inuicem in gyrum voluuntur, vt montis speciem intuentibus repræsentent. Insuper totam Africam Serpentum adeò feracem Strabo, & Solinus prædicant, vt agricolæ arraturi necessariò prælta tas induant ocreas, alioquin lethales Serpentum ictus effugere non possent: ideòq; ibi nascitur planta Scorzonera vocata, authore Porta, cuius vsus aduersus Serpentes tantoperè commendatur. Deniq; Petrus Martyr, & Paulus Venetus tot, & tam grandes in Indijs versari Serpentes scribunt, vt aduenis maximum timorem afferant. Cæterum aliqui arbitrantur in solis regionibus calidis Serpentes diuagari ob cõnatam ijsdem animalibus frigiditatem, tum etiam, quia calore magis multiplicari, & citius augeri credant. Verùm illa pars Europæ iuxta Septentrionem sita, vt memorat Olaus magnus, pessimos nutrit Serpentes; licet quoad naturam veneni languidiores, quàm Africani esse ferantur. Propterea in huiusmodi regione aquilonari, ex eodem Olao magno, pastores ab anguibus per campos, & syluas vagantibus maximam noxam quotidie reciperent, nisi opportunis remedijs muniti semper incederent. Immò in parte etiam Septentrionali regni Indiæ vastum esse desertum dicitur, in quo infiniti ferè Serpentes stabulantur. Bohemia sita cis mare Liuonicum, multitudinem, & magnitudinem anguium producit, vt pastores, ex Scaligero, cum illis perpetua bella gerant. Gesnerus etiam recitat in montibus Heluetiæ maximos Serpentes à viatoribus quotidie conspici. In Italia, & alijs etiam frigidioribus regionibus multos Serpentes, sed minus venenatos esse Cornelius Cælsus tradit: idcircò addit Scaliger in Lombardia, & agro Ferrariensi varias Serpentum species inueniri. *Li. 1. de Africa.* *Li. 6. Phyt cap. 23.*

Nunc loca peculiaria, quibus vt plurimùm Serpentes delectantur, recensere debemus, Greuinus anguium habitationes statuit esse caulas, casas rusticas, cauernas, montes, & prata secus syluas cæduas collocata. Cælius Rhodiginus syluas odoriferas ab anguibus frequentari diuulgat. Quamuis plerumq; in montibus, & locis aridis libentissimè versentur. Vnde Nicander in Theriacis pronunciat in monte Othry varia Serpentum genera vagari: Sed aduertendum est, quòd author per hunc Græciæ montem, reliquos omnes Serpentibus redundantes intelligere voluit; dum cecinit. *In L. de Venen.* *Loca peculiaria anguium.*

Præterea cadens niue, & asper vepribus Othrys
Rufis reptilibus scatet, & cana vallis, & alta,
Ac rigida salebris rupes, nemorosaq; saxa,
Qua sitibundus, & haud vno apparere colore

Visus

www.libtool.com.cn

Visus sepe habitat. E

Cauernæ quoq; sunt plerumq; particulares anguium sedes: quamobrem Æ'ianus circa puludem stram iuxta Ephesiam metropolim cauernam Serpentibus plenam inuenirinarrat. Hic aliqui clementiam naturæ contemplantur, quæ loca deserta Serpentibus habitanda assignauit, vt huiusmodi bestias venenatas ab humano genere, cuius est valdè studiosa, segregaret. At Scaliger hoc non argumentum, sed nugamentum esse existimat: quandoquidem natura illas terrarum partes consultò animalibus assignauit, quæ ad eorum conseruationem conferre possent. Hæc de causa terram tophaceam

Terra Serpentibus grata. à Serpentibus maximè appeti multi asseuerant, quia & illam exedere, & in illa facilius latibula parare possint, quare ad rem Virgilius sic canebat.

L.3. Georg.

Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Creta, negant alios æquè Serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.

Quamuis nõ semper in subterraneis locis suam construãt habitationem, sed interdum

L.21. c.29. in cauatis arboribus stabulantur. Vnde Olaus Magnus mirum recitat spectaculum F quod (licèt raro) in aquilone videtur: nam Serpentes in cauatis betulinæ arboris radicibus, hyeme cõmorantes suo afflatu talem secus radices excitant calorem, vt huius arboris folia aliàs decidua, durante bruma, proprio referta virore arborem exornent.

Betula vbi folia non deponat. Quapropter incolæ regionis arcanorum naturæ ignari, hanc arborem folia non deponentem sacram putant. Huic nõ multum dissimile videtur scribere Solinus, quãdo narrauit in quadam Africæ gleba non sine miraculo campis vndiq; aridis lucem quem-

In Polyhist. cap.40. dam virere. Inter sedes Serpentum peculiares recensenda est aqua: nam Cadamostus pronunciauit multos Serpentes regni Senegę vnà cum piscibus in aquis natare: Et Pli-

Angues vbi aquis delectẽtur. nius retulit ora Elymiadis Serpentibus infestari, quos flamma illuc deportant. Immò, Solino teste, ad Caspias portas, æquinoctio verno accedẽte, Serpentes vndiq; per aquas confluunt.

VICTVS.

G

cap.3. E cibis Serpentum authores longè diuersa sentire videntur. Primùm nonnulli verbis sacræ paginæ nixi, terram, & puluerem cibaria Serpentum esse statuunt. Siquidem in Genesi, cum Serpens ad seducendos primos nostros parentes, Diabolo organum se præbuisset; tunc Deus illi dixit: super ventrem tuum gradieris, & puluerem comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Præterquam quod apud Elaiam habemus hæc verba. *Serpenti panis erit puluis.* Amplius apud Micheam hæc scripta leguntur. *Lingent puluerem, sicut Serpens.* Propterea Serpentes terra, & præcipuè dulci gleba vesci non

cap.65. cap.8. est negandum: dulcibus enim summoperè delectantur. Ideo Plinius Boam Serpentem lactis auidissimam esse prædicat. Nihilominus nostri etiam agricolæ lactis amantissimos

Angues lactis amantes. omnes Serpentes esse fatentur. Bellonius omni insectorum genere Serpentes ali testificatur. Vnde Theophrastus scripsit angues partem Africæ incolentes, in qua rarissimè pluit, Onum in illis regionibus copiosè nasci etem comedere. Est enim ὄνος, siue ὀνίσκος bestiola quædam multipes coloris fusci, & subcinericij, quæ contacta illicò in orbem H

Onisci sunt Serpentum cibus. se conuoluit, latinis multipeda, & porcellio nominatur. Vitriacus in historia Orientis à Serpentibus illarum regionum piper album vorari tradit: ideoq; singulis annis inter se præliantes se se mutuò perimunt. Aliquando Serpentes exiguo contenti cibo vitam degunt, quod optimè norunt circulatores, qui angues in capsulis ligneis modico furfure appositò circumferunt. Etenim tempore hyemali penes ignem, vel sub cerucali,

Inedia anguibus cõuenit. vel in æstuario positi in pyxide perforata, vt facilè respirare possint, absq; esca ad tempus vsq; vernum vitam protrahunt. Nos in vasculis Serpentes inclusos, spatio semestri, sine cibo conseruauimus. Immò Tarantulam viuam Roma in intermedio arundinis ad

Tarantula viua Roma Bononiam delata. nos missam in ampulla vitrea, dies quinquaginta, sine alimento retinuimus. Nec mirandum est hæc animalia tamdiu sine cibarijs viuere: quandoquidem Serpentes, & lacerti sunt animantes multo phlegmate scatentes; & phlegma facilè in nutrimentum vertitur: est enim alimentum semicoctum, quod paulatim, iuxtà tempus opportunum, in sanguinem transmutatur. Monstat id in anguibus quotidiana experiẽtia, etenim dum

horum

www.libtool.com.cn

A horum pituita in alimentum vertitur, animal fit rugosum, & extenuatur: sicuti in scilla herba licet cõspicari, quæ extra terram in aliquo suspensa cubiculo germinat, veluti reliqua cæparum genera, aduentante Vere, in hortis germinascunt. Id autem accidit, quoniam plurimum humoris viscosi possident, quo & radicem nutrire, nec non folia, & flores emittere possunt. Præsertim hoc præstat pancratium, quod tribus annis continuis suspensum in Musæo floruit: cum calor innatus in lentore suo facilè conseruetur: quod nisi conspicati fuissemus, poculdubio nemini id narranti fidem adhibuissemus. Bellonius quoq; decem menses absq; cibis Serpentes viuere posse affirmat, dummodo paulum aquæ illis identidem præbeatur. Ideò Plinius non sine ratione referebat nullũ Serpentem fame, aut siti interire. Nam Greuinus illis cõtingere asseuerat, quod in aliquibus mulieribus vsu venit, quæ, vt paulò ante dictũ fuit, cũ humore pituitoso, & crasso refertæ sint, calorem naturalem imbecillũ, proportione tamen prædicto humori lento respondentem habent; hac de re sine nutrimẽto diuturnam vitam ducũt.

Scilla, cur extra terrã folia, & flores edat.

Lib. 1. de Venen.

Alioquin Aristoteles docuit Serpentes esse animalia, quæ, data occasione, voraci-
B tati suæ libenter indulgent: carnes enim, & herbas edunt, & deuorato aliquo animalculo, ab illoq; tota nutrientè substantia extracta, reliquum per secessum detrudunt. Sed totum oppositum præstant aranei, qui capti alicuius animalis succum totum foris hauriunt. Idem Aristoteles Serpentinum deuorandi modum assignat, dum inquit Serpentem ex longo breuissimum, & ex tereti latissimum fieri, vt quod deglutitum est, extento corpore melius in ventrem dilabatur: nam gulam habent tenuem, & longa ~, ideoq; in deglutiendo valdè laborarent, nisi semetipsos multifariam contorquerent. Ephesius opinatus est philosophum, per hæc verba, modum, quo oua deglutiuntur à Serpentibus declarasse; quam sententiam explodit Suessanus; cum oua à Serpentibus, fractis corticibus, sorberi compertum sit. Attamen alij certo certius esse tradunt oua cum putamine à Serpentibus deglutiri, si tamen fauces sint capaces; deinde ab ipsis in semet cõuolutis intra corpus frãgi, & cortices per partes infernas expelli; quando verò Serpentis ætas est tenella, & fauces adhuc sunt angustæ, tunc oua apprehensa orbe spiræ ita vehementer illa perstringunt, vt fracto putamine, liquorem oui hauri-
C re possint. Non igitur à veritate recedit Olaus Magnus, qui Serpentes omniuoros esse constituebat: cum æstate herbas, carnes, animalia, aliaq; huius generis edant, nec non lac, vinum, & aquam bibant; deinde hyeme pro cibis somno vtantur. Immò ex Plinio, auibus deuoratis plumas, & ossa euomunt. Etenim aues, & potissimum auium pullos in nidis adhuc degentes libenter furantur. Ad rem Aloysius Cadamustus verba faciens de quantitate Psittacorum regni Senegæ, narrabat illas aues tali solertia, & ingenio in nidificando esse refertas, vt excelsissimam quærant arborem surculos tenues habentem, quorum extremitati nidum instar pilæ rotundum, relicto tamen angusto foramine, mira industria fabricatum suspendunt; idq; præstant, vt Serpentum fallant dolos, qui nidum pensilem tenuissimo ramusculo adhærentem mole corporea grauati petere non audent.

Lib. 10. de hist. Anim. cap. 4.

Opinio Aristotelis circa cibum Serpentũ.

Oua quomodo ab auibus vesuntur.

Lib. 21. cap. 29.

Serpentes omniuori ad mentem Olai Magni.

Quoad potum horum animalium, notandum est ipsa exiguo bibendi desiderio teneri, quemadmodum, & reliqua animantia, quibus natura fungosum pulmonem largita
D est. Serpentes tamen, ex Aristotele, vini sunt incontinentes: quare multi vino in fictilibus circa sepes appositio, viperas venati sunt, nam ebriæ nullo negocio capiuntur, vt inferius suo loco exponetur. Mercurialis addit non solum viperas, sed etiam omnes Serpentes vino delectari: quamobrem monet cauendum esse, ne huiusmodi animantes ingrediantur vasa, in quibus vinum seruatur, quia & illud bibũt, & reliquum venenãt.

In lib. Naturig. cap. 30

PHYSIOGNOMONICA.

Potus Serpentum.

ANIMANTIVM alias esse perfidas, & insidiosas, vt Serpentes vehementer verum, & indubitatum esse existimamus. Quare Adamantius ad aures Aristotelis scribebat, quòd homines paruis genis à natura donati, vti sunt angues, semper fucum faciunt, aliosq; à veritate depellere conantur. His addebat Gulielmus Gratarola naturam oris, & menti animalium contemplans, homines parũ mentum habentes vi-

Lib. 8. de hist. Anim. cap. 4.

In opusc. Phys. cap. 14.

tan-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

tandos eſſe; quoniam hi præter cętera immites ſunt, & apud amicos ſemper aliquid fin- E
gentes, hypocriſim libenter amplectuntur: propterea ad Serpentes mento prorſuſcarentes referendi ſunt. Amplius idem author de oculorum indicijs verba faciens ſcriptum reliquit, quòd oculi referti guttulis rubicundis, non tamen rotundis, ſed quadratis, & inſtar ignis micantibus intrinſecus, nec non inferiùs; deinde ſi aliæ poſt ipſas ſint pallidæ, & aliæ glaucęſcentes, cũ circulis forinſecus pupillas claudentibus ſanguinolentis, & palpebræ, & pupillę moueantur, denotant animũ atrocem vltra mentis cogitationem, nec non ſanguinem domeſticorum libenter effundentem, omnia nefanda perpetrantem, & dolis, vaniſſimiſq; commentis omnia peruertentem. Tales autem fuiſſe oculos Ezelini tyranni authores pronuntiant. Sed aduertendum eſt, quòd huiuſmodi guttulæ, in oculis obſeruatæ, & obſeruandæ, quantò fuerint rubicundiores, eò maiorem iram, & magis facinoroſum ſcelus atteſtantur: nam minores, & obſcuriores, prædicta nefanda minuunt quidem, ſed non tollunt. Id totum in oculis Serpentum manifeſtum eſſe arbitramur.

Animi atrocis ſigna.

F

ANTIPATHIA.

CVM hominibus, multis brutis, varijs plantis, & etiam cum rebus inanimatis Serpentes inimicitias gerere non eſt dubitandum. In primis homini pertinacem Serpens ſe ſe exhibet inimicum, & viciſſim homo tali conſpecto animali ſtatim perhorreſcit, & mulier vtero gerens facilè abortit. Hoc inde natum eſſe multi authores exiſtimãt, quoniam, in mundi primordio, Deus alloquens Serpentem dixit. *Ponam inimicitiam inter te, & mulierem, & inter ſemen tuum, & ſemen eius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Hinc colligendum eſt inter homines, & Serpentes hoſtile ſemper odium eſſe futurum. Et quamuis aliqui ſcripſerint Serpentem interdum in hominum delicijs fuiſſe; hoc inter prodigia alij recenſendum eſſe autumant. Plinius narrat Serpentes non ab homine, ſed ab hominis, & præcipuè ieiuni ſaliua, tanquam ab aqua feruenti, abhorrere; quoniam hæc ſi fauces anguium intrauerit, illicò perire dicuntur. Vnde Lucretius ad rem canebat.

Lib. Geneſ. cap. 3.

Saliua hominis anguibus inimica.

G

Eſt vtiq; vt Serpens hominis contacta ſaliuis
Diſperit, ac ſe ſe mandendo conficit ipſa.

Philoſophi perſcrutantur, cur Serpens ieiuni hominis ſputo necari poſſit; & tandem in hanc veniunt ſententiam id fieri, ob ſingularem inter vtrumq; antipathiam, ſiquidem Serpens frigidæ, & ſiccæ eſt tẽperaturæ, homo autem calido, & humido temperamento eſt præditus. Iſidorus promulgat hominem tantũmodo nudum à Serpente timeriſ (quod Olaus magnus in puericia ſibi accidiſſe ſcribit) idq; inde oriri refert, quia Serpens hominis imperium ſupra cuncta animantia teſtatur, dum eum veluti Dominum veneratur; quoniam in Paradiſo terreſtri, ante lapſum primorum parentum illum nudum nouit. Hactenus de homine in genere. Modò ad particulares homines, & populos deſcendere oportet, qui à Serpentibus priuatis odijs diſſident. Ælianus narrat angues à Troglodytis abhorrere, quoniam horũ natio eos comedat, & conſumat. In Syria, ex Plinio, circa Euphratis ripas, Syri dormientes à Serpentibus non vexantur: qua de re à Syris non enecantur: cæteris verò cuiuſcumq; generis infeſtiſſimi ſunt. Pariter in Tirynthо angues parui ex humo naſcuntur, qui indigenis innoxij, aduenas autem interimere dicuntur. Item Crates Pergamenus in Helleſponto circa Parium, genus hominum fuiſſe ſcribit, quos ophiogenes nempè anguigenas vocat: hi ob cognationem quamdam cum Serpentibus, vel potius ob peculiarem antipathiam, Serpentum ictus ſolo tactu ſanare, & manu ſuper patientem impoſita, venena à corporibus extrahere dicebantur. Vatro aliquos etiam ibi verſari ſcribit, quorum ſaliua ictibus Serpentum medetur. Huius gentis authorem, vt notat Æneas Syluius, heroem quemdam fuiſſe ex Serpente immutatum fabuloſa tradidit Antiquitas, addiditq; hanc vim apud illam nationem aliquandiu manſiſſe: quemadmodum in Calabria, fama eſt, de illis, qui ex progenie D. Pauli cognominantur: nam & hos Serpentum morſibus mederi affirmant. Similis gens in Africa Pſyllorum fuit, à Pſyllo Rege nuncupata, cui teter quidam odor ingeni-

Lib. 12. Orig. cap. 4

Homo nudus Serpẽti inuiſus.

H

Syri populi à Serpentibus nõ læduntur.

Saliua humana ictibus Serpentum medetur.

www.libtool.com.cn

A ingenitus est, teste Plinio, quo quasi pestifero nidore Serpentes obstupefacti fugantur: hinc de causa illis gentibus nocere non possunt. Propterea apud ipsos peruulgati moris est infantes nupertimè natos sæuissimis obijcere Serpentibus, sicq; coniugum pudicitiam experiri: nam anguibus non refugientibus vxores tanquam adulteras damnabant. Item simile genus hominum, nempè Marsorum hodie viuit in Italia, vt refert Plinius, quos à filio Circes ortos esse; ideoq; ijs ob singularem antipathiã vim naturalem aduersus Serpentes inesse tradunt. Strabo id confirmare videtur, dum inquit. Quemadmodũ Tintyritę contra Crocodilos naturalem quãdam facultatem possident, ita populi Psylli, & Marsi innatam quamdam virtutem aduersus Serpentes participãt.

Angues cur Psillis populis non noceant.

Lib. 8. cap. 25.

Præterea Serpentes multis auibus se exhibent inimicos: Primituſq; cum Aquila grauem offensionum acerbitatem habent. Quamobrem Aquilæ cœtitem lapidem in nidum deferre solent, ne illis Serpentes appropinquare possint. Præterquam quod ex Paulo Venetо, quoddam Aquilarum genus in montibus regni Morfili versantium anguibus vescitur. Sed quandoq; Serpentes ab Aquilis apprehensi in aere multiplici caudæ nexu alas auis ligant, & adeò eas implicant, vt, testibus Plinio, & Alberto, ambo in terram necessariò cadant. De hoc locutus est Virgilius cum cecinit.

Marsi, & Psilli populi cur à Serpẽtibus non attingantur.

Atq; volans altè raptum cum fulua Draconem
Fert Aquila, implicuitq; pedes, atq; unguibus hæsit.
Saucius at Serpens sinuoſa volumina verſat,
Arrectisq; horret squamis, & sibilat ore.

Lib. 12. Aeneid.

Cæterùm animaduertendum est, quod non omnis aquila id præstat, sed tantum genus quoddam parum, quòd venatur quemdam Serpentem, qui draco generali vocabulo nominatur. Aelianus de horum animalium pugna curiosam recitat historiam. Inquit enim, quod rustici quidam frumentum in area perticis excutientes, & ardenti oppressi siti, vnum ex suis, vt de proximo fonte hauriret aquam, miserunt. Is altera manu falcem messoriam, altera situlam gestans, & ad fontem peruenies, Aquilam à Serpentis spiritu arctissimè complicatam offendit, obstruãsq; periculum impendens strangulationis Aquilæ, Serpentem falce dissecuit, & Aquilam à vinculis anguineis, à quibus se extricare non poterat, liberauit. Quomodo autem Aquila liberatori suo gratiã retulerit in primo Ornithologiæ libro explicatum fuisse opinamur. Deinde angues odio Pauonis exardescunt, cum, ex Authore de natura rerum, pauo clamore suo Serpentes perterrefaciat, & cuncta animalia venenata depellat; non enim facilè propè habitare audent, vbi vox pauonis frequẽtissimè auditur. Immò à Cycnis etiam dissentire multi volunt; cum hæc verba proferat Auicennas: Qui noctu præsertim dormiens à venenatis animalibus sibi metuit, domi cycnos, pauones, & grues nutriat. Bellunensis tamen pro cycnis ciconias reponit. Verumq; sit, hoc omnibus est manifestum, vtriq; aui Serpentem esse inimicũ: propterea Solinus Ciconias in Thessalia maximè immunes prædicat, quia Serpentes interimant. De his Iuuenalis cecinit hunc in modum.

Aquila Serpenti inimica.

Pauo, Cycnus, & ciconia aues anguibus hostes.

Serpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.

Viciſſim Serpentes ciconiarum collum sæpè implicant, atq; illas suffocant. Idcircò narrat Oppianus Serpentes pullis ciconiarum sæpius insidiari, & olim in Italia accidisse, vt fœtura ciconiæ tribus annis continuis à Serpentibus deuorata fuerit. Prædictis addamus accipitres; qui venenatis bestijs summoperè aduersantur. Vultures etiam contra Serpentes acerrimè preliantur, sed vultures nigri minus roboris habere dicuntur. Serpentes quoq; Ibidem auem oderunt, quoniam ab ipsa deuorentur: Hinc Ægyptij auem hanc sacram esse statuerunt. Ad rem Iuuenalis sic canit.

Accipitres & vultures anguitum hostes.

qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc, illa pauet saturam Serpentibus Ibim.

Iuuen. 15.

Gallus, & gallinæ à Serpentibus odio habẽtur, quia gallus cum illis dimicat, & gallinæ eos vorant. Quare non est mirum si Rondeletius vir fide dignus tradiderit se aliquando edisse gallinas, in quarum ingluuie Serpentes reperti fuerunt. Tandem hirundines, & angues priuatis diffident odijs, quoniam, ex Oppiano, Serpens hirundinum nidis insidias tendit, & earum pullos sæpè deglutit.

Lib. 5. de Piſc.

Si descendamus ad quadrupedes animantes se se offerunt Elephanti, quorum spi-

www.libtool.com.cn

Elephanti cum anguibus bellum.

ritus, Ceruorum ritu, Serpentes à cauernis euocat. Vnde ſuffitus ex aliqua parte elephanti paratus Serpentes fugare perhibetur. Quamuis Diodorus Siculus ſcribat, quòd Serpentes, viſo Elephanto, oculis inſtar fulgoris micantibus, viſionem eius adeò obumbrant, vt ad terram neceſſariò cadat. Sed hæc ad hiſtoriam Draconum ſpectare videntur, de quibus ſuo loco verba fient. Referunt etiam Serpentes odorem leopardi vitare, quare ſi hoc à veritate non eſt alienum, pellis leopardi aduerſus Serpentes deferri poſſet. Quid plura? Cerui Dorcades, & Serpentes odio graui ſe inuicem proſequuntur; quoniam, teſte Nicandro, tam Cerui, quã Dorcades anguibus veſcantur: ideoq; Serpentes, conſpectis Ceruis, ſtatim ad cauernas ſe conferunt. At Cerui narium halitu, quaſi ſympathica quadam virtute illos foras extrahũt. Licèt alij ſcribant ob antipathiã id accidere; nam angues, Ceruorum flatu percepto, foras exeuntes alio iter vertere conantur; qui interim à Ceruis intercepti non in gratiam alimenti, ſed potius medicamenti comeduntur. Quandoquidem Etymologus, & Varinus tradunt Ceruos ſæpè numerò verminatione laborare; ideòq; ſæpè ſæpius torminibus ventris vexati Serpentes quærunt, eorũ ad lapides affricato, & nidore excitato, vt à latibulis exeant; quibus voratis à vermibus liberentur. Plinius prodit, quod Ceruus ſenecture grauatus, proprio ſpiritu angues è latibulis euocatos comedit, & hac ratione ſenecturem leuare conatur. Id autem veritati non eſſe conſonum arbitratur Albertus: quamuis nullibi (quod ſciamus) hoc apud Plinium legatur. Ideò Simeon Sethi admonet intereſſe eorum, qui ceruos venantur, vt tempore æſtiuo ab eorum eſu caueant, quia tunc temporis anguibus veſcuntur. Tradit quidem Iſidorus, quod Cerui ſtatim atq; ægritudine aliqua premuntur, latebras anguium inquirunt, illiſq; ſpiritu narium attractis, & ſuperata vi eorum venenata, pro pabulo vtuntur, vt priſtinæ ſanitati quamprimum reſtituantur. In gloſſa ad pſalmum quadrageſimum primum, qui incipit. *Quemadmodum deſiderat Ceruus fontes aquarum.* Legitur, quòd Ceruus ſenio grauatus, Serpentes naribus haurit: vnde veneno æſtuans fontem ad bibendum ardentiſſimè deſiderat, & poſt potionem pilos, & cornua deponit. Vincentius Belluacenſis Serpentes tantum pro pabulo Ceruis concedit, vt caligini oculorum medeantur. Alij Ceruorum duplex aſſignant genus, alterum, quod euocatos à cryptis Serpentes vorat, deinde veneno turgidum pilos mutat, & cornua abijcit, & poſtmodum aquam hauriens, & euomens liberatur: alterum inuentos Serpentes enecat, poſtea ad montes, pabuli gratia, ſe recipit. Gillius ex Oppiano in Libycis ſinibus magnam Serpentum quantitatem verſari promulgat, qui Ceruum humi iacentem inuadere non pertimeſcunt, & interdum alij caput, alij collum, alij ventrem, & deinceps reliquas corporis partes mordicus apprehendunt: tunc Ceruus à terra ſurgens alios dentibus diſſecat, alios pedibus conterit, & tandem fluuium inquirit, vt reliqui Serpentes ab eius pelle dependentes excidant, & cicatrices quamprimum obducantur. An verò narium ſpiritu Ceruus Serpentes à cauernis attrahat, quemadmodum magnes ferrum, & ſuccinum paleas, hoc non eſſe credendum multi autumant. Immò potius debemus adſtipulari ſententiæ Oribaſij, qui ſcriptum reliquit Serpentes à Ceruo attrahi non flatu latibulum implente, ſed potius aerem cauernæ, quoad fieri poteſt exhauriente, itaut Serpens egredientem ſequatur aerem, non ſecus ac viuum, vel aqua, attracto aere, per fiſtulam aſcendit. Sed de hoc plura in hiſtoria Cerui videnda ſunt. Præter hæc, ex verbis Ariſtotelis, ſues Serpentibus maximè inuiſi eſſe traduntur, dum angues inuentos edunt: qua de re Blondus hiſtoricus narrat in ſyluis Plumbinenſibus anguem immenſæ magnitudinis olim apparuiſſe, qui non modò homines, ſed cæteras quoq; beſtias interimens abſumebat: quapropter incolæ non mediocri formidine capti, tandem mille ſcrofas congregarunt, quas Serpens cõſpicatus inuadens, ab illis deniq; extinctus eſt cum aliter ſuperari non potuerit, ſicq; ſuum ope, ager Plumbinenſis à periculo formidoloſi Serpentis euaſit. Inſuper echinus terreſtris Serpenti admodum eſt inuiſus, vt meminit Oppianus, quoniam illum latibulantem, & in orbem conuolutum fruſtra mordet, & quò magis eum ſpiris circũdando premit, eò magis vulneratur. Ichneumon etiam & Serpens inter ſe præliantur; idcircò, ex Oro Apolline, Aegyptij hominem debilem ſignificaturi Ichneumonẽ pingebant; quandoquidem hoc animal non prius Serpentum pugnam aggreditur, quàm cæteros ſuæ ſpeciei ad certamen conuocauerit. Brumali etiam tempore, authore Cælio Rhodigino, Serpens languidior redditus à ſoricibus in latebra

Cerui, & Serpentis odium.

Quomodo Serpentes à Ceruo de cauernis extrahantur.

Ceruorum duplex genus.

Serpentes audent Ceruũ aggredi

Quomodo Serpentes flatu Cerui de cauerna educantur.

Suũ & Serpentis pugna.

In Lib. de Piſc.

Echini terreſtris, & anguis bellum.

In Li. Hierogl.

www.libtool.com.cn

A latebra infestatur, cum alio tempore fores à Serpentibus maximè afficiantur noxa. Testudo etiam cum Serpente depugnat: ideò, iuxta Plinij sententiam, nunquam Serpentem inuadit, priusquam herbam cunilam degustauerit: quemadmodum mustela rutam comedit, antequam pugnam Serpentum adoriatur: inuicem enim hæ duæ bestiæ sibimet aduersantur, vt voluit Aristoteles, quoniam ijsdem cibis vescantur: ambæ enim in latebris, & circa habitationes mures venantur, hac de causa mustelarum cinere aduersus venenum Serpentis multi adhibent. Idem odium contra Serpentes exercet cattus, qui, ex Alberto, eos, & huiusmodi interficit, sed eos non comedit; immo ab illorum veneno læderetur, nisi felis statim aquam superbiberet. Lacerta quoq; naturali instinctu, maximo amore hominem, & vicissim odio plusquam Vatiniano Serpentem insectatur: ideò Erasmus pulcherrimam historiam de pugna lacertæ, & Serpentis recitat. Item Chamæleonti inimicum se præstat Serpens: etenim, ad mentem Æliani, Chamæleon viso angue latam arripit festucam, qua tanquam clypeo ab hoste Serpentino se tuetur. Tandem cæteri Serpentes à basilisco summopere abhorrent: cum eius tantùm sibilo audito exanimentur.

Testudinũ murilli, & Serpentum inimicitia.

Remedium contra Serpentes.

Felis & anguis odiũ.

In Dialog. de Amicit.

Chamæleõtis, & Serpẽtis inimicitia

Si conuertamus sermonem ad animalia exanguia; in horũ multis hostilem animum contra Serpentes inueniemus. Aristoteles docet locustam cum Serpente præliari; quædam enim locustæ species ab impugnandis Serpẽtibus ophiomachus nuncupatur. Vnde quidam agricolæ memorandam locustæ de Serpente victoriam obseruarũt: illa enim Serpentis guttur apprehendens, absq; vllo certamine, bestiam venenatam extinxit. Hoc admiratione dignum est, quòd bestia fortissima, & astura ab imbecilla, & fatua superari potuerit. Ex his fortè intelligendus est Albertus, qui scripsit inueniri vermem *Opimatum* dictum cum Serpente non viribus, sed audacia dimicantem, illius enim adhæret gutturi, ita ut inde minimè auelli possit, donec Serpens pororsus extinctus fuerit. Ibidem etiam memorat alium vermem, quem spoliatorem colubri appellauit. Aelianus idem accidere cancris Serpentum inimicis tradit: nam Serpentes à vasta cauerna iuxta Ephesiam metropolim egredientes ad proximam vsq; paludem serpunt, deinde tranando ad oppositam ripam peruenire conantur: interim in aqua à cancrorum forcipibus comprehensi interimuntur. Tandem, ex Plinio, aranei acerbissimum in se Serpentum odium concitant, dum librantes se filo in caput eorum ad opacam arboris vmbram iacentium, eos tali noxa afficiunt, vt vertiginoso affectu correpti diù rotentur, & tandem pereant. Ad finem Vespæ Serpentum inimicæ pronunciandæ sunt: nam authore Vincentio, in speculo naturali, Serpentibus sæpè vescuntur, quo alimento imbutæ mortiferos ictus imprimere solent.

Locustæ species cũ Serpente pugnat.

Lib. 26. de Anim.

Vbi Serpentes à cancris interimantur.

Aranei & anguis antipathia.

His adnotatis de animalibus, ad arbores, & plantas Serpentibus inuisas sermo est conuertendus. Albertus memorat arborem quamdam in partibus Asiæ crescentem Hyperdoxin vocatam, cuius suaui fructu columbæ regionis delectantur: versantur autem ibi Serpentes columbis valdè molesti, sed prædictæ arboris odorem, & vmbram non sustinent: quamobrem columbæ in hac arbore, & refugium, & pabulum tutum inueniunt. Eadem antipathia inter Serpentes, & fraxinum celebratur: itaut ne matutinas quidem, vespertinasve vmbras etiam longissimas huius arboris Serpens attingat. Ideò ob naturæ benignitatem fraxinus, priusquam angues à latebris prodeant, florere incipit, & folia non deponit, nisi postquam Serpentes ad hybernas habitationes reuersi fuerint. Callimachus etiam, referente Aeliano, arborẽ in solo Trachinio nascentem Smilum nominat, cui appropinquãtes angues pereũt, quę arbor nisi sit fraxinus, ab ea saltem valdè non discrepare videtur. Eamdem antipathiam inter anguem, & quercum collocant: nam Constantinus in Greoponicis, quernis iniectis folijs Serpentem interire autumat. Scribit etiam Aristoteles odorem florescentis vuæ Serpentes auersari, propterea eo tempore nullus Serpens in vitibus inuenitur. Amplius herbæ innumeræ recenseri possunt, quas Serpentes, ob antiphatiam, detestantur. Cardanus meminit trifolij, sub quo Serpentem, vel aliud venenatum animal latere, vel habitare non est compertum; quia hæc herba illis exitio sit. Draconteam, & Anchusam, assentientibus Dioscoride, & Arnoldo, angues abominantur, quia huiusmodi herbis necantur. A betonica faciem auertunt, quoniam in huius herbæ circulo inclusi exire non audent, sed potius, ad mentem Plinij, semetipsos flagellando perimunt. Capparim inuisam anguibus prædicat Auicennas, cũ Serpentes, & vermes in intestinis stabu-

Fraxini, & Serpentis antipathia

Arbor fraxino congener.

Quercus, & vitis.

Aliæ plantæ Serpentibus inimicæ.

Betonica.

Capparis.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Allium. ſtabulantes interficiat. Odor allij Serpentes deterret: ideò ruſtici vaſa lactis, ſucco al- E
liorum circumlinunt, ne Serpentes lactis auidiſſimi irrepant. Ruta, & præſertim li-
Ruta libyca. byca, quoniam ſiccißima eſt, Serpentibus aduerſatur: nam eius odor efficit, vt ſtatim
animo deficiant. Omittimus conſultò abſynthium, artemiſiam, abrotonum, libano-
Planta ſerēda circa domum ad arcēdos angues. tidem, & herbas huius generis, quas ob antipathiam Florentinus circa habitationes
plantādas eſſe iubet, ne ad eas Serpentes accedere audeant. His addamus nepetam, &
viticem, quarum foliis, ex Aeliano, mulieres Atticæ in Athenienſium Theſmophorijs
cubilia ſubſternebant, ne Serpentes illuc intrare poſſent. Addit etiam Aelianus Enu-
In Geoponicis. lam, helenium nuncuparam: ſiquidem tradunt Ægyptij Polydamnam vxorem Thoridis
Lib. 9. c. 7. Ægypti Regis miſericordia motam, in Pharum Helenam expoſuiſſe, eiq; donauiſſe her-
Enula cur Heleniam dicta. bam, cuius odorem tantùm, dum Serpentes paſſim vagantes percipiunt, illicò ad cauer-
nas ſe ſe conferunt. Helena igitur herbam terræ commiſſam Serpentibus contrariam
celebrauit: vnde poſtea rerū naturalium periti enulam helenium nuncuparunt. Plutar-
chus ſelenen herbam in monte Apræſaneo naſcentem diuulgat, cuius ſpuma paſtores
liniūtur, vt nullam Serpentum illic errantium iniuriam patiantur. Deniq; Plinius the- F
rionaream aliam, quàm magicam in noſtro orbe naſcentem, fruticoſam, foliis ſubuiri-
dibus, & flore roſeo extollit; quoniam ob antipathiam anguibus inuiſa celebretur. In-
Lib. 7. de varie. rer. cap. 29. ter res inanimatas Serpentes oderunt ignem, non ſolum quia eorum viſionem hebetet,
vt voluit Cardanus, ſed etiam quia veneno aduerſatur, illud enim abſumit: cum om-
nia elementa, præter ignem, veneno infici poſſe compertum ſit.

SYMPATHIA.

VEMADMODVM paulò ante antipathia Serpentum cum ani-
malibus, & plantis expoſita fuit: ſimiliter hoc in loco ſympathia eſt
explicanda: quandoquidem multi authores tantam ſympathiam, &
ſimilitudinem inter angues, & Marſos pupulos collocarunt, vt eis Ser-
Sympathia Marſorum, & Serpentum. pentes nocere non poſſe aſſeueraverint. Ideò Baptiſta Mantuanus ſic G
canebat.

——— maior tua gloria Marſis,
Quos impunè ferunt nigros tractare Colubros.

Id autem falſum eſſe proculdubiò credendum eſt, ſiquidem Marſi cæteris hominibus
nocerent. Hodie etiam multi impoſtores, & circumforanei in varijs Vrbium plateis ple-
beculam decipiunt dicentes, Marſorum ritu, vim contra Serpentes poſſidere, & vinum,
in quod ipſi inſpuerint, plebi propinant, atq; hoc potu virturem aduerſus Serpentes
illis cōmunicari prædicant, quæ nullo adueniente tempore deleatur. Plinius maiorem
Sympathia Serpentum inter ſe. concordiam, & amicitiam inter Serpentes, quam inter homines reponit, quia Serpētes
à Serpentibus non mordeantur, & innumeri in latibulis ſimul conglobati, & amicè vi-
uentes aliquando à ruſticis inueniantur. Amplius illis ineſt perpetua cū anguillis neceſ-
ſitudo: propterea quod ad rem, Geſnerus conſideratione dignam narrat hiſtoriam. Qui-
dam enim cum eſſet puer anguillam magnam fiſcella incluſam in quemdam locum de-
ferens per ſyluam tranſire cogebatur, in qua anguillam ſibilaſſe retulit, & illicò ali- H
quot Serpentes ſibilo excitatos accurriſſe: quare puer, horrido perterrefactus ſpecta-
Anguilla, & Serpentum hiſtoria. culo, ciſtula depoſita, aufugit: Cum verò paulò poſt reuerteretur, vt fiſcellam recupe-
raret, anguillam non inuenit. An verò ſibilent anguillæ dubitandū eſt; quoniam piſces
muti ſunt. Fortaſſis qui deferebat anguillā ſibilantes Serpentes audiuit, ideòq; fiſcellam
deponens terga dedit. Inſuper Ariſtoteles vulpes, & Serpentes amicos minimè facatos
eſſe decreuit: cum ambo in cryptis communem vitam degant. Ponzettus etiam mures,
& Serpentes magna neceſſitudine coniunctos facit, dum ſimul interdùm colludere
ſtatuit, ſed proculdubiò hic author de Serpentibus mures non venantibus verba facit.
Felis, & Serpentis amicitia. Aliquando etiam Serpentibus fuit eum cattis amicitia non vulgaris, vt relatum fuit in
hiſtoria felis, de monachis quibuſdam ægrotantibus, nec infirmæ valetudinis cauſa
intelligi poterat; cum tandem ruſticus operarius felem monaſterij in dies cum Serpen-
te colludentem obſeruauit. Non erat autem læthale huiuſmodi venenum, quoniam
lætitia Serpentis cum catto, ludi gratia dimicantis, venenatam vim reprimebat.

Si c.

www.libtool.com.cn

A Si de sympathia anguium, & herbarum sermo habeatur. Plinius in primis miratur honorem, qui hederæ ab Antiquis haberi solebat; cum Serpentes illa tantoperè delectentur. Amplius cum fœniculo Serpentes maximum habent consensum: nam ipso degustato, ad mentem Plinij, senectutem faciliùs exuunt. Immò eius succo oculorum aciem, ex Textore, pristinam acquirunt visionem, quam in latibulis tota hyeme degentes ferè amiserant. Ideòq; Porta astruit homines didicisse à Serpentibus, succo fœniculi oculorum caliginem depellere. Verum modo hoc fœniculum sit illud, quod ab hominibus editur, Authores sibi inuicem repugnant: etenim Mercurialis fuit huius opinionis illud fœniculum, cui Serpentes oculos afficiant, esse illud genus, quod Florentini baccatum cognominant, idque pro veneno reputant. Hinc tamen non fit, vt hoc fœniculum vermiculans sit ab alio diuersa species, nam, ablato verme venenoso, est edule: ideòq; Florentini baccatum vocant ob vermem in illo genitum, quem ipsi lingua vernacula baccum dicunt, & ablato verme, nempè bacco, omni carere veneno existimant. Tandem scribunt nonnulli tantam sympathiam inter Serpentes, & sabinam esse, vt ferè semper circa hanc plantam obuersantes inueniantur. B

Lib. 1. Mag. nat.

Herbæ anguibus amicæ.

Lib. 1. de morb. Venen.

CAPIENDI, FVGANDI, ET NECANDI RATIO.

TECHNÆ variæ in præsentia examinandæ sunt, quas pro captura, & destructione Serpentum homines excogitarunt. Plinius anguem subintrantem cauernam sinistra manu apprehendendum esse docet, quia facilimè per caudam extrahetur: alioquin dextra non poterit auferri; non enim cedit trahenti, sed fugiens elabitur, aut abrumpitur. Hodie Agyrtæ innumeros angues quodam baculo fisso, vel pyragra apprehendunt, & in vas aliquod deferunt, deinde vesiculas circa dentes veneno refertas forcipibus disrumpunt, sicque illos impunè tractant: vel statim captos saliua perfundunt, cuius contactu non parum vilescunt, & veneni feritatem deponunt. Aut ad illos impunè tractandos quodam vnguento manus perlinunt, quod constat ex oleo expresso à semine syluestris raphani, succo radicis dracunculi, & asphodelli cerebro leporis, saluiæ foliis, & lauri baccis. Florentinus in Geoponicis alio vtitur artificio. Vasa fictilia salsuginosa circa habitationes intra terram condit, & in ea omnes bestias reptiles insilire fatetur, deinde vasis diligenter obstructis, eas concremat. C

Quomodo Circulatores facilè pertractẽt angues.

Vnguentũ contra vermes.

Alioquin Serpentes immensæ magnitudinis in regione calidiori stabulantes, retibus, & alijs artibus dolosis capiuntur. Diodorus Siculus, & Gillius narrant artem, qua captus fuit immanis Serpens olim ad Ptolemeum Ægypti Regem delatus. Venatores enim illarum regionum, regia munerum magnificentia incitati magnum Serpentem viuum Alexandriam ducere decreuerunt. Serpentem igitur longitudinis triginta cubitorum secus aquas in orbem complicatũ, & humi stratum conspicati, laqueis, & catenis coerceri posse arbitrabantur; sed appropinquantes igneo oculorũ fulgore, squamarum asperitate, & dentium eminentia perterrefacti fuga salutem sibimetipsis consuluerunt. Postmodum, excogitata alia capiendi animalis arte, robustis funibus rete belluæ capax fabricarunt, deinde, obstructo cauernæ aditu, belluam à faciendis rapinis reuertentem magno clamore, & strepitu ad cryptam confugere coegerunt; qua lapidibus clausa inuenta, in rete tandem incidit. Item Paulus Venetus in regione, quam *Caraiam* vocant, immensos Serpentes diuagari scribit; qui infrascripto artificio coercentur. Interdiù huiusmodi angues in subterraneis quiescunt locis, noctu verò vagantes, & cibum inquirentes nulli animalium parcunt; postea alimentis repleti ad domesticam latebram redeunt, & gradientes mole corporea in terra illa fabulosa foueam faciunt. Vnde venatores bestijs insidias tendentes multos, & robustos palos in suprema parte ferro acuto munitos in fabulo habitationi animalis proximo defigunt, pulueremque obruunt, ne quidquam conscipi possit. Cum autem noctu, vt fieri solet, Serpentes ad cibi inquisitionem prodeunt, corporis pondere latenti ferro transfiguntur; tuncq; venatores in insidijs morantes, magno facto impetu, Serpentem perimunt. D

Retibus angues coercentur.

Palis acutis angues capiuntur.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Alijs absq; technis, & insidijs, solis cantionibus Serpentes cõprehendi, & necari posse E
affirmant, nixi potissimùm variis poetarum authoritatibus, qui id asseuerantius dicere videntur. Primùm Virgilius sic canit.

Eclog. 8. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

Manilius idem confirmat dicens.

Consultare fibras, & rumpere vocibus angues.

Prædictæ sententiæ Ouidius non refragatur dum canit.

Vipereas rumpo, & verbis, & carmine fauces.

L. 2. Amor. Idem Poeta alibi canit hunc in modum.

Carmine dissiliunt abruptis faucibus angues.

Prudentius Poeta idem stabilire videtur, dum in libris contra Symachum sic inquit.

——— Baccho caper omnibus aris
Caditur, & viridis discindunt ora Chelydros,
Qui Bromium placare volunt.

Lib. 1. Silius etiam Italicus meminit cuiusdam, nomine Atyr, qui excantando Serpentes, eos F
coercebat, dum sic scribit.

Nec non Serpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr, tactuq; graues sopire Chelydros.

Nonnulli volunt hunc virum ex familijs Psyllorum, vel Mersorum dimanasse, qui proprio corpore, vt recitat Plinius, Serpentibus aduersabantur: propterea olim Romani Consules, vt periculum facerent, num legatus nomine Hexagon, à prædictis nationibus missus fuisset, eum in dolium anguibus plenum coniecerunt: vbi à Serpentibus minimè vexatus omnibus miraculo fuisse dicitur. Marmaridæ quoq; populi Africæ Psyllis finitimi angues solebant excantare: horũ autem meminit Silius Italicus his versibus.

Lib. 3. *Marmaride medicum vulgus stupuere caterui,*
Ad quorum cantus Serpens oblita veneni,
Ad quorum cantus mites iacuere Gerastæ.

In Phylo. pſ. Lucianus etiam memorat cantiones, quibus Serpentes coerceri feruntur. Introducit G
enim Babylonium quemdam virum ex Chaldæis, qui profectus in agrum omnes expulit Serpentes. Verba autem Luciani sunt hæc. *Babylonius in agrum profectus manè, cum pronunciasset sacra quædam ex vetusto codice septem nomina sulphure, & face lustrato loco, in orbem ter obambulans Serpentes omnes inuitos excitit, quicumq; intra illam regionem erant. Veniebant ergo tanquam ad incantationem tracti Serpentes multi.* Si autem verum esset, quod narrat author, id non cantionibus, & verbis Babyloni viri, sed potius grauissimo sulphuris odori attribueremus, quo ille accensa face regionem lustrauerat: his enim tetris, & exiccantibus odoribus Serpentes excitantur, & fugantur. Aloysius etiam Cadamustus similis excantationis meminit apud Nigritas. Siquidem illarum regionum Princeps, quando præsentaneum desiderat venenum, designato in terra circulo, & nonnullis prolatis verbis, Serpentes cò accedere cogit: tunc inter illos magis venenatum eligens interficiendum, alios missos facit. Itaq; occiso Serpente, eius sanguinem cum succo cuiusdam arboris miscet, qua compositione postmodum arma linit, vt leuiter etiam sauciando hostes, necessariam necis causam illis afferre possint. Immò Nigritæ, quando noctu frequentia Ser- H
pentum sibila audiunt, timentesq; ne aliquem animalium gregem adoriantur, statim accurrentes carminibus illos dissipant, atq; fugant. Quo autem modo carmina veneficorum fugent, atq; dissipent Serpentes, non credit Turnebus quærendum esse; immò potius anilem quamdam, & puerilem Priscorum opinionem in memoriam reuocandam esse arbitratur. Antiquitas enim opinata est cantionibus, & verbis excantatricum angues ita inflari, vt tandem disrumperentur, & dissilirent. Verùm hæc Turnebi sententia difficultatem prorsus soluere non videtur: quandoquidem multi sacræ Scripturæ verbis freti carmina ad coercendos Serpentes adhibenda esse autumant. Legunturenim in sacris Biblijs hæc verba. *Furor illis secundum similitudinem Serpentis sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* At animaduertendum est non omnia, quæ in sacris literis ad aliquam similitudinem commemorata sunt, semper probari, sed ita accipienda esse, vt ab earum similitudinibus eruditamur: propterea Diuus Augustinus in

In Li. Natur. c. 28. *Cantionibus angues coercẽtur.*

In Psal. 57.

præ-

www.libtool.com.cn

A prædicti psalmi expositione pronunciabat hunc locum ita esse intelligendum, vt exsantationes damnentur, & similitudines nos erudiant. Idem author in Genesin de populis Marsis angues impunè contrectantibus verba faciens, scribebat ab illis populis cantionibus, & vi diabolica Serpentes reddi tractabiles: cum hæ bestiæ magis quàm aliud animal carminibus moueantur: gaudent enim Dæmones hanc sibi dari facultatem, vt ad hominem excantantem angues accedant, ad memoriam primi facti commendandam, vt Dæmonum cum humano genere familiaritas omnibus manifestetur. Constantinus quoq; in Geoponicis Serpentem columbario non accedere notat, si in quatuor illius angulis hæc vox ἀδὰμ inscribatur. Magi etiam vtuntur fistulis ex felium cruribus fabrefactis ad conuocandos Serpentes: quod ũ sit verũ nescio, nobis non constat; scimus quidem nos legisse sono fistulæ ex vertebris murium præparatæ, mures congregari. Verumtamen huiusmodi cantionibus verbis, & sonis nulla fides est adhibenda: cum verba nihil aliud sint, quàm voces lingua, palato, dentibus labijs ad proportionem reuerberatæ: quò sit, vt nullam in corporibus impressionem facere possint. *Fistulis cõ uocantur Serpentes, & mures.*

B Quamobrem huiusmodi cantiones superstitione non carere existimamus. Etenim si essent actiones naturæ manifestè vel à primis, vel à secũdis qualitatibus dependerent. His enim Philosophi vt plurimum vtuntur, & in ijsdem omnis magia naturalis consistere videtur. Altera verò supernaturalis magiæ species Dæmonum fallacijs subiecta est, qui sæpè sæpius talia operantur, vt suam tyrannidem in dies magis, atq; magis stabiliant: hac de causa hæc magia iure meritò damnata esse perhibetur. *Magiæ quot sint species.*

His animaduersis vera remedia ab animalibus plantis, & rebus inanimatis decerpta recitanda sunt, vt Serpentes prorsus fugentur, & dissipentur. Inter animalia primò se se offert Elephas, cuius pellis suffitus Serpentes fugat, vel eius adipe, ex Porta, perunctus ab eis timetur. Albertus pinguedine leonina perlinitum non solum à cæteris animalibus, sed etiam à Serpentibus defendit. Ceruus multas habet partes, quæ prærogatiuam fugandi Serpentes possident: nam Plinius à deferentibus dentem Cerui, angues fugari tradit. Alij os cordis cerui commendant, alij coagulum probant, & Dioscorides medulla vtitur. Demum Sextius pelle ceruina hominem induit, ne ad eum Serpentes accedere possint. Taurus ab his præsidijs nõ est excludendus; quoniam Sextius illius cornu in locis ab anguibus frequentatis comburit, & Crescentiensis illud ob eandem causam, circa caueas gallinarum cremat. Iterum Plinius suffitu ex pulmone asini parato, omnia animalia venenata fugat; hominesq; coagulo leporis ad eundem effectum perungit. Alij vtuntur pinguedine catti, quæ, si experientia commendetur nec ne, non liquidò constat. Scimus quidem nostra ætate Presbyteros in villarum Templis morantes ob sepulcra, & cæmeteria, anguibus redundantibus, maitos feles domi nutrire, qui quotidie Serpentes fugant, atq; dissipant. Actius Crocodili terrestris stercus aduritur, fumumq; per infundibulum ad Serpentum latebras impellit. Fel Chamæleontis ignibus instillatum idem præstare, ex Plinio, dicitur. Tandem Dioscorides erucas in oleribus genitas cum oleo miscet, & hanc compositionem ad arcendos Serpentes commendat. Inter aues Ibis potissimùm probatur: siquidem illius tantùm pennas Serpens formidat. Oua etiam ex Kiranide Serpentes depellunt. Mulus quoq; inter hæc remedia locum habet: nam eius cor, vt voluit Plinius de Iuba, & Iram Regum, & Serpentum impetum compescere potest. Quintus Serenus in fugandis huiusmodi bestijs non cor, sed iecur Vulturis commendabat sic canens: *Felis alĩtur ad angues fugandos.*

D *Si iecur exectum tardo de vulture portes.*

Serpentes auibus quibusdam fugantur.

Aelianus suffumigio pennarum vulturis è cauernis suis has bestias elicere dicit, vt illas tanquam stupidas facilè cõprehendat. Id inuenerit Quintus Serenus his verbibus.

Vis & mirificos cautus perdiscere odores,
Accensis quibus arcetur teterrima Serpens,
Aut syracis vras, aut atri vulturis alam.

Deniq; maxima admiratione dignum esse existimamus, quòd Serpentes Serpentibus destruantur. Etenim qui vnum tantùm Serpentem habuerit, illum in fouea penès sylvam parata superiectis prunis cõlocet; nam vehementia ignis erũpens, exitumq; nõ inueniens adeò vehementem emittet sibilum, vt cæteri sylvæ Serpentes ad vocem accurrentes in eumdem illapsi locum peribunt. Immò etiam oua Serpentum in ignem proiecta, matres ad se etiam eminùs reuocare audiuimus: quamobrem Gesnerus scribit se *Serpentes Serpẽtibus & ouis Serpẽtinis capiuntur.*

www.libtool.com.cn

bit se à viro fide digno id intellexisse, qui ouum Serpentinum in fornacem proiecit, & mox matrem festinanter accedentem, sibilantem, & in fornacem ingressuram vidit, nisi ab assistentibus partim baculis, partim lapidibus interfecta fuisset. Dubitandum est an hoc per σαρκῶν, nempè ob parentum erga filios amorem, an verò propter odorem acciderit.

Præter animalia, plantæ etiam innumeræ ad arcendos Serpentes validissimæ ab authoribus celebrantur. Dioscorides grauem abrotoni odorem Serpentes fugaturũ promittit. Galenus suffimentum ex radice peucedani, vel lilij, nec non ex foliis origani parat, & Serpentes abigit. Interdum vsus est tetro dictamni odore, at'monia foliorum conizæ, & amaritudine radicis gentianæ. Auicennas infinita etiam præscribit simplicia eumdem effectum præstantia, quæ apud ipsum legi possunt. Plinius arum crematum adhibet, balsamum sincerum vrit, nepetam, iuniperum, radicem ebuli, & cedrum accendit. Vnde Virgilius ad rem canebat hunc in modum.

In lib. de simp. med. fac.

Lib. 4. fen. 6. tract. 3. cap. 6.

Disce, & odoratam stabulis accendere cedrum.

Immò Plinius tradit, quòd Sabæi ad Serpentes dissipandos in syluis odoriferis frequentissimos, styracem sæpissimè comburunt. Insuper probat folia ibisci, radicem pastinacæ syluestris, baccas lauri, vitem nigram, & folia cunilaginis, ex quibus omnibus succus est exprimendus, quo homines aduersus Serpentes liniendi sunt. Cardanus, ex aliorum relatione, scribit, roboream materiam in fimetis collocatam, Serpentum generationem impedire, & succum raphani, in quo manus madefiunt, Serpentum morsus prohibere, vel quia ab odore acri plantæ abhorreant, vel quia eodem exanimentur. Constantinus Cæsar tribulum herbam summoperè commendat, quam cum aqua tritam in latibula anguium infundens, eos in fugam vertit. Mizaldus in simili casu odorem filicis combustæ non esse contemnendum asseuerat: immò filicem in locis à Serpente frequentatis plantãdam esse probat. Amplius addit aristolochiam rotundã non esse ab his remedijs arcendam, quia nonnulli eam cum rana campestri, & modico atramenti diligenter triturant, sicq; Serpentes tanquam mortuos subsistere confirmant. Textor odorem lisymachiæ à Serpentibus vitari fatetur. Demum labulam, seu anabulam genus quoddam tithimali maioris Barbari vocant, cuius lac Serpentes expellere dicitur. Prædicta simplicia videtur commendasse Lucanus verba faciens de militibus Catonis in Africa à Serpentibus admodum vexatis; prædictis enim plantis, & alijs etiam adustis illos abegerunt. Sic igitur inquit.

Lib. 3. Geor.

Lib. 7. de ver. var. cap. 30.

Lib. 13. Agric. cap. 8.

Centur. 9.

Lib. 9. de bello ciuili.

Hic ebulum stridet, peregrinaq; galbana sudant,
Et tamarix non læta comis eaq; costus
Et panacea potens, & thessala centaurea,
Peucedanumq; sonat flammis, eryeinaq; tapsos,
Et larices, fumoq; grauem Serpentibus vrunt
Abrotonum.

Deniq; Porta omnes illas laudat plantas, quæ ob antipathiam Serpentibus aduersari dicuntur.

Li. 6. Phyt. cap. 24.

Si nosmet conuertamus ad res inanimatas, Aristoteles primum docet amnem esse nomine Pontum per mediam regionem fluentem, in quo lapis inuenitur, cuius suffitu Serpentes pelluntur. Huius fortè remedij meminit Nicander, quando dixit.

Vel in Threïcium flamma succende Lapillum.

Gagates, si credimus Oribasio, præter alias manifestas qualitates, hanc peculiarem possidet, vt deferens à Serpentibus non mordeatur. Galbanum etiam multi commendant. Quare Virgilius non immeritò fic ait.

Lib. 3. Geor.

Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.

Calphurnio quoq; suffimen ex galbano, & pelle ceruina paratum non displicet, dum canit hunc in modum.

——— succendere Galbana sæpè,
Et tua ceruino lustrare mapalia fumo.
Obfuit iste malis odor anguibus ipse videbis.
Serpentum cecidisse minus; non stringere dentes
Vlla potest uncos, sed inani debilis ære
Marcet, & obtuso iacet exanimata veneno.

Alij

www.libtool.com.cn

A Alij venerunt in hanc sententiam, ex Aeliano, quòd terra illarum regionum, in quibus Serpentes non generantur super illos proiecta in fugam vertat: ideoq; circumforanei venantes in Africa angues, ad mouendam hominum admirationem, talia machinantur: siquidem Serpentes manuefactos per Vrbes circumferunt, & terram Africæ monstrant, quam aduersus Serpentum impetum valere prædicant, sicq; plebem imperitam decipiunt. Aetius vtitur aqua feruenti, vel muria acida, quam per siphonem in latebras Serpentum infundit. Hodie aliqui calce viua in aqua dissoluta cauernas anguium irrigant. Quidam in prato foueam parant, in qua argento viuo reposito Serpentes congregare profitentur. Rhasis sal ammoniacum in ore prius humefactum in fauces anguium expuit. At Auicennas aqua, in qua sal ammoniacum prius fuerit solutum, loca inspergit, vt illa à Serpentibus secura reddat. Tandem experimento certissimo comprobatum est, combustis veteramentorum corijs, Serpentes illicò fugari; quod Gatmara medicus celeberrimus, suæ ætate, accidisse narrat: nam, cum innumera præsidia, & frustra adhibita fuissent ad abigendum Serpentem, qui in ventrem

Veteramentorum fumus valet contra angues.

B cuiusdam hominis per os intrauerat, tandem ad fumum veteramentorum tanquàm ad præsidiũ singulare confugerunt; qui ore patientis per infundibulum exceptus fuit; statimq; bestia huius nidoris impatientissima per anum, magna omnium spectantium admiratione, egressa est. Ad finem multi, ex Ptolemeo, duorum Serpentum imaginem in lamina ærea, ascendente secunda facie arietis, sculpunt, promittuntq; huiusmodi imagine ligari Serpentes, vt nemini nocent, vbi sepulta fuerit, nos autem hæc tanquam nugamenta explodimus.

Nicander inter cæteros authores, in fugandis Serpentibus diligentissimus, tria remediorum genera proponit; primùm est suffitus ex varijs rebus, secundum est suffrictus variorum simplicium, tertium est linimentum ex varijs succis paratum. Primùs commendantur suffimenta Serpentibus contraria, quoniam natura frigidi esse perhibentur: ideòq; ab odoribus grauibus facilè feriuntur, vt Aristoteles docuit. Nam sicuti homini odores suaues ob frigiditatem cerebri delectabiles sunt: idem in Serpentibus natura frigidis euenire solet. At homo si in prunas ardentes incumbat, illicò ca-

In Li. de sensu & sensili.

C pitis grauitatem percipit, & si diutiùs perseueret, suffocationis periculum incurrit: eadem de causa Serpentes ab odoribus valdè acribus pungentibus, & igneis abhorrent, quoniam illis suffocationis periculum immineat. Quamobrem Nicander simplicia valdè acria superiùs proposita, & ab ipso etiam confirmata pro arcendis Serpentibus ad suffitiones eligit, dum his versibus in latinum translatis sic canit.

In Theriac

Noxia Serpentum vedolenti spicula symbra,
Cerviniq; graui cornu nidore fugabis.
Et siccum accendens gagate quandoq; lapillum,
Quem consumentis non exedit impetus ignis.
Multifidam filicem crepitantibus injice flammis,
Aut imas viridis libanotidas accipe fibras;
Tantundemq; acris nasturtij his iunge duobus
Æquali caprea iam iactum pondere cornu,
Aut exiccatem nares, cerebrumq; vigellam;
D *Interdum sulphur, fœdum quandoq; bitumen,*
Vt sumpta æquali pendantur singula parte.
Vel tu Threïcium flammis succende lapillum,
Qui licet irriguis mersus tamen ardet in vndis,
Expressaq; statim restinguitur vuctus oliua,
Hunc quem fluctisoni mittunt de littore Ponti
Qui, vnde vulgus, ibi vescentes carne magistri
Pascendi pecoris sua post armenta sequuntur.
Præterea graueolens candentibus indita prunis
Galbana, & ignitum faciens vrtica dolorem,
Dentatisq; cedrum maxillis fœtile lignum,
Omnibus inuisum Serpentibus efflat odorem.
Istis auxilijs caua lustrna nigrosq; recessus,
Ac omnes tali purgabis peste latebras,

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Et placido proſtratus humi ſatiabere ſomno. E

Suffimenta ad arcēdos Serpentes idonea.

Tymbra igitur,& cornu ceruinum ſi vrantur vaporem quemdam acrem edunt. Lapis gagates ex quodam oppido Liciæ, Gagate dicto, cognominatus bitumen redolet, & cum ſit ſuccus cōcretus facilè accenditur,& peſſimum, more ſulphuris, reddit odorem ad pellendos Serpentes valdè idoneum. A filice quoq; adusta odor grauis, veluti, & ex radice roſmarini emittitur. Naſturtium eadem vi poller, quia temperamento calidum,& acre eſt: propterea Latini illud à torquendo naſo cognominarunt; nam authore Plinio, tanto calore refertum eſt, vt in nares inditum ſternutamentum excitare valeat: pariter dum accenditur, vaporem admodum acrem effundit. Cornu capreæ, vel Damæ eumdem præſtare effectum dicitur, quoniam cum viribus cornu ceruini communicat. Similiter eadem ratio de ſulphure, nigella, & bitumine afferri poteſt, quam paulò ante de lapide gagate aſſignauimus. Bitumen ergo corpus eſt limoſū,atq; terreſtre,idq; pro loci natura,ex quo deſumitur: nā quod è mare mortuo colligitur limoſius eſt,in Syria autem magis terreſtre eſſe perhibetur. In prædicto mari ex limo pingui, & viſcido generatur,& aquæ innatans à ventis ad litus truditur, vbi indureſcit: hoc genere bituminis Babylonij ad conſtruenda ædificia vti ſolebant; quemadmodum nos gypſum,& calcem ad lapides in parietibus ligandos adhibemus; hac igitur materia Semiramis Aſſyriorum Regina Babylonis muros erigi curauit: ideoq; non eſt admiratione dignum, ſi coniecta face cōflagrauerint. Thracius lapis naturæ eſt bituminoſæ,& nil aliud eſt quàm ſpecies gagatis, de quo Georgius Agricola conſulendus eſt. Vrtica etiam combuſta acrem reddit odorem ad angues fugandos perutilem; idem præſtare galbanum dicitur. Cedrus arbor eadem vi potitur; vſta enim grauiter olet. Et hæc de ſuffimentis Serpentes fugantibus dicta ſufficiant. F

In Theriacis.

Nicander poſtea memorat ſubſtratus nonnullarum plantarum, in quibus noctua-centes à Serpentibus tuti eſſe feruntur his verſibus.

Sin hæc difficilis conſtent non prompta labore,
Atraq; nox ſubitis tellurem contegat alis,
Finitiſq; operis dulcem tibi ſortè quietem,
Vt ſua defeſſis redeat vis artibus, optes, G
Tunc iuxta virides ſinuoſi vorticis alueos,
Amnicolam nepetam per obeſas collige ripas,
His ea quando locis naſcatur plurima, namq;
Vdis lætæ labris, & amœno flumine gaudet.
Aut tibi caſta ſalix pulchroq; flore revidet,
Præbeat inſtrata ſecurum fronde grabatum.
Sic quoq; montanum polium, cuius graue ſpirans
Horret odor, nomenq; ſuum quæ debet echidna
Herba, & ab Euxina quæ fertur origanus vrbe,
Quacunq; illarum decerpitur obuia, prædeſto.
Quin etiam multò per aprica cacumina flore
Ridens abrotonus, pecorisq; ingrata petitum
Pabula ſerpillum, molli quod naſcitur horto,
Atq; ſuas circum radices figit, & hirtis
Expaſſum foliis pendentia brachia fulcit.
Præſtat item exiguam circumluſtrare coniam,
Viticeaſq; comas,& ſpinoſas anagyros:
Sic & puniceæ ſectis ex arbore ramis,
Regaliſq; amplis licet haſta frondibus vti.
Accipe item innocuæ medicamentem frigore ſtrumæ
Atq; inuiſa pigris ſegnia prima æſtate iubulcis;
Has ratione etiam denſi coma pinaſtelli,
Cuius amarus odor longas effertur in auras,
Quæq; venenato fugat occurrentia morſu:
Atq; hæc ſola ſibi ſunt ſubſternenda decenti,
Quod ſtruis in vacuo pernoctans rure cubili;

Sed

www.libtool.com.cn

A Sed aduertendum est, quæ substernuntur, talem debeant participare virtutem, vt Serpentibus aduersentur. Primò igitur Nicander probat calamentham, quam humidam appellat, nõ quia tali temperie referta sit: etenim, teste Galeno, calida, & sicca est. Talis autem ab ipso vocatur, quoniam secus aquarum decursus libenter crescat Dioscorides huius plantæ tria genera proponit, vnum simile ocymo ratione foliorum, surculos, & caules angulosos proferens, secundum pulegio simile, sed maius, ideòq; pulegium syluestre nuncupatum, hoc nepetam Botanici appellare soleot, tertium mentastro non absimile, foliis tamen oblongioribus præditum. Nicander tamen primas duas species potissimum intelligit. Per castam salicem, author viticem, nempè agnum castum intelligit. Frutex est in arborem assurgens, & folia ad similitudinem salicis proferens: huius Dioscorides duo genera tantùm constituit, vnum, quod tempore æstiuo floribus in albo purpurascentibus, alterum floribus cæruleis comatur. Quamuis hodie hæc planta floribus etiam candidis alatur in hortis. Hæ autem variæ species viticis cum calamentho, in abigendis Serpentibus, vires communes habere traduntur. Po-

B lium montanum eamdem habere prærogatiuam dicitur, est planta incano colore referta, & grauiter olens. Herba verò, quæ ab echidna nomen sortitur, echium ab Herbarijs, & aliter buglossum syluestre vocitatur: magna enim virtute contra Serpentes potitur: Propterea à Græcis duplici de causa ita appellatur, vel quia semen capitibus viperinis simile proferat, vel quia morsibus viperarum medeatur. Sequitur Origanum, quod aliqui maioranam syluestrem indigitant, & apud Dioscoridem trium generum esse perhibetur, nempè heracleoticum, onitide, & syluestre. Abrotonum ijsdem pollet viribus, duplicisq; speciei, nimirum mas, & fœmina assignatur: mas ramis gracilibus vt absynthium crescit; fœmina quodammodo fruticat, ideòq; Botanici hanc speciem chamæcyparissum, nempè humilem cupressum cognominant. Serpillum aduersus anguinos ictus valet: collidit enim, ex Galeno, & acre est, herba nota, quia per loca inculta, & etiam hortos latè serpat, atq; se se extendat. Coniza triplicis est generis, maior, minor, & media folia hirsuta, & parùm pinguia profert, floribus luteis in papos abeuntibus, vires; aduersus angues, ob grauitatem odoris, sibi vindicat. Anagyrus postea

C Nicandri, hodie sub hoc nomine planta est ignota. Meminit quidẽ Hesychius plantę nõ dissimilis sub prædicto nomine, sed aliam non assignauit descriptionem. Nostræ ætatis Botanici hanc plantam anagyrim Dioscoridis esse opinantur; quia Nicander scribat grauiter olere: sed adduci non possumus, vt id credamus; quoniam anagyris Dioscoridis non est planta spinosa, neque dentata, quas conditiones Nicander suæ plantæ attribuebat. Rami mali punici potius ob vim quamdam abditam, quam manifesta m… Serpentibus reluctari apud Nicandrum feruntur. Per regalem hastam intelligit author asphodellum foliis porri maioribus, & caule leui in nostris viridarijs florentem. Per strumum, vel potius strycnum, solanum apprehendere debemus, quod nulla ratione naturali Serpentibus resistere potest: est enim omnis solani species ad mentem Dioscoridis frigida. Dicendum igitur est, pro tutela Nicandri, solani genera ob quamdam abditam contra Serpentes antipathiam, id operari. Per subsequentem plantam author fortè erythrodanum, vel rubiam tinctorum sumit, quæ manifestis qualitatibus contra Serpentes pugnat: nam, ex Galeno, radicem gustu habet acrem: ideòq; Dioscorides illam aduersus Serpentes in vino fœliciter præscribit. Tandem ponit pinastel-

D lum, peucedanum Herbarij dicunt, planta est fœniculo similis, flore luteo, radice nigra, & odore graui: propterea non est mirum, si Nicander eam contra angues substernat.

Postremò Nicander ad linimenta ex varijs simplicibus composita confugit, dum canit hunc in modum.

Porrò suspectas potes obturare cauernas,
Vt prodire foras timeant, nec sibila tollant
Colla tibi, si cedrinas in fictile baccas
Triuerit; huicq; tuos tibi cautus inuaseris artus,
Vel graue spirantis si germina pinastelli,
Siccaq; quæ incultis campestribus inyba sorgunt,
Palladio intuderis, facturus vt ante, liquore.
Hoc quoq; cana modo ipsi saluiæ proderit, & quæ
Multa fere solas radix pretiosa Cyrenas
Inculsit.

Lib. 7. de simp. med. fac.

Lib. 3 de mat. med.

Substratus herbarum pro fugandis anguibus.

Echij etymum.

Maiorana syluestris qua.

Anagyris Nicandri non conuenit cum Anagyri Dioscoridis.

Lib. 4. de mat. med.

Lib. 6. de simp. med. fac.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Prima fronte fructum cedri introducit, ex qua effluit reſina, ſed medicamen efficacius redditur cerui medulla addita, quod etiam à Dioſcoride fuit commendatum. Deinde author meritò addit herbas multas ſuperius etiam deſcriptas cum oleo, & cum portione pulueris laſaris: hanc radicem cyrenaicam nuncupat. Laſer autem eſt herba, teſtibus Dioſcoride, & Theophraſto, caule ferulaceo, foliis apio ſimilibus, qua Europæi carent: in Syria autem, Armenia, Libya, & Media naſcitur. Græci ſilphion, Latini laſerpitium cognominant. Præterea Nicander pro hominum cautella componit paſtillos, dum recipit duos abrotoni ramulos, naſturtium ad pondus vnius obuli, ſeminis naſturtij quantitatem, quæ manu comprehendi poſſit, & ex omnibus in mortario contuſis, & cum oleo, & Cerui medulla confuſis prædictos fingit paſtillos, quos, vrgente neceſſitate, rurſus terit cum oleo, & hominem inungit. Ad eundem effectum præſtantiſſimum parat vnguentum, quod recipit duos Serpentes libidini indulgentes, nimirum in fine Veris captos (aliqui viperas intelligunt) medullæ Cerui drachmas triginta, vnguenti roſacei vncias ſex ſupra triginta, & olei oliuarum eruditantumdem, omnia cum vncijs nouem ceræ permiſceat, Serpentibus prius in olla diligenter coctis, donec caro ab oſſibus ſeparata fuit. Audiamus igitur Nicandrum verſibus in latinum à tranſlatis loquentem hunc in modum.

Linimenta aduerſus Serpentes.

Paſtilli Nicandri contra Serpentes.

Vnguetum Nicandri contra angues.

Nulliuſq; fera metues lacrymabile vulnus,
Iniectoſq; in parua duos mortaria ramos
Nobilis abrotoni non feſſa contere dextra;
Aequaliq; obuli naſturtia pondere miſce:
Sic quoq; ducentis lapidem nona ſemina dauci.
Hincq;, breues faciens rotulas pallente ſub umbra,
Quæ tamen admiſſo ſit libera flamine ſicca.
Quas, poſtquam aruerint rurſum tere, deinde perunge.
Quandoq; in triuijs generandæ dedita proli
Reptilia aſpicere eſt, ſecum coeuntia: quæ ſi
Figlina cautè tollens immiſeris ollæ,
Egregium antidotum contra illa venena repones.
Sed ſuper adde bonæ ceruino oſſe medullæ,
Vel pinguis, caleat quod adhuc à cæde, cerebri
Triginta quantum poſſunt ſuſtollere drachmæ,
Quattuor heminas præſtantis odore roſacei;
Chius facta ſemel, bis, terue expreſſio præſtat.
Splendentiſq; olei, crudis quod fluxit oliuis,
Tantumdem, & puræ dodrantem his adjice ceræ.
Hæc benè feruenti celer omni concoque vaſe,
Squameæ dum liquidi molleſcans membra draconis.
Dehinc fabrefacta ſiet mola, qua tibi cuncta terantur;
Turbenturq; ſimul, ſed acutas eximè ſpinas,
Quandoquidem his atrum ſoleat pendere venenum:
Hoc ex vnguento tua colline membra, deinde
In quodcumq; voles iter, & quodcumq; grabatum
Te poteris tuta ſemper conferre ſalute.

A SERPENTIBVS OCCISI ET SAVCII.

Lib. 2. Aeneid.

LAOCOON ille Troianus, percuſſa equi fatali machina, pœnas luiſſe perhibetur; dum eius duo filij à Serpentibus necati fuerunt, quibus ipſe mox auxiliaturus venenatis vulneribus obrutus interijt, de hoc Virgilius legendus eſt. Item Opheltes, qui alio nomine Achemorus vocabatur filius Lycurgi Nemeæ Regis, dum negligenter ab Hypſiphile nutrice cuſtoditetur, in cunabulis dormiens Serpentis ictu faucius

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A eius animam effudit. Amborum nempè tam huius pueri, quàm Laocoontis meminit Ouidius in Ibin, dum cecinit.

Quàm puer Hypsiphiles, quàm qui caua primus acuta
Cuspide suspecti robora fixit equi.

Orpheus Apollinis & Calliopes musæ filius, seu iuxta aliorum mentem, Oeagri, musicus celeberrimus vxorem nomine Euridicem duxit: hanc ad ripas Hebri fluminis in Thracia cum Dryadibus spatiantem Arysteus pastor violare voluit, quæ libidinosum iuuenis impetum festinanter vitans, Serpentem incautè calcauit, qui in pedem reuolutus venenato morsu illam interemit. Vnde Orpheus ad Inferos pergens vxorem recuperaturus apud Ouidium introducitur loquens hunc in modum.

Causa viæ est coniux, in quam calcata venenum *Lib. 10. Metam.*
Serpens diffudit, crescentesq; abstulit annos.

Hanc etiam mortem memorat idem Ouidius in Ibin, quando sic canit.

Neue venenato leuius feriaris ab angue,
B *Quàm senis Oeagri Calliopesq; nurus.*

Casum non dissimilem narrant accidisse Hesperiæ puellæ, quam Aesachus Priami filius deperibat: hãc igitur ab insequente fugientem anguis in herba latens momordit: vnde veneno toti corpori communicato obijt. Mox Aesachus vulnus ab angue inflictum sui ipsius causa perpendens, dolore afflictatus, è scopulo in mare se præcipitauit. Ouidius hunc casum eleganter decantat his versibus.

Ecce latens herba coluber fugientis aduco *Lib. 11. Metam.*
Dente pedem strinxit, vulnusq; in corpore liquit.
Perdidimus miseram nos te duo, vulnus ab angue,
A me causa data est, ego sum sceleratior illo,
Qui tibi morte meæ mortis solatia mittam;
Dixit, & è scopulo, quem rauca subsederat vnda
Decidit in Pontum.

Orestes furore liberatus, cum Tisamonem filium in Mycenarum imperium successisset,
C Serpentis ictu periisse fertur. Propterea Ouidius in Ibin hæc habet.

Vtq; Agamemnonio vulnus dedit anguis Oresti,
Tu quoq; demorsu virus habente cadas.

Orion quoq;, qui iactans se profitebatur nullum à terra monstrum produci posse, quod ipse non conficeret, tandem Scorpionis ictu, vel vt alij scribũt, Serpentis morsu interfectus est. Demetrius Phaleræus auditor Theophrasti, & præfectus bibliothecæ Ptolemei Soteris, læthali Serpentis, seu aspidis vulnere affectus est. Hunc etiam interitum Ouidius in Ibin memorat. Politianus etiam scribit. Ampycidem in Libya versantem à Serpente saucium interijsse, dum inquit. *In Nutric.*

Ampycidemq; pium Libycis quem strauit arenis
Serpens fatifero fauces accensa veneno.

Immò Mopsus Ampyci filius, ex Lycophrone, eadem nece extinctus est Seneca, & ipse eiusdem meminit in Libya à Serpente cęsi, ibiq; sepulti, his carminibus. *In Medea.*

Idmonem quamuis bene fata mouisset,
D *Condidit Serpens Libycis arenis.*
Omnibus verax, sibi falsus vni
Concidit Mopsus &c.

Apesantus Aetiũj filius, ex Plutarcho, iuxta Inachum amnem ad latus Peloponesi fluentem, lethali Serpentis morsu interiens nomen monti dedit. Sulpitius in commentarijs ad Lucanum scripsit Canopum gubernatorem nauis Menelai, apud Canopum vrbem Ægypti, à Serpente occisum fuisse. Pausanias etiam narrat non longè à Trisontio montem fuisse, cui alias Sepia nomen fuit, & ibi Ægyptum Elati filium læthaliter ab angue percussum interijsse, ibidemq; humatum fuisse tradunt, quoniam cadauer, obyodoris grauitatem, longius efferri non potuit. Habemus à Parthenio, Benatorem Laodices, & Acamantis filium, iuxta Olynthum Thraciæ vrbem, vulnere Serpentis occidisse. Quid plura? Cleopatra Ægypti Regina ab Augusto Cæsare superata brachium Serpenti mordendum porrexit, ne ab Imperatore duceretur in triumphum. Propertius eleganter id innuit hunc in modum. *De fluu. In Arcad.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Lib. 3. *Brachia spectaui sacris admorsa colubris,* E
Et trahere occultum membra soporis iter.

Lib. 25. Xanthus historiarum author scriptum reliquit apud Plinium, Tillonem ab angue quidem interfectum, sed herba, quam vocant balin, denuò vitæ restiturum fuisse. Legendus est etiam Cynthius poeta, qui elegans conscribit epigramma de Dedalo penes lacum morsu anguis extincto. Demum innumeros Serpentum morsibus obijsse credendum est, quorum nomina nobis sunt ignota: quandoquidem Heliogabalus, ex Lampridio, infinitos Serpentes, per sacerdotes nationis Marsicæ collegisse fertur, illosq; antequam dilucularet, in populum ad ludos celebres conuenientem effudisse: ideòq; multos horum ictibus in arena concidisse coniectandum est. De saucijs à Serpentibus multæ essent recitandæ historiæ, sed vnam, aut alteram, breuitati indulgentes afferemus. Aleon sagittarius Cretensis, vt animaduertit Textor, Serpentem confecit, filio suo leuiter læso, quem anguis iam iam in faucibus habebat. Georgius Cappadox, sub Diocletiano, tribunus militum maximum Serpentem in Africa trucidauit, liberata puella, quam sauciam erat deuoraturus. F

Lib. 2. epigr.

Tom. 2. Osfic.

VENENI ANGVIVM DIFFERENTIÆ, ET SIGNA.

ANTEQVAM ad explicandas veneni differentias accedamus: nostra prius interest veneni æquiuocationem meditari. Siquidem venenum aliquando pro cantione, & veneficio vsurpatur. Id præstitit Cicero in suo Oratore, quando scripsit memoriam sibi veneno (nimirum cantionibus, & veneficijs) ereptam fuisse. Interdum venenum pro tinctura, seu imbutione coloris sumitur, in quo sensu hoc vocabulum fuit vsurpatum à Virgilio sic canente.

Lib. 2. Geor. *Alba nec Assyrio fucatur Lana veneno.* G

Infectionem, seu tincturam à Priscis venenum appellatam fuisse arbitramur; quoniam herbas venenatas ad inficiendum, seu colorem inducendum valdè idoneas esse credidêrunt. In præsenti autem historia, venenum pro eo, quod inficit animalia, intelligendum est. Prisci autem ad distinguendum à veneno medicamentum, has particulas (bonum, vel malum) addebant: ideòq; per bonum pharmacum, medicamentum, per malum verò, venenũ intelligebant. In hoc intellectu canit Homerus hunc in modum.

Lib. 4. Odyss. Αἰγυπτίη τὴ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φαρμάκ' ἀρτὰ πολλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Spondanus ad verbum hæc carmina ita vertit.

Aegyptia, quæ plurima producit fertilis terra
Pharmaca plurima salubria mixta, multa lethalia.

Sed erit satius latinis versibus ita canere.

Fertilis Aegyptus rerum medicamina mixtæ
Optima multa simul, deterrima plurima profert. H

Latini quandoq; venenum, vocabulo à Græcis mutuato, deleterium appellant. Hoc igitur in genere, quatenus per se consideratur, est res non naturalis, quæ corpus humanum penetrans, maximi nocumenti, vel etiam perfectæ corruptionis causa esse perhibetur. Hoc deinde in duas partes præcipuas distribuitur: nam venenum est corpus, & omne corpus, vel est simplex, & naturale, vel compositum, & artificiale. Ideò venena simplicia, & naturalia primum membrum huius diuisionis occupant: composita verò, & artificio alique parata secundam partem diuisionis constituunt. Venenum igitur naturale vocatur illud, quod est pars quatuor elementorum, aut ex illis absque vlla arte integratum. Alterum verò est, quod ad arbitrium hominis venefici, componitur. At in præsentia de naturalibus sermo habetur, inter quæ venenata animalia, & potissimum Serpentes connumerantur, quorum historia in his libris exaratur.

Venenũ duplex.

Venenũ naturale quale.

Venenũ artificiale.

Venenum anguium vbi latet.

Venenũ ergo, quod Serpentes, in cysti fellis residere Plinius astruit. Grœuius autem, & alij statuunt virus Serpentum in vesica quadam sub lingua inueniri; qua disrupta,

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A rupta, liquor quidam bilioſus emanans inficit corpus, cui communicatur: etenim Reuſnerus in Paradiſo poetico ſic canebat.

Sæpe latet viridi ſub gramine concolor anguis,
Et collecta grauis fauce venena iacit.

Omnes enim Serpentes non ſine aliquo veneno eſſe perhibentur: quandoquidem natura ſingulis, & quibuſcumq; proprium virus impertita eſt. Quidquid de Serpentibus innoxijs dictum ſit: innocui enim in comparatione ad valdè nocuos vocati fuerunt. Quare non ſine ratione Virgilius olim introducebat Iouem cunctis anguibus virus communicantem, dum inquit. *Li. 1. Geor.*

Ille malum virus Serpentibus addidit atris.

Propterea iuſta de cauſa poſſumus, cum Iſidoro atteſtari Serpentum eſſe tot venena, quot genera, tot pernicies, quot ſpecies, & demum tot dolores, quot colores in ipſis obſeruantur. Quoniam hæ beſtiæ non modò homines, ſed etiam cæteros animantes mordendo venenare ſolent. Iuxta illud Baptiſtæ Mantuani.

B *More Colubrorum quibus eſt innata libido*
Dente venenato, pecudeſq; hominesq; necandi.

Verùm à Serpentibus percuſſi non omnes eodem tempore, vel pereunt, vel liberantur, hocq; non ſemper à veneni qualitate, ſed à diuerſa patientis temperatura dimanare ſolet: Siquidem iuxta calorem naturalem debilem, vel validum maior, vel minor reſiſtentia naſcitur: quemadmodum etiam in medicamentis catharticis obſeruare licet: nam drachma rhabarbari in altero patiente celeriorem, in altero verò tardiorem mouetur operationem. Quod non ab alia cauſa, quàm à diuerſo temperamento prouenit. Quemadmodum etiam venenum ſumptum citiùs, & ſeriùs operari ſolet, iuxta varietatem quatuor primarum qualitatum frigidi, calidi, humidi, & ſicci, nec non aliarum, quas Philoſophi ſecundas qualitates appellant; nimirum iuxta mollitiem, duritiem, grauitatem, lenitatem, & viſciditatem. Obſeruamus enim res calidas leues, & tenues celeriorem, quàm frigidas, duras, graues, & viſcidas exercere operationem. Hoc docuit Galenus, quando ſcripſit eſſe quædam venena multò poſt aſſumptionem interimentia, & potiſſimum, quæ viſcidam, & terreſtrem naturam participãt: ideòq; ſtatuendum eſt, venena ſtatim necantia eſſe calida tenuia, & leuia: propterea facilius per venas, & arterias ad cor penetrant. Huius conditionis fortaſſe fuerunt venena in ſcrinio Calligulæ Imperatoris reperta, quæ in mare proiecta, ſtatim illud adeò infecerunt, vt piſces paulò poſt perierint. Id totum Suetonius in vita Calligulæ tradidit. *Operatio veneni ãuerſa quæ.* *Lib. 3. de ſimp. med. fac.* *Veneni Caligulæ qualitas.*

Modò ad differentias veneni anguium properandum eſt, quæ à multis accipienda ſunt. Primitus, iuxta ſexum, mares fœminis ſunt nocentiores. Iuxta ætatem, ſenes iunioribus deteriores; licèt aliqui totum oppoſitum ſentiant. Iuxta molem corpoream, magni (loquendo tamen de eadem ſpecie) paruis vi venenata antecellunt. Iuxta inanitionem, & repletionem, ictus Serpentis ieiuni magis quàm ſaturi eſt pernitioſus. Iuxta anni tempus, æſtate magis, quam hyeme angues ſunt timendi, quam ſententiam ſecutus eſt Matthiolus, ad quem lectores poſſumus relegare. Cæterum verno tempore, quando ſenium exuunt magis formidoloſi eſſe feruntur. Id docuit Virgilius, quando ſcripſit infraſcriptos verſus. *Differẽtiæ veneni anguium.* *Lib. 6. in Comm. ad Dioſc.*

D *Non mihi tum molles ſub dio carpere ſomnos,*
Nec dorſo nemoris libeat iacuiſſe per herbam,
Cum poſitis nouus exuuijs, nitiduſq; per herbam
Volvitur hic Serpens. *Li. 3. Geor.*

Hic inquiri ſolet, an aliquod aſſignetur tempus, quo Serpentes venena prorſus careant: propterea quod Vincentius, in ſpeculo naturali, pronunciat Serpentes in aqua verſantes virus deponere, & exeuntes illud reſumere, & ſi fortè accidat, vt anguis ab aqua egrediens depoſitum non reperiat venenum, caput ad ſaxum allidere, & præ dolore interire. Ad diſſoluendam hanc difficultatem, ſciendum eſt ad mentem Plinij, nil aliud eſſe venenum Serpentis, quàm fel, quod pedetentim per venas ad veſicas oris pertenit, vbi ſecus dentes continetur: natura enim in huiuſmodi animalibus, nonnullas partes deſtinauit, ad quas excrementa demandaren-tur; quia ſi hæc per totum corpus diffunderentur, proculdubiò totum animal eſſet venenatum. Id autem non eſt aſſerendum cum Serpentes, abſciſſis capite, & cauda, & *Lib. 20. cap. 8.* *Cur totum corpus Serpentis non ſit venenatum.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

cauda, & ablatis felle, & interaneis, in quibus venenata, & excrementitia materia E
conseruatur, ab hominibus etiam edantur. Ideò non videtur veritati consonum,
quod à Serpentibus denuò venenum resumatur: quoniam venenum in illis col-
ectum vesiculis non potest, nisi per ictum, illis disruptis, exire: nisi quis velit asse-
re venenum iterum in ventriculum animalis detrudi, indeq; ad cystim fellis, & dein-
ceps ad destinata loca deferri. Hinc ratio Vincentij nullius valoris est reputanda.
Venenum ab angue depositum resumi non posse. Præterea cum nil aliud sit venenum, quàm fel Serpentinum, id potest deperditum de-
nuò generari; cum assiduè biliosus liquor in huiusmodi bestijs procreetur: quemadmo-
dum in fele zibethi illud odoratum excrementum in dies producitur, & veluti in mu-
lieribus quotidie menstrua excrementa resultant. Quare non erit necessarium, ad
mentem Vincentij, fateri Serpentes, ob amissum venenum præ dolore disrumpi: pro-
pterea quod vidimus à Circulatoribus Serpentes iratos ad pannum rubrum mordendum
impelli, vt disruptis vesiculis venenum perdant, consequenterque melius pertractari
possint; quod venenum tamen, temporis tractu, in ijsdem locis denuò congregatur.
Insuper si vera esset opinio Vincentij, nimirum à Serpentibus aliquando venenum in F
aqua deponi, petendum esset ab ipso, an illa aqua sit fluens, vel stagnans: nam si fluit,
proculdubiò in illa venenum dissipabitur, ita; ab angue resumi non poterit. Sin fue-
rit stagnans, nulli dubium est, quòd venenum illud in aqua putrida alterabitur, & eum
venenum sit excrementum biliosum, & tenue in huiusmodi aqua facillimè euanescet.
Vis veneni Serpentini qualis. Parte 3. Iuxta potentiam veneni, alij Serpentes vulnerando breui temporis spatio, alij diu-
turniori perimunt. Ideò legitur in historia Indiæ Lusitanicæ, quòd in campis, & ne-
moribus illarum regionum diuagantur Serpentes, à quibus canes, & sues demorsi, sex
tantùm horas viuunt: homines verò ictidiem solum naturalem superuiuunt: & si acci-
dat, vt remedijs opportunè adhibitis liberentur, & denuò mordeantur, vitæ discrimen
amplius non incurrunt. In confirmationem potentiæ veneficæ Mapheus narrat in
nonnullis Indiarum locis, Serpentes inueniri, quorum halitus adeò pestilens est, vt
prætereuntes interimat. Ad rem Ponzetus prodit ob potentiam veneni, quemda m in-
terijsse, cum se lauasset in aqua calefacta lignis secus Serpentum cauernas excisis. Im-
mò Scaliger Parauicinum quemdam non procul Dertona, in venatione, Serpente lan- G
cea occiso, vnà cum equo mortuum esse attestatur: nec sine ratione, quandoquidem
L.4.sen.6. Auicennas publicauit quemdam militem, angue hasta cæso, parijsse, quia venenum
per hastam manui vulnerantis communicatum deinceps totum corpus occupauit. In
Lib.5.in comm. ad Dios. huius asserti confirmationem Matthiolus tradit in agro Tridentino iuxta quemdam
collem à custode vaccarum longa hasta, magni, & horrendi Serpentis caput transfi-
xum fuisse, dumq; pro viribus fixa teneretur hasta, ne Serpens elaberetur, magno sta-
tim tremore correptus est. Vnde magno edito clamore transeuntes ad se conuoca-
uit, qui accedentes agricolam ferè exanimem inuenerunt. Quare cognita infor-
tunij causa, ob Serpentem, qui sine dubio per hastam virus percurienti communica-
uerat, ad theriacam, & ad alia præsidia confugientes, rusticum tandem ad vitam re-
uocarunt.

Præterea, ratione loci, & alimenti vis venefica in anguibus consideranda est. Siqui-
dem montani cæteris magis mordaces, & venenati esse feruntur. Immò iuxta pabu-
Lib.6.de Diff.Anim. lum magis, & minus venenosos esse Edoardus Vuot arbitratur, exemplo viperarum H
Vis veneni ratione loci. Arabicarum inter frutices balsami viuentium: nam incolæ balsamum colligentes ea-
rum morsum minimè formidant. Hinc colligendum est quædam animalia in vna re-
gione esse venenosa, in alia verò omni veneno carere. Id exemplo plantarum compro-
bari potest: siquidem napellus in iugis alpium nutritus vires admodum delectarias
exercet, delatus autem in hortos, in venenando parùm operatur.
Signa veneni anguium. Quoad signa Olaus magnus scripsit percussum à Serpente primùm obstupescere,
L.2.Instit. Chyrurg. deinde postquam calefactum fuerit virus, patientem interire, nisi remedijs efficacibus
occurratur. Tagautius stuporem quemdam induci in patientem asseuerat, vt ferè non
sentiat: Præterquamquòd vulnus dolore non vulgari affligitur, color mutatur; fit enim
ruber, & inflammatur, aut liuet, aut nigricat, & deniq; patiens magis angitur mole-
stijs, & totus ardet.

VE-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

VENENI SERPENTVM MEDELA.

ANTIQVI Ethnici suos habebant sacerdotes, & alios, quos diuinitus missos putabant, ad quos vulnerati à Serpentibus tanquam ad sacram anchoram confugiebant. Quare Vulcani antistes in Lemno insula (vt voluerunt Græcorum nonnulli) hac prærogatiua sanandi demorsos ab anguibus potiebatur: propterea Cælius Rhodiginus Philoctetem penès aram Apollinis Smynthei à Serpente punctum, illuc medicinæ gratia missum fuisse attestatur. Item Vmbro sacerdos de gente Marubiorum apud Virgilium, & Atyr apud Silium Italicum, virtutem sanandi Serpentum morsus possidere dicebantur. Alij medicam opem à Psyllis populis petebant. Hoc præstitit Cato, quando cum exercitu Iulij Cæsaris per Deserta Libyæ iter faciens à Serpentibus adeò
B vexabatur, vt, singulis ferè horis, milites à Serpentibus percussi caderent. Ideò Psylli accedentes vulnera ab anguibus inflicta sugebant, & cantionibus Serpentes fascinabant, ne imposterum prætereuntes milites ictibus agitarent. Huius meminit Lucanus, quando cecinit. *Li. 9. Phar-sal.*

——— gens vnica terras
Incolit à sæuo Serpentum innoxia morsu,
Marmaridæ Psylli, par linguæ potentibus herbis,
Ipse cruor tutus, nullumq; admittere cuius
Vel cantu cessante potest; natura lacorum
Iussit, vt immunes mixti Serpentibus essent.

Psylli, & Marsi populi medebatur ictibus anguiũ

Idem referri à Nicandro in libris de natura animalium testificatur Aelianus, nonnullosq; Nicandri recitat versus desumptos fortè ex libro, quo hodie nos caremus. Existimabat enim Antiquitas Psyllorum, & Marsorum corporibus innatam esse virtutem quodcumq; venenum profligandi. Tradit autem Callias in historia, quam de Syracu-
C sano Agathocle conscripsit; demorsum à Serpente, si vir Libycus natione Psyllus fortuitò inuenerit, vel aduocatus accesserit, dolore non valdè oppressum, sola saliua dolorem sedabat, & plagam curabat: sin magno dolore afflictum viderit, tunc Psylus hauriens aquam, os suum diligenter colluebat, deinde illam in poculum proiectam vulnerato bibendam tradebat; & si prædictis remedijs venenum non cedebat, tunc eum ægrotante nudo nudus accumbebat, & proprio corpore veneficam vim frangebat, hacq; ratione ab impendente necis periculo patientem prorsus liberabat. Idcircò hi versus ad rem leguntur apud Aelianum.

Audiui Libycos Psyllos, quos aspera Syrtis,
Serpentumq; ferax patria aüt populos.
Non ictu implicitum diro, morsuue venenum
Ladere, quin lapsis ferre & opem reliquis:
Non vi radicum, proprio sed corpore iuncto.

In Lib. de Ther. ad Pis.

Quibus Præsidijs nullam fidem adhibendam esse pronuntiamus: propterea quòd Gale-
D nus, & ipse attestatur Marsos populos, qui sua ætate adhuc extabant, contra Serpentum virus nullam propriam facultatem possedisse, sed quibusdam dolis, & vanis commentis vniuersam plebeculam decepisse: quemadmodum hodierni Circulatores, qui Serpentes, & viperas non debito tempore venantur, captisq; carnes mordendas obijciunt, vt, omni veneno ab illius ore euacuato, fælicius coram populo contrectari possint: Immò de D. Pauli stirpe (quod certè mentiuntur) se propagatos esse promulgant.

Remedia veneni rationalia.

Omissis Priscorum nugamentis, ad seria, & rationalia remedia properandum est, quę venenum digerant, & veneni transitum ad partes principales impediant; illis enim occupatis, præsidia licèt optima incassum adhibentur. Itaq; duo scopi præcipui in hoc casu ab authoribus medicis proponuntur; nempè virulenti humoris euacuatio, & affecti corporis immutatio, seu alteratio. Cum igitur apud Medicos duplex euacuatio recensetur; nimirum vniuersalis, quæ medicamentis potissimum catharticis procuratur, & particularis, quam Medici per partem affectam moliuntur, illi applicando pharmaca ad virus eliciendum idonea. Est igitur aduertendum, quòd in punctionibus Serpen-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

tum non ſemper (vt aliqui arbitrantur) ab vniuerſali euacuatione inchoandum eſt, nam E
ſolum ad eam medicus confugere debet, quando virus penetraſſe genus venoſum ſuſpicatur. Præſidia igitur à tribus medicinæ fontibus, nempè à chirurgia, pharmacia, & diæta haurienda ſunt.

Remedia chirurgica

Ratione chirurgiæ, prima fronte ſe ſe offert venæ ſectio, quam admittit Paulus Aegineta, quotieſcumq; venenum per totum corpus fuerit diſſeminatum, & præſertim ſi patiens plethora laboret. Galenus docet punctos à Serpentibus eodem modo eſſe curandos, quo demorſi à cane rabido ſanantur. Venenum enim ad partes extimas extrahendum eſt; ideòq; cucurbitulæ ſcarificatæ commendantur, & potiſſimum illæ paruæ, quæ in æſtuarijs *cornetti* vocitantur: hæ loco vulnerato applicandæ ſunt; dummodo partes circumiacentes vinculis prius conſtringantur, ne mala veneni qualitas illis communicari poſſit. Alij abſq; cucurbitulis, locum affectum ſpongia prius fouent, deinde ſcarificant, altius ſcalpello vlcuſcula imprimendo, vt virioſa materia è profundis partibus euocetur. Alij vulneratam partem accenſis ouorum gallinæ teſtis prius in aceto infuſis addito cornu Cerui, & galbano ſuffumigant, poſtmodum illam diligenter ſcarificant. Alij probant hirudines, quæ ſanguinem virulentum ſorbeant. Quamuis, ex Auicenna, ſint qui, lucri gratia, ore proprio huiuſmodi vulnera ſugant: ſed nunquam ieiuni ad hoc miniſterium accedunt: immò ſepè os vino odorifero colluunt, & in ore oleum roſaceum, aut violaceum continent, deinde quod ſugunt ſæpè expuunt. Verùm ex chirurgico fonte nullum elicitur præſtantius remedium, quàm partis affectæ inciſio, ne venenum vlterius progredi poſſit. Hoc remedium, ex Dioſcoride, in Aegypto, tempore ſpicilegij erat in vſu: tunc enim ruſtici formidantes copiam anguium in campis verſantium, ollam pice plenam in agros deportabant. vbi ergo pars aliqua à Serpente puncta fuerit, illicò faſciam in ollam conijciebant, qua locum ſtringentes ſecabant, deinde picem inſtillabant, & liberabantur. Clariſſimus Mercurialis, & alij authores, poſt inflictum vulnus, continuò partem inurunt: hoc enim præſentaneum auxilium reputant; cum ignea vis omne veneni genus caſtigare, & domare poſſit. Sed animaduertendum eſt, ne, ablata eſchara, cicatrix citò inducatur; quoniam vlcus tandiù ſeruandum eſt apertũ, donec omnis venefica materia euacuata fuerit. Cæterùm modus vtendi igne in hoc caſu, multiplex eſſe ſolet. Alij cauſtica adhibent medicamenta, alij fune accenſo, & alij oleo feruenti vtuntur. Nos autem fatiùs eſſe opinamur ad ferrum candens tanquam ad remedium expeditiſſimum recurrere.

In Lib. de ſect. ad Tyron. cap. 7.

L. 4. ſen. 6. tract. 3. c. 1.

Partis laſæ inuſtio.

Remedia pharmaceutica.

Pharmacia reliqua nobis ſuppeditat medicamenta cùm aluum, tùm vomitum ſtimulantia: propterea legitur in epiſtola ad Geſnerum, quòd quidam agricola à Serpente in pede demorſus, conſilio cuiuſdam anus, pedem terra obruit, & gallina diſſecta vſus eſt, quibus nihil conferentibus, tandem conſilio cuiuſdam matronæ, theriacam ex cereuiſia ſumpſit, indeq; aliquot horis euomens liberatus eſt. Modò à ſimplicibus inchoando medicamentis per elementa, animalia, & plantas ad compoſitas medicinas paulatim accedendum eſt. Inter elementa Io: Tzetzes commendat aquam his verſibus politicis in latinum ſermonem à Paulo Iacchio tranſlatis.

In Li. var. hiſt.

Aliquis à Serpente morſus, aquam tacens ſi biberit,
Capulum enſis nigrum aqua intingens,
Antequam Serpens aquam guſtet, qui momordit, H
Seruatur maximè illeſus à veneni nocumento,
Et ſi alius nunciauerit alicui, dicens hæc,
Ille à Serpente ictus longe iacet,
Atq; illuc non valeat ille venire,
Bibat nuncius dictam aquam,
Et qui agrotat, ſanitatem accipit etiam à longe.

Remedium cuiuſdam Eremitæ.

Non diſſimile remedium à terra ſumptum memorat Matthiolus adhibitum ab Eremita olim circa Romam morante, ad quem multi nomine vulneratorum ab anguibus confugiebant. Hic ſolitus erat interrogare nuncium, num vellet pro patiente remedium ſumere, & annuenti iubebat, vt pedem denudatũ in ſolo collocaret, quem gladij acie circumſcribebat, indeq; amoto pede, hæc verba in veſtigio inſcribebat. CARO CARVZE SANVM REDVCE, REPVTA SANVM EMANVEL PARACLETVS. Deinde eodem gladio characteres delens, terramq; colligens in cyathum

www.libtool.com.cn

A cyathum aqua plenum infundebat, donec subsideret, quam postmodum indusio nundo colatam ei propinabat, & confestim ægrotus absens sanabatur. Verũ hoc præsidium, cuius ratio reddi non potest, omittendum esse existimamus.

Ad animalia autem transeuntibus prima fronte se se offert columba, quæ viua incisa, & morsui Serpentum imposita, iuxta mentem Sextij, venena omnia ad se trahere creditur. Item gallus, & gallina, ex Actio, dissecta loco affecto apponitur, vel ad aliorum mentem, sedes horum animalium deplumata ictibus anguium alligatur, donec vis vniuersa veneni extracta fuerit; cuius rei indicium est, quãdo pullus postremò appositus non moritur. Huius aut ẽ rationem esse credimus, quia gallinę calido tẽperamento præditæ totam virulentam materiam imbibũt: Siquidem propriũ esse caloris attrahere docuit Aristoteles, idq; mulorum experientia cõprobatur, in quorum aluo venenati conduntur, sicq; liberantur, dum illud virus totum à calore muli attrahitur. Eodem exemplo docemur in ijs, qui puncti sunt à phalangio, tarantola vulgò dicto, à Tarranto Apuliæ oppido: quandoquidem incolæ sæpè numero horum ictibus afficiuntur, nullumq; præstantius remedium inueniunt, quàm choreas ducere, tamdiùq; saltant, donec tota vis veneni per sudorem educta sit. Capra ab his præsidijs non est arcenda: nam Aetius, & Actuarius hædum dissectum loco gallinæ probant, Dioscorides iecur caprillum commendat, Plinius ventriculum capræ recenter necatæ apertum parti affectæ alligat, Auicennas harum belluarum carnem combustam puncturis Serpentum inspergit. Alij deniq; lacte caprillo partem vulneratam fœlici cum successu fouent. Quapropter in epistola ad Gesnerum legitur, quòd rusticus à Serpente ictus pedem læsum in quantitate sufficienti lactis capræ nigræ imposuit, & statim dolore, & tumore solutus est. Ideò non præter rationem quædam puella à Serpente demorsa, caseo recenti capræ vlceri impositio, sanitati restituta est. Ceruus ab his præsidijs non est excludendus: nam Dioscorides medula cerui perlinitum à Serpentibus optimè defendit. Item Galenus cornu ceruinum comburit, & triturarum cum aceto subigit. Vegetius in iumentis à Serpentibus vulneratis vtitur stercore suillo recenti; illo enim, & melle Attico cum vino, & vrina humana plagam inungit. At Dioscorides simum bubulum summopere commendat. Deniq; Serpens, & ipse suosmet ictus sanare perhibetur. Vnde de hoc animali poterimus pronunciare, quod Antiquitas de hasta Achillis prædicabat. Sic enim canebat Ouidius.

Remedia ex animalibus pro morsu anguium.

Indicium veneni superat.

Capra, & partes earũ remedio sunt venenatis.

Lib. 2. de mas. med.

Lib. 3. de med. facil. par.

Vulnus Achilleo, quæ quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

Lib. 3. Med.

Audiamus igitur Quintum Serenum de Serpente caneatem hunc in modum.

Quæ nocuit Serpens fertur caput illius apte
Vulneribus iungi, sanas quæ sauciat ipsa.

Fimus suillos, & bubulus venenis resistit.

Hinc nonnulli fuerunt huius opinionis venenum pro antidoto, ad castigandum aliud venenum feliciter adhibendum esse, exemplo theriacæ, quæ ex viperis integratur, & tamen cætera venena corrigit, atq; profligat. Præterea in regionibus Allobrogum, multæ aconitorum species sponte crescunt, circa quas muscæ quædam paruæ semper volitant, & hæ illius venenatæ plantæ vera theriaca esse perhibentur. Item Nerium, seu Rhododendrum virulenta qualitate non caret, & tamen contra Serpentum ictus commendatur. Habemus in hoc genere apud Ausonium lepidum epigramma de quadam muliere toxicum marito propinante, cui, vt citiùs operaretur, portionem argenti viui addidit: sed tantum abfuit vt obesset, vt potiùs hydrargirum illi opem tulerit. carmina igitur epigrammatis sic se habent.

Lib. 1. de Rem. Am.

Num venenum veneni sit remedium.

Toxia Zelotypo dedit vxor mecha marito,
Nec satis ad mortem credidit esse datum:
Miscuit argenti lethalia pondera viui,
Cogeret vt celerem vis geminata necem.
Dinidat hæc si quis. faciunt discreta venenum,
Antidotum sumet, qui sociata bibet.
Ergo inter se se dum pocula noxia certant,
Cessit lethalis noxa salutifera;
Protinus, & vacuus alui petiere recessus
Lubrica deiectis, qua via nota cibis.

Quàm

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Quàm pia iura Deum? prodeſt crudelior vxor:
Et cum fata volunt, bina venena iuuant. E

Cur autem id ſine patientis noxa peractum fuerit Authores ſententijs interſe variant. Alij ſcribunt id accidiſſe, quoniam toxica ſibi inuicem aduerſabantur. Alij, quia vnum alterius fuerit antidotum. Alij alias aſſignant cauſas. Verum nos à graui pondere hydrargiri id dimanaſſe arbitamur, quod in ventriculo nullam contrahens moram, aliud venenum confeſtim ſecum ducens imos petijt receſſus, itaut venenum noxiam operationem exercere non potuerit. Id ſtabilire poſſumus exemplo caſus, qui Bononiæ contigit; dum quidam ingrediens officinam, pharmacopæo abſente, pro acetoſo ſimplici, argentum viuum hauſit, quod paulò poſt abſq; vlla læſione euacuauit. Auicennas etiam in ſimili caſu, lapidem in Serpentibus repertum de collo patientis ſuſpenſum multùm conducere affirmat. Aliqui murænam non vulgariter prodeſſe atteſtantur, exemplo cuiuſdam viri nomine Ciſſi, qui, referente Aeliano, cultui Serapidis deditus, deuoratis incautè Serpentũ ouis, valdè angebatur: rogatus itaq; ab eo Deus murænam viuam præcepit emendam, & manum in vas, in quo ſeruabatur, immittendam: paruit ille, cui murena mordicus inhæſit, quæ poſtea dum auellebatur, ſimul etiam morbus ablatus eſt. Hactenus de Animalibus.

Lapis Serpentis ad quid.

Muræna veneno medetur. F

Plantæ ſuccedunt conſiderandæ, quæ pro Serpentum morſibus adhibendæ eſſent. Aelianus ſcriptum reliquit in regionibus Indicis plurimos Serpentes generari cæteris animantibus nocuos; ibiq; etiam multas herbas ſalutiferas oriri aduerſus ictus Serpentum perutiles, quarum herbarum virtutem, & vſum Indigenæ optimè norunt. Item Maphæus narrat in oris Indiæ quaſdam procreari plantas, quas *Copaibas* vocant; ex quibus tanquam è ſcatebris, per æſtatem, cæſo cortice, liquor, balſami inſtar, dimanat, ad quem læſi à Serpentibus confugientes ſanantur. Propterea Euonimus, & ipſe quoddam balſamum artificiale præſcribit, cuius duæ, vel tres guttæ in morſus Serpentum inſtillatæ totum virus delent. Plinius etiam tradidit peculiares arbores ex nucum genere in Syria naſci, quæ aduerſus anguium punctiones mira operantur. In Græcia quoq; frutex creſcit foliis paruis, Epipactis nominatus; alij Embolinen vocitant. Hanc plantam quidam lunariam minorem. Nuperorum eſſe exiſtimant, quæ iugis altiſſimorum montium delectatur. Supereſt vt herbas omnes noſtrarum regionum enumeremus, quæ medicamenta intrinſeca, pro expugnando Serpentum veneno, ingrediuntur. In primis Abrotonum, Acorum, Adrantum, Agnum caſtum, Altheam, Anethum, Aparinem, Ampelopraſſum, Arum, Artemiſiam, Aſparagum, Aſphodellum, & Aſterem Atticum, probant Authores, quæ omnia in aqua fontis decocta, vel in puluerem redacta, non modicam poſſunt læſis ab anguibus afferre vtilitatem. At potiſſimum Anagallis ex vino contra Serpentes iuuat, vt voluit Dioſcorides. Agaricum non minùs commendant Authores: ideò Rex Ponti Mithridates gentes Agariæ, in propria aula omni tempore alebat, quoniam modum vtendi agarico contra Serpentes optimè callebant. Item Ariſtolochia longa ex Dioſcoride Serpentum venenis reſiſtit, ſi drachma illius in potione vini exhibeatur. Allium in hoc caſu non infrugiferum eſſe affirmat Auicennas, cuius periculum ſe feciſſe teſtificatur. Quare Volaterranus author eſt (referente Mizaldo) ſua ætate vixiſſe ruſticum, per cuius fauces in campo dormientis Serpens ingreſſus eſt, expergefactus vſu Alliorum tanquam præſentanea antidoto ſe curauit: At mirandum eſt, quòd is vxori, in congreſſu, & mortem communicauerit. Præterea Baccharis, Beta, Blattaria, Braſſica, & Bryonia ſunt ſimplicia ad prædictum effectum colligenda. Item Calamenthum, Carduus, Centaurea, Cæpa, Chamædrys, Chamæpitis, Chelidonium, Clinopodium, Coniza, Corruda, Cupreſſus, Cyclaminus, Cynogloſſa, Cyperus herbæ ſunt non contemnendæ, quia ex earum vſu medicus non modicam frugem pro læſione à Serpentibus facta demetere poterit, & præcipuè ex cumino ſyluęſtri, cuius puluis in vino datus morſus Serpentum mirificè ſanat. Verùm quid dicemus de Dauco, Dracunculo, & Dictamno, quorum ſuccum in vino exhibitum Dioſcorides ad ſydera vſq; extollit. Sequitur Echium, Elephaboſcum, Enula, Endiuia, Erica, Eryngium, Ferula, Fæniculum, Fraxinus, Gentiana maior, Gladiolus, & Glans, ex quibus per os datis ampliſſimum fructum ſumus conſecuturi. Prædictis addamus Heliotropium, Iridem, Liquiritiam, Lilium, Liguſticum, Laurum, Limonium, & Leontopetali radicem, quam Dioſcorides libentiſſimè contra anguis in vino

L. 9. cap. 4.

Plantæ venenum caſtigantes.

Lib. 2. hiſt. Ind.

In theſaur. remed.

Li. 13. hiſt. nat.

Herbæ vulgares veneno reſiſtentes.

L. 3. de mat. med.

Loco cit.

Centur. 8. G H

Lib. 3. de mat. med.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A in vino propinat. Nec omittere oportet, folia malvæ, & mali aurantij, nec Marubium nigrum, quod Galenus in punctu ris ab anguibus tantoperè commendauit. Accedunt Origanum, Pæonia, Panaces omnes, Paliurus, Perfoliata, Peucedanum, Phalangites, Polemonium, Pulegium, sed inter has Dioscorides Pittacia edenda, & pilulas Platani in vino fæliciter exhibuisse profitetur. Deinde Authores probant rapum, Rhododendrum, Rosmarinum, Rubiam, Rutam, & Rhabarbarum: quoniam Auicennas de hac postrema planta fermonem habens præter facultatem cathartieam, ei vim profligandi virus anguium assignabat, & Dioscorides succum raphani bibendum præscribebat. Succedunt saluia, sambucus, scordium, serpentina, serpillum, seseli, sonchus, & staphisagria. At Marcus Cato smyrnium conterit, & vino veteri iumentis ab angue demorsis præbet, & idem in hominibus præstari posse assueuerat. Deniq; Trifolium, Thlaspi, Tormentillam, Verbenam, Vitem satiuam, & Verticam possumus colligere, quarum omnium caulis, radix, & semina in puluerem redacta non parum commoditatis læsis ab anguibus sunt allatura. *In lib. de simpl. med.* *Lib. 1. de mat. med.* *Lib. 2. de mat. med.*

B Insuper præter nominata simplicia, natura alia producit, quæ in medicamentis topicis locum habent, vt bitumen, bdelium, Castoreum, Cedrus, Chamælon, Cicer, Carthamus, Ceruicornu, Helleborus, fel Elephanti, Eruca, Euphorbium, Galbanum, Halicacabum, Hemerocallis, Hordei farina, Iberis, Milium, Myrica, Nasturtium, Nitrum, Ocymum, Phu, Pityusa, Plantago, Rosa, sal, saphirus, scilla, sinapi, sulphur, sparganiũ, fel taurinum, & Vrina; quæ omnia, ex sententia clarissimorum virorum, aut contusa, aut in pollinem redacta venenatis morsibus vtiliter applicantur. Inter hæc ficus, vel Captificus primas tenet: nã Mizaldus tres, vel quatuor guttas lactis ficulnei in vulnera huius generis instillat, & mirum inuenit præsidium. Alij cinerem ex lignis ficuleis laurinis, & vitis cum aceto subigunt, & instar cataplasmatis ictibus anguium superponunt. Timotheus sumit apes, & ex illis contusis emplastrum fingit, quo punc turis Serpentum sc. feliei cum successu mederi fatetur. *Simplicia medicamẽta topica.* *Centur. 2.* *Par. 2. Aegan.*

Cæterùm mediei nostræ ætatis non solum in Serpentum ictibus, sed etiam in alijs affectionibus rarò simplicibus, sed plerumq; compositis medicamentis tum internis, tum

C externis vtuntur. Quare si libeat horum virtutem in nostro casu experiri, Galenus passim in libris de Antidotis illa describit. Et antidotum Heraclitis, antidotum ex terra lemnia, illud Eupatoris ex scinco cognominatum, antidotum Aelij Galli, Ambrosiam, nempè antidotum Philippi Macedonis, illud Democratis, aliud Diæmaton, nimirum ex sanguinibus nuncupatum, & mithridaticam confectionem summoperè probat. His ab eodem additur Zopyria, de qua antidoto zopyrum monuisse Mithridatem Regem ferunt, vt capitali supplicio damnatis, quibus dedisset prius venenum, exhiberet, & eodem modo ictos à Serpentibus, & à sagitta toxico infecta vulneratos sanaret. Amplius theriaca Zenonis Laodicei tanquam celebratissima proponitur à Galeno. At idem Author, in libro de theriaca ad Pisonem, theriacam magnam Andromachi cæteris antidotis tam simplicibus, quam compositis contra venenatos morsus semper prætulit; nec præter rationem, cum vniuersæ gentes eam magnifice afficiant laudibus, tum propter eius efficaciam actionis, tum etiam, quia neminem vnquam percussum à feris, quæ hominem solent interimere, hac statim pota, perisse memoriæ est proditum. *Medicamẽta composita aduersus venena.* *Theriace Andromachi viris.*

D Ideò in poemate de Theriaca sic canitur.

At qui calcati morsu Serpentis anhelat,
Ignaruue doli toxica nigra bibit;
Et cum manè nouum, & cum se sol abdidit vndis,
Sumat, ab aquali pondere tutus erit.

Quamobrem Olaus Magnus tradit, quòd gentes etiam Aquilonares pro remedio veneni in hominibus, & brutis, theriaca veneta à mercatoribus in illas regiones, questus gratia, delata vtuntur. Qui plura de hac celeberrima antidoto scire cupit, legat Galenum in libro de vsu theriacæ ad Pamphilianum, vbi laudibus innumeris hoc medicamentum super astra ferebat. Apud nuperos authores, & præcipuè penès Nicolaum Myrepsum, describitur antidotus Adriani contra desperatos venenatorum animalium morsus valdè efficax, & apud Matthiolum fit mentio antidoti sibi familiaris. Est autem aqua quintæ essentiæ ex multis simplicibus parata, quæ pondere quatuor drachmarum præscribitur, & cum pari portione vini odoriferi, vel tantundem aquæ cordialis *L. 21. cap. 30.* *In Præfat. ad Lib. 6. Dioſc.*

www.libtool.com.cn

dialis chimicis organis ſublimatæ propinatur: cuius deſcriptionem lector apud ipſum E
Authorem videre poterit.

Medicamẽta compoſita extrinſeca. Modò compoſita medicamenta, quæ extrinſecus apponuntur recitanda ſunt. Hæc emplaſtra eſſe debent vehementiſſima, quæ venenum ab intimis partibus elicere, & expugnare poſſint: qualia ſunt, quæ ex ſale, ſinapi, nitro, & cachry Dioſcoridis componuntur. Immò theriaca etiam Andromachi iuſtar emplaſtri loco læſo appoſita inter hæc externa medicamenta infimum locum non occupat. Auicennas laudat confectionem Hermetis, quæ ſupra partem demorſam extendenda eſt. Multa alia emplaſtra huius generis ad morſus venenatos perutilia deſcribuntur ab Aetio, quæ vnuſquiſq; legere poterit. Nicolaus Myrepſus emplaſtrum cognominatum Epigoni gloriam apud poſteros ſibi comparaſſe fatetur: nam quidam in carcere ad vltimum damnatus ſupplicium ope huius medicamenti dimiſſus fuit: ſiquidem filia Martij Imperatoris à Serpente demorſa in mamma, & omnibus medicis de illius ſalute deſperantibus, hoc emplaſtro ſanata eſt. Recipit autẽ ſquamæ aeris, ammoniaci, aloes hepaticæ, æruginis, raſilis, aeris vſti, thuris maris, ſalis ammoniaci, ariſtolochiæ rotundæ ſingulorum vnciam ſemiſſem, ſeminis rapi ſcrupulos tres, radicis dracunculi vnciam dimidiam, ſeminis artemiſiæ drachmas tres, colophoniæ libram vnam, ſinapi ſcrupulos tres, ſpodij drachmas tres, aluminis ſciſſilis, & opopanacis ſingulorum vnciam dimidiam, deinde cum cera, & oleo veteri, ſecundùm artem, emplaſtrum paratur. Fumanellus ſumit calcem viuam recentem cum molli ſapone, & aqua capiteli commixtam, & hoc medicamento vtitur. Idem author oleum parat, quod vocat diuinum, extrinſecus enim linitur, atq; etiam potari poteſt, & conficitur hunc in modum. Sumuntur flores, & folia hypericonis coquuntur in libra olei oliuarum, trium horarum ſpatio, percolatur, & denuò flores, & folia eiuſdem plantæ in eo efferueſcunt, & tertio idem repetitur, addendo gentianæ, tormentillæ, vtriuſq; vnciam vnam: poſt perfectam coctionem colatur, & ad vſum ſeruatur. Tandem Matthiolus, inter medicamenta extrinſeca, laudes olei de Scorpionibus dignas encomijs celebrat; quod venenatis tum ob ictus Serpentum, tum ob ſumptum venenum ſingulari auxilio eſſe ſolet. Huius olei deſcriptio legenda eſt apud eumdem authorem in præfatione ad librum ſextum Dioſcoridis. G

Confectio Hermetis.

Emplaſtri Epigonivirtus.

Olei diuini compoſitio.

Oleum de Scorpionibus.

Hæc de naturalibus præſidijs dicta ſint, quibus nõ conferentibus, ad diuinam opem proculdubiò confugiendum eſt. Nam interdum verbis, & orationibus piorum virorum, noxæ omnium venenatorum animalium ſuperantur. Chriſtus enim apud Marcum, ſignum credentium omnium eſſe dixit, quòd Serpentes tollant, & ſi quid mortiferum biberint, eis non eſſe nociturum. Immò apud Lucam idem Chriſtus alloquens diſcipulos inquit. *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper Serpentes, & Scorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Hoc autem eſſe exploratiſſimum intuemur in miraculis, quæ Sancti patrarunt, & adhuc patrant: etenim habetur ex Sancto Gregorio Turonenſi, quòd Sanctus Phocas martyr apud Syriam requieſcit, ad cuius tumulum demorſi à Serpentibus aſſiduè confugiunt, & quando ianuam atrij, in quo martyris cadauer eſt collocatum, attingunt, illicò pars læſa detumeſcit, & euacuata veneni virtute, patiens ſanatur.

Remedia diuina. Cap. 4.

Cap. 10.

De Glor. Martyr. c. 99.

Vtrum modò aliquis prouidentia, ad euitandos Serpentum morſus, & cætera venena, vti poſſit, perpendendum eſt. nam multi in hanc venerunt ſententiam, quòd homo edere venena aſſueſcere poſſit, ne impoſterum, illis aſſumptis, vel etiam demorſus à Serpentibus lædatur. Id innuit Auicennas, & multi alij authores pro comperto habent. Hæc propoſitio de venenis in genere nullo modo intelligenda eſt. Vita enim humana in caliditate conſiſtit; ideóq; venena extremè calida, & ſicca in alimentum humanum tranſmutari nequeunt: neq; opus eſt in medium afferre vulgatam illam hiſtoriam puellæ napello nutritæ; quoniam hæc à veritate longè recedit: cum napellus herba ſit calida, & ſicca, & tota ſubſtantia humanæ naturæ reluctetur. Quapropter ſi homo nutriretur veneno tota ſubſtantia ſibimet oppoſito, eſſet neceſſarium, vt humana in aliam naturam degeneraret: ſiquidem omne animal ſuo ſimili ſemper alitur, vt optimè docuit Ariſtoteles. Homo igitur ſi venenis nutriretur, ſimilis eſſet veneno; hoc autem eſſe abſurdum omnes atteſtantur. Quoad venena frigida, & humida veluti eſt cicuta, poſſumus cum Galeno aſſeuerare aliquam horum portionem in nutrimentum verti poſſe. Quando verò dicebant nunnullos homines eſui venenorum aſ-

Prouidẽtia ad venenũ cauendum. Li. 4. tract. 1 ſen. 6.

ſueſcere;

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A ſueſcere; id intelligendum eſt non de nutritione, ſed de venenorum expulſione, quam valida hominis natura ſtatim moliri ſolet: ſiquidem poſt veneni aſſumptionem, ſe ſe paulatim ad illud pellendum aſſuefacit: cum longa experientia vſu venerit, vt natura modicam portionem veneni trudens, tandem maiorem etiam quantitatem oblatam confeſtim propellat. Huius rei manifeſtum habemus exemplum in Mithridate Rege Ponti, qui ſemetipſum veneno aſſumpto, perimere volens, non potuit: quandoquidem eius natura quodcumqi oblatum venenum extra corpus illicò detrudere aſſueuit, quare de illo canebat Martialis hunc in modum.

Profecit porto Mithridates ſæpè veneno,
Toxica ne poſſent ſeua nocere ſibi.

Reliquum eſt igitur, vt dicamus veram prouidentiam eſſe, vt homo antidotis, & medicaminibus ſupraſcriptis munitus ſemper incedat.

EPITHETA.

B

SERPENS ob corporis prolixitatem à Latinis longus, & à Græcis δολιχὸς nuncupatur; ideoq; ὀλκήρης à Nicandro dicitur, quonia m longo volumine caudam trahat: nam ἕλκω traho exponitur. Alioquin latini, quia non recto tramite ſerpat, flexilem, reflexum, tortum, intortum, retortum, tortilem, ſinuoſum, ſinuatum, implicitum, & voluminoſum Serpentem indigitarunt. Huc de re Græcis λέχριος, σκολιὸς, καὶ λοξὸς in Epigrammatibus græcis, nempè non rectus cognominatur, & alibi τετραάλικτος ὄφις, nimirum quater circumuolutus vocatur. colorem anguium Latini perpendentes, atrum, nigrum, cæruleum, viridem, maculoſum, & textilem nominarunt. quare Græcis ob eamdem cauſam ποικίλος, nempè varius, & verſicolor dicitur. Hoc nomen quandoq; ad animum transfertur, diciturq; de vafro, & aſtuto: quapropter duplici de cauſa hoc epitheton Serpentibus conuenire poterit. In hoc ſenſu ὄφις vocatus fuit ab Homero ἀίολος, quia callidus, & vafer ſit. Aliter, γλαυκὼψ, vel γλαυκώπης, item γλαυκωπὶς, glaucos, ſeu cæſios habens oculos exponitur: ideò Pindarus hoc epitheto Serpentem donauit. Ratione aſtus, Latini Serpentem calidum, & triſtem nuncuparunt; quoniam olim in Paradiſo terreſtri hominem rationis participem deceperit. Quamobrem Nazianzenus ὄφιν ἀρχέκακον, ſcilicet malorum authorem nominauit. Ita etiam Homero ἀρχεκακοδυῆες dicebantur, quæ malorum cauſæ fuerunt. Item Apollonio χθόνιος ὄφις nuncupatur; quoniam Briſei omnia infeſta, & infauſta (teſte Scholiaſte Ariſtophanis) χθόνια vocabant. Immò apud Euſtathium ἀλάστορος ἄνθρωπος dicebatur homo ſubdolus, & fraudulentus; quia χθόνιος ſimpliciter terreſtris, & ſubterraneus vertitur. Ob Serpentis aſpectum, qui intuentibus metum incutere videtur, Latini eum ſqualidũ, atrocem, minacem, minantem, martiũ, terrificũ, horrendũ, horridũ, horrificũ, horribilẽ, formidabilem, dirũ, & sæuũ cognominarunt. Item Græcis δεινὸς, nempè grauis, & horrendus, γοργωπὸς aſpectum horridum habens vt Gorgo, δεινὸς terribilis, ὠμηστὴς sæuus, πελώρος immanis, & πικρὸς amarus dicitur, quia intuentibus, & percuſſis inſignem amarorem afferat. Deinde Latini contemplantes grauem noxam, quam Serpentes hominibus, & brutis in dies afferunt, anguem noxium, nocuum, mordentem, impium, exitioſum, ferum, trucem, venematum, virulentum, venenoſum, venenigerum, peſtiferum, lethalem, lethiferum, & veneno plenum indigitarunt. Pariter Græci δολόμητιν nocium, & perniciosus à verbo δολόω lædo, κακὸν γος cõtractè pro κακοεργὸς maleficus: eum κακοεργία maleficium ſignificet, ἐλώμενος, vel ἕλκος, & οὐλὸς exitialis, καταφθορὸς mortem inſimi ſopores, & lethifer. At ἰοβόλος, quamuis dicatur de ijs, qui ſagittas coniiciunt, tamen exponitur etiam de eo, qui venenum eiaculatur: propterea ἰοβόλα ὑπνία leguntur apud Herodianum. ἰυγρὸς exponitur frigidus, immo lethalem ſigus inducens: quare in hoc poſtremo intellectu Theocritus ὄφιν ἰυγρὸν appellauit. Demum Latini Serpentem, à voce, ſibilantem, ab origine terrigenam, à ſtrabilitate lubricum, à loco Maurum, Afrum, Niliacum, Arenivagum, Libycum, & Cinyphium à Cinyphio Libycæ regionis fluuio vocitarunt. Cæcus à Columella dictus fuit. At nonnulli non perperam opinati ſunt, per cæcum colubrum

Epitheta colorem respicientia.

Epitheta aſtutiam reſpicientia.

Lib. 5. Iliad.

Epitheta attinentia ad aſpectum.

Epitheta ad noxam ſpectantia.

Lib. 3. Idyll. 15.

C

D

www.libtool.com.cn

lubrum Columellæ, vermem inteſtinorum intelligendum eſſe. Alij etiam fuerunt, qui Serpentes nominarunt elephantias, ex Solino, quoniam demorſus ab angue affectu ſimili elephantiaſi corripiatur, ægrotus enim intumeſcit, & cutis rigiditatem quamdam adipiſcitur. Demùm ſi apud Latinos Serpens aliquando criſtatus nominatus eſt, ille, quem cæteri fugiunt, intelligebatur quemadmodum etiam Serpens ſacer; nam veluti auis ſacra in genere falconum nuncupatur, quam reliquæ aues formidant, idem de Serpente dicendum eſſe putabant. Apud Græcos, ratione vigilantiæ dictus fuit φρυγός, nimirum cuſtos; nam φρυγὲ cuſtodiam denotat. Ideò Apollonius agens de cuſtodia velleris aurei φρυγὸν ὄφιν vocitauit. Ερπετὰ etiam dicitur, quia reptat. Itaq; non ſine ratione, Oppianus ὄφεις ἑρπετὰρας appellabat. Quoniam autem angues inter animantes ouiparas collocantur, à Nicandro ᾠοτόκοι ὄφεις dicuntur. At ὄφις μυῶπ exponitur Serpens, qui venaturmures; veluti πυρρίας Serpens quidam rufus, & πύθων Serpens, quem Apollo confecit, natus ex putredine terræ; cum πύθω putrefactio veratur. Ad finem χαλκόκαρηνος ὄφις Serpens multa habens capita exponitur.

Epitheton ratione loci

Lib. 3. Cynaget.

F

DENOMINATA.

VM à Serpentibus non ſolum homines, & bruta, ſed etiam herbæ, & multa inanimata denominentur; in præſentia ab hominibus inchoando, omnia ſigillatim demonſtrabimus. Prima fronte ſe ſe offert ὀφιοβόλος Serpentis perculſor, fuitq; epitheton Apollinis in Ouo Simmiæ Rhodij. Pauſanias Mercurium appellauit Argiphontem, cum fuerit ὀφιοκτόνος, nempè quoniam ſuſtulerit Serpentem, quem nonnulli ἄργην vocabant. Alioquin ὀφιόδηκτος demorſus à Serpentibus exponitur. At ὄφιον, ſcilicet ophion fuit nomen filij Oceani, qui cum Eurynome vxore, ante Saturnum, rerum omnium potitus eſt: huius meminit Claudianus. Item ophion ſocius fuit Cadmi, & in Thebis ædificandis adiutor, ita cognominatus, quoniam ex Serpentum dentibus prognatus eſſe diceretur. Multi volunt hunc eſſe eundem cum illo, qui ab Ouidio Echion nominatur. Ophion etiam fuit Gigantis nomen apud Homerum. At Ophioneũ Meſeniorũ fuiſſe vatem ſcribit Pauſanias (referente Rhodigino) qui proprio natali die luminibus captus, & priuata, & publica vaticinia peragebat. Sed ophioneus, nempè Serpentinus princeps Dæmonum fuiſſe perhibetur: ſiquidem tradunt Pherecidem Syrum olim ſcripſiſſe Dæmones è Cælo deturbatos à Ioue, & principem ophioneum nuncupatum habuiſſe. Hoc eodem nomine tres furiæ infernales, nimirum Alecto, Tyſiphone, & Megera Acherontis, & Noctis filiæ ab Antiquis fuerunt inſignitæ; eum loco capillorum angues geſtarent. Harum meminit Ouidius in Ibin.

Nomina virorũ a Serpente denominata.

Lib. 3. de vapt. Proſerp.

Lib. 3. Metam.

G

Quaſq; ferunt torto vittatis angue capillis
Carceris obſcuras ante ſedere fores.

Et alibi de iiſdem verba faciens ſic cecinit.

Verbera ſæua dabant ſonitum, nexæq; colubris
Conſcia fumabant ſemper ad ora faces.

Immò eaſdem furias in noſtri aſſerti confirmationem, paulò inferius colubras appellauit, quando dixit.

H

Pectora vinxerunt Erebeæ felle colubræ,
Terq; cruentatas increpuere manus.

Prætereà Serpentiger nomen eſt adiectiuum, quod de illis dicitur, qui aliqua corporis parte Serpentibus ſimili integrantur: propterea ab Antiquis, & potiſſimum à Poetis Gigantes Serpentigeri, anguipedes, Serpentipedes, & loripedes denominati fuerunt: cum pedes intortos, more Serpentum habuiſſe dicerentur. De his ſermonem habens Ouidius ſic canebat.

L. 4. Triſt.

Sphyngaq; & Arpyias, Serpentigenoſq; Gigantes.

Lib. 7. cap. 2.

Serpentigena autem, ſiue ὀφιογενὴς, apud Strabonem, genitus à Serpentibus exponitur: vnde ὀφιογενεῖς quidam populi apud Plinium fuerunt nuncupati, qui ob quemdam cum Serpentibus familiaritatem eorum ictibus ſolo tactu medebantur. Ophicos etiam vocarunt nonnulli populos Oſcos, nimirum Campanenſes, vt Seruius in commen-

www.libtool.com.cn

A commentarijs ad Virgilium interpretatur; quoniam apud illos multi Serpentes olim ſtabularentur. Ophiophagos etiam populos memorat Plinius, qui Serpentibus olim veſcebantur. Idcò Plutarchus Spartanos ὀφιοβόρους cognominatos fuiſſe teſtatur: propterea quod in quadam annonæ caritate, Serpentes in humanam eſcam vertere coacti fuerint. D. Auguſtinus ophitas, opheos, & ophiomorphos hæreticos quoſdam interpretatur, qui Serpentem primos parentes decipientem Chriſtum reputantes, ipſum virtutis cognitionem in Paradiſum induxiſſe arbitrati ſunt: immò Serpentem nutriunt, & venerantur, qui, excantante Sacerdote, de ſpecu egrediens, & ſuper aram aſcendens eorum oblationes lambit, & circa illas ſe ſe inuoluens ad ſpeluncam reuertitur. Deniq; à Serpentibus hodie multæ familiæ cognominatæ ſunt. Nuper hic Bononiæ quædam familia nobilis *della Serpa* cognominabatur.

Lib. 3. Aeneid.

Lib. 6. cap. 29.

In Lib. de Hæreſ.

His notatis, bruta animalia à Serpente denominata ponderabimus. Primò anguiculus nomen eſt diminutiuũ ab angue à Cicerone vſurpatum, Græcis ἐφιδίον, vel ὄφιδιον, nempè paruus Serpens dicitur: quo nomine Rondeletius piſciculum inſtar Serpentis longum indigitat, quem Bellonius non rectè inter aſcilos connumeranit. Alioquin Serpentini catuli, fœtus anguium nominantur: iuxta illud Virgilij de Serpente loquentis.

Lib. 5. ac fin.

B

—— aut catulos tectis, aut ova reliquit.

Nam fœtus anguium adhuc in vtero viuentes ἔμβρυα dicuntur, cum hæc verba legantur apud Aelianum. ἔμβρυα καλεῖσι δὲ τὰ τῶν ὄφεων, καὶ τὰ τῶν ὄφεων, καὶ τῶν χροκοδείλων. Præterea hæc nomina ὀφιώνεος, ideſt anguineus, ſecundùm Oppianum, & ὀφιώδης Serpentem referens, varijs animalibus aſſignari poſſunt, & præcipuè teſtudini; cum anguinea ceruice prædita ſit. Immò conueniunt, & Cerbero inferorum cani colubrifero monſtro nuncupato. Virgilius enim, & Ouidius cerberi colla anguibus horrentia repræſentarunt. Item Elephanti anguimani dicti fuiſſe feruntur, quia proboſcidem tanquam anguem ad varia munia intorqueant. Anguilla etiam quaſi anguis illa, ab angue denominata eſt: Quamobrem non iniuria Iuuenalis ſic canebat.

Vos anguilla manet longa cognata colubræ. *Satyr. 5.*

C Immò hæc Serpentis ritu incedens ὀφιόπους vocari poſſet: cum hoc nomen apud Suidam, Serpentis modo incedens vertatur: Serpentes enim ἀπόδες ſunt. Plinius memorat animal ceruo minus, & pilis ſimile, Sardiniæ peculiare, Græcis ophion vocatum, ſed interiiſſe arbitratur. Item Græci ἔλαφον, nempè cerium à Serpentibus denominatum fuiſſe autumant, nimirum ἀπὸ τῆ ἐλαύνειν τοὺς ὄφεις, nempè à Serpentibus abigendis: cum Etymologus, & Varinus ſcribant (vt ſuperius notatum fuit) cerium, cornu ad ſaxa affricato, & odore excitato, Serpentes à cauernis fugare.

Li. 28. cap. 9.

Sequitur ophiomachus duorum animalium nomen: Primò denotat lacertum viridem cum Serpente acriter dimicantem; ſecundò ſignificat illud locuſtæ genus, quod apprehenſo Serpentis collo, beſtiam ſuffocat. Textor ophiomachum auem cum anguibus præliantem conſtituit: quamuis apud probatos authores, huiuſmodi nomen pro aue non reperiatur. Legitur quidem apud Hæſychium ὀφίερος auis quædam, cauda Serpentis prædita, quæ per regiones Aethiopicas diuagatur. Item ὀφιοφάγος Ibis, quia Serpentes comedat. Alioquin in ſcriptis Heſychij leguntur ſolum hæc verba

D ὀφιομάχος ἰχνεύμων, καὶ ακρίδων γένος μὴ ἔχον πτερά. Vbi manifeſtè videmus authorem, per ophiomachum intellexiſſe Ichneumonem, & genus locuſtæ alas non habens: quamuis ὀφιομαχὴς genus cicadæ alis carens apud Suidam legatur. Demùm Marcellus Virgilius ophioctenem ſcolopendræ genus ab anguibus enecandis nuncupatum eſſe ſtatuit.

Plantæ à Serpentibus denominatæ.

—Poſt animalia, ſuccedũt plantæ ab anguibus denominatæ, veluti Serpentaria, Luph Serpentis ab Arabibus vocata, quæ extima corticis ſuperficie varijs diſtincta maculis, Serpentum exuuias æmulatur: hac de cauſa Porta aduerſus Serpentes valere ſcripſit. Arum quoque, Serpentaria minor Herbariorum dicitur, quia folia aliquando maculoſa proferat. Biſtorta à Lonicero colubrina, & ab alijs Serpentaria vocatur, vel quia ad inſtar Serpentis, retortam radicem generet, vel quia eius facultas colubri vires extinguat. Lonchitis aſpera, in antiquis Dioſcoridis nomenclaturis, colubrina cognominatur, & meritò: nam interdum folia inſtar Serpentis retorquet. Plinius ophiuſæ herbæ meminit, quæ in Elephantine Aethiopiæ naſcitur, hæc porta terrorem Serpentum

Li. 1. Mag. nat. Arum.

Biſtorta.

Lonchitis aſpera.

L. 24. c. 17. Ophiuſa herba.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

tum obuersari facit, itaut patientes necessariò mortem sibi conscisceant: hac de causa sacrilegi eam bibere cogebantur. Alioquin, ad meatem eiusdem Plinij, Ophiusa est Insula, cuius terra Serpentes fugare tradebatur. Præterea Coronopus sponte nascens, à Matthiolo Serpentina appellatur, quia radix in vino data venenatorum morsibus occurrat. Item Serpentina est quædam species Anchusæ, & τὸ ἔχιον, nec non ἀλκιβίαδιον ab Alcibiade quodam (vt notat Scholiastes Nicandri) qui ob Serpentis morsum ægrotans, hac planta deuorata conualuit. Pariter Enula, siue Helenium, à quibusdam Serpentina vocata est, quia Helena eius valoris contra angues periculum fecerit. Item Cantabrica in Gallijs Serpentina appellatur, vt Author est Ruellius. Nummularia etiam, seu centimorbia à Brunfelsio, nomine Serpentariæ tertiæ descripta, alijs colubrina, & herba Natricum dicitur, nec immeritò, propterea quòd Ruellius tradit se de hoc nomine rusticos interrogasse, qui respondebat ita cognominari, quia Serpentes in partes dissecti huius herbæ contactu sanitati restituantur. In antiquis Dioscoridis nomenclaturis, Elephaboscum pastinacæ species ophiogenium, & ophioctonon nominatur, cum Serpentes necare crederetur. Bryonia, seu vitis alba, & apud Gallos colubrina dicta, secundum Ruellium, in antiquis nominibus Dioscoridis, ophiostaphylon, quasi vua Serpentum vocitatur: quamuis nonnulli φιλοσταφυλὴν legant. Alioquin ἐχιοσταφυλὴ capparis dicitur, vt animaduertit Plinius: quamuis etiam scribat cynosbaton opheostaphylen ab aliquibus appellari: Gallis quædam Tithimali species myrtifolia secus vias, & sepes nascens lac colubri nuncupatur. Sequitur ophioglossum, quod Latini linguam Serpentinam vertunt, cum floris argutula cuspis linguam ab ore Serpentis exertam æmuletur. Illa autem planta, ex cuius fructu pharmacopæi elaterium exugunt, cucumis anguinus à Cordo nominatur; fortè quia libenter crescat in ruderibus, in quibus Serpentes vt plurimum diuagantur. Nam cucumis ille flexuosus, & longus à Matthiolo nuncupatus, apud Tabernemontanum anguinus, & apud Lobellium cucumis flexuosus anguinus vocitatur. Item quamdam cucurbitæ speciem oblongo, & curuo fructu Dodoneus, & Lobellius cucurbitam anguinam indigitant; quoniam interdum suo concuruatu Serpentum gyros æmuletur. Similiter, ex Clusio, Asphodelum cæpam colubrinam Granatenses appellitant. Quidam alij, ex eodemmet Clusio chrysanthemum Valentinum herbam Serpentis nominant. Immò inter alliorum species vna est, ophioscorodon nempè allium Serpentinum dicta, cum exteriorem bulbi membranam instar corij Serpentini maculosam habeat. Christophorus etiam Acosta duas plantas sub nomine herbarum Serpentum depingit, quoniam ad profligandum virus anguium summoperè commendentur. Tandem sunt quamplurimi herbarum flores, quorum stamina in summitate adeò diuisa sunt, vt bifidas Serpentum linguas præseferant; ideòq; Serpentini flores essent appellandi: quandoquidem Porta ab hac signatura contra Serpentum ictus mirabilia operari arbitratur.

Lib. 3. c. 5. *Coronopus repens.* *Enula.* *Cantabrica.* *Numularia.* *Li. 2. de nat. stirp.* *Elephabo-scum.* *Ophiostaphylon.* *Li. 13. cap. 23.* *Lac colubri quid sit* *Cucumis anguinus* *plures denotat plantas.* *Cucurbita anguina.* *Lib. 2. de plant. rar. cap. 39.* *Cepa colubrina.* *Lib. 3. de plant. rar. In Lib. de plant. Ind.*

Ab his ad gemmas, & lapides faciendus est transitus. A Plinio pro specie ophitis gemma illa memoratur, quæ aliter Echites dicitur: cum maculis viperinis sit insignita. Alibi ab eodem authore gemma nigri coloris binis lineis albis colorem nigrum includentibus describitur, quam Barbari ophiocardelum vocant. Item ophites, seu, vt alij volunt, Draconites appellatur gemma illa coloris cærulei, & formæ pyramidalis, quam in hydris, vel chelydris inuenitur. Apud Plinium in cerebro magni Draconis reperiri traditur. Albertus fatetur se vidisse hanc gemmam nigram non pellucidam in circuitu coloris pallidi erutam à capite magni Serpentis in Sueuia: in cuius superficie imago Serpentis conspiciebatur. Cesalpinus hunc vidit lapidem figura coniculi, abscissa cuspide, colore partim nigro, partim flauescente, splendido non pellucido, cuius basim linea nigra, specie Serpentis circumdabat; additq; à donante ingellexisse esse linguam cuiusdam magni Serpentis in Germania versantis. Rursus ophites alia est gemma lineis cinereis, & nigricantibus repræsentans colorem Serpentis, & inuenitur ad ostium Tangræ. Alium lapidem pellucidum figura verticilli, nempè spumam Serpentis, instar chrystalli, congelatam vidimus apud Dominum Ladislaum Hungarum. Amplius quoddam marmor ex albo, & nigro maculis frequentibus cõstans, ritu maculosi Serpentis, ophites dicitur, cuius multa esse genera refert Dioscorides, quæ tamen ad tres tantùm differentias reducit, vnum ponderosum, & nigrum, alterum cinereo colore punctis distinctum, tertium lineis quibusdam candidis refertum. Plinius

Lib. 4. Phyt. cap. 16. *Li. 27. cap. 21.* *Li. 37. cap. 10.* *Ophites gemma.* *Draconites gemma.* *Ophites marmor.*

duas

www.libtool.com.cn

A duas tantùm ſpecies deſcribit, candidum, quod molle eſt, & nigricans durum. Meminit poſtea etiam cinerei marmoris, quod à colore cineris tephriam vocat. Dioſcorides autẽ omnes huius marmoris ſpecies alligatas, aduerſus Serpentes valere teſtificatur. Ophitem nigrũ conſtantem punctis nigris in liuido corpore, lapicidæ Viperam Aepypti vocant; ophitem verò cinerei coloris Granitũ Syriæ nominant: inſunt enim puncta nigra in corpore cãdicãte. Inſuper marmor viride Lacedemoniũ pretioſi generis Lithotom Serpentinũ cognominant, ex Alberto, qui ſecundã ſpeciem ophitis viridis maculis candidis eſſe tradit: inſunt enim in viriditate marmoris maculæ quædam frequentiores, & clariores. Aliud eſt vnica maculatum compoſitione, & huius generis eſt Thyites, cuius mentionem fecit Dioſcorides; ſed non ſpirat illũ odorem, quem in ſuo ophite Dioſcorides cõmendabat. Amatus Luſitanus fatetur ſe vidiſſe vaſculũ quoddam ex huiuſmodi marmore fabrefactum non inſuauem, dum fricabatur, emittens odorem; ideòq; nonnulli arbitrati ſunt huiuſmodi vas eſſe ex illis, in quibus Romani Imperatores theriacam ſeruabant: cum etiam huiuſmodi lapis contra venenatorum morſus à Dioſcoride

B ſummoperè probetur. Galenus autem vitrum cum ophite coniungere videtur, dum inquit ophitem poſſidere vim abſtergendi, conſtringendiq; vt vitrum, quoniam illi in vino dato facultatem comminuendi lapidis in veſica aſſignat. Quocirca non eſt dicendum, per ophitem, intellexiſſe genus marmoris, quod habetur apud Dioſcoridem (non enim facultates vtriuſq; cõueniunt) ſed fortè denotaſſe murrhinum à Plinio vocatum: coloris enim varietate maculas Serpentum æmulatur. Neq; obſtat murrhinum effodi, & vitrum arte parari: quandoquidem incendijs ſubterraneis eadem fieri poſſunt, quæ in fornacibus fabricantur: nam murrhinũ eſſe humorem ſub terra denſatum Plinius affirmat. Præterea lapis quidam eſt ophites, vel Serpentinus dictus, quia ſquamis, more Serpentum tegatur, vt lapis Islebanus eroſus, fiſſilis, niger, durus, ex quo æs conflatur. Aliqui ſpinam Theophraſti eſſe putant. In hoc quandoq; imago piſcis conſpicua cernitur, & piſciformis nuncupari poteſt nigri coloris, in quo ſquamæ aureæ, vel argenteæ piſcium licet conſpicari. Quandoq; in hoc animalia alterius generis à natura inſculpta obſeruantur. Tres huius generis lapides in publico Illuſtriſſimi Senatus Bononienſis

C Muſæo ſeruantur, quorum vnus geminis piſcibus eſt inſignitus. Alij duo ſingulos habent piſces referentes imaginem Percæ auratæ, & Alburni. Huiuſmodi lapides fiſſiles ſunt, bituminiſq; materiam in ſe continere, odor indicat. Hi autem lapides non procul à monte Mæliboco reperti fuerunt.

Tephria marmor. Viperam Ægypti quid ſit. Serpentinũ marmor. Cuius materiæ eſſent vaſa, in quib. olim Theriaca ſeruabatur Lapis Islebanus. Lapides piſciformes.

Præter enumeratos lapides alium inueniri multi autumant, quem Plinius pro Serpentum ouo deſcripſit, non intelligendo tamen ouum, ex quo catuli Serpentini excluduntur: cum de hoc in præſentia non fiat ſermo. Plinius igitur hæc habet: *Præterea eſt ouorum genus in magna Galliarum fama omiſſum Græcis. Angues innumeri æſtate conuoluti ſaliuis faucium, corporumq; ſpumis artificioſo complexu glomerãtur ouum anguinum appellatur. Druidæ ſibilis id dicunt in ſublime iacti ari, ſagoq; oportere intercipi, ne tellurem attingat. Profugere raptorem equo, Serpentes enim inſequi, donec arceantur alicuius amnis interuentu, experimentum eius eſſe, ſi contra aquas fluitet, vel auro vinctum. Atq; vt eſt Magorum ſolertia occultandis fraudibus ſagax, certa luna capiendum cenſent, tanquam congruere operationem eam Serpentium humani ſit arbitrij. Vidi equidem id ouum magnitudine modici mali orbiculati, cruſta cartilaginis, veluti acetabulis brachiorum polypi crebris inſigne Druidis. Ad victorias Litium, ac Regum aditus mirè laudatur, tanta vanitatis, vt habentem id in lite in ſinu equitem Romanum à Vocontijs à D. Claudio Principe interremptum non ob aliud ſciam. Hic tamen complexus anguium, & efferatorum concordia cauſa videtur, quare exteræ gentes caduceum in pacis argumentum, circumdata effigie anguium fecerint.* Noſtra ætate huius oui tantopere in Gallijs commendati, & obſeruati, nullum extat monimentum. Immò tradit Geſnerus neque vllam huius oui ſupereſſe famam apud Heluetios quondam Gallis adnumeratos, & Druidarum ſuperſtitionum participes. Præterquamquod non eſt veritati conſonum, quòd huiuſmodi ouum, aut quoduis aliud inanimatum, accedente etiam auri pondere, aduerſo flumine feratur, vt recitat Plinius. Fatetur quidem Geſnerus in ſuo lapidum theſauro habere duos globos duros, ſolidos, graues, cruſta albiore, & duriore, quàm ſit interior ſubſtantia, intectos. Alter eſt magnitudinis pugni humani, forma denticulari; alter longè minor globoſæ pariter figuræ. In eo per intercalla æquidiſtantia conſpi-

D

Lib. 29. c. 3.

Ouum anguinum quid.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ciuntur caudæ quædam tanquam Serpentum, orbem complectentes quinæ maiores, & B
totidem minores, & breuiores insunt. Immò acetabula, ceù pustulæ quædam, vel papillæ rotundæ ita digestæ, vt singulis versibus, qui in toto circuitu deni sunt pustulæ senæ habeantur. Gesnerus ab huiusmodi globis ouum anguinum à Plinio descriptum repræsentari opinatur. At Belloнius huiusmodi lapides globosos echinis marinis (dempta crusta aculeata) assimilat. Lapis ouo anguino Plinij valdè similis fuit inuentus in monte Coruariæ propè Bononiam. Seruatur etiam in publico Musæo lapis figuram Serpentis prorsus æmulans: est enim in spiram reuolutus, cuius caput in periferia prominet, & cauda extrema centrum indicat: in alia parte lapidis, est figura parui Serpentis; pars inferior planè informis est. Hic lapis meritò vocari potest ἐχιοδὼς, seu ὀφιοδὼς nempè species Serpentina. Nascitur in monte Plumbici propè Vrbinum. Quapropter iure optimo possumus probare eorum opinionem, qui in Islandia Serpentes esse saxeos attestantur; quorum vnum spiris in se conuolutum Ioannes Goropius in Anglia conspicatus est. Hos autem hominum cautionibus in lapides versos fuisse multi persuadere nituntur: cum tamen hęc sint opera naturæ, quæ à suis causis pendent. F
Nec mirandum est, siquidem in agro Senensi locis sterilibus, & cretosis terrei Serpentes conuoluti, in tenuem caudam sensim desinentes reperiuntur colore candido, substantia gypsea, qui si frangantur, globuli inanes intus veluti ampullæ spectantur, assiduè propè caudam tenuiores. Feruente enim materia, vt sæpè obseruamus in balneis sulphureis, bullæ attolluntur; dum verò spiritus vario modo conuoluitur, materiam viscidam, & sequacem eodem modo ducit, quæ postea concrescens eamdem retinet figuram, vt in combustione aluminis manifestatur. Denuò inuenitur alia species lapidis, quæ non Serpentem integrum, sed linguam, & præcipuè Natricis repræsentare perhibetur. Propterea lingua, glottis, & glossopetra, à quibusdam saxũ ophioglossum, ad differentiam ophioglossi herbæ, nuncupatur; & potissimum, quia aduersus Serpentes valere dicatur. Aliqui hũc lapidem ceraunium, nempè fulmineum, alij, ob figuram, dentem canis carchariæ esse existimant. Tales lapides in Melite insula inter saxa, & rupes reperiuntur; ambitu denticulato, superficie adeò tersa, & polita, vt ingeniosus etiam artifex vix illam posset imitari. Itaq; non est censendum esse dentem canis carchariæ, vt in historia illius animalis fuit declaratum, neq; fulmen è cælo delapsum: cum à terra effodiatur, non autem in aere generatur; Præterquamquòd in Melitem insulam tantummodo caderent, in qua innumeri ferè lapides huius generis spectantur. Immò, ex Aristotelis doctrina, fulmen nil aliud est, quàm spiritus, & materia tenuissima, seu flatus accensus, & à nubibus pulsus: propterea quod cum ex materia subtili constet, corpora mollia non corrumpit. Verùm notandum est ob diuersam materiam, diuersa etiam generari fulmina; & nos non debet latere reperiri aliud genus fulminis lapideum, quod in nubibus ex materia valdè viscosa procreatur. Hoc autem Aristoteli ignotum fuisse opinamur, de quo commodiori loco disputabimus. Insuper apud aliquos, sed perperàm, ophites vocatur senecta anguium: cum rectiùs γήρας ἀφεως δέρμα, καὶ σύφαρ, καὶ λεβηρὶς, & aliquibus etiam γραῦς dicatur. Latini anguinum spolium, anguinam pellem, seniũ Serpentis, membranam Serpentinam, & vernationem appellant, quoniam aduentante Vere hanc pellem exuant, quæ postmodũ inter saxa, & stirpes inuenitur, vt docuit Aristoteles. Hispanicè Pelle de la Culebre, Germanicè Ein H
schlangen haut. Arabicè Geluc, vel Genlut. Italicè spoglia della Serpe nominatur. Syluaticus, vt soler, multa nomina barbara proponit, quibus exuuias Serpentis indicare conatur. Tandem hoc nomen adiectiuum (anguineus, vel anguinus) omnia ad angues spectantia significare videtur: vnde anguinea pestis, paulò ante nominata, & coma anguinea Meduſæ, & capilli anguinei Eumenidum à Catullo indigitantur. Angueus postea idem significat; nam lapsus angueos legit Solinus. At in soluta oratione (anguinus) vt plurimum vsurpatur.

Lapis ouo anguino similis, vbi fuerit inuentus.

Glossopetra quid sit.

Lapis ceraunias.

In Meteor.

Ophites senecta anguium.

Lib. 8. de hist. An. c. 17.

Cap. 37.

Regiones, & loca à Serpẽtibus denominata.

Hydrusa.

Præter hæc, loca, & regiones multas à Serpentibus denominatas apud Authores legimus. Eustathius ophitem locum esse scripsit. Item ophiadem regionem olim desertam ob Serpentum copiam fuisse Diodorus Siculus autumat, quæ postmodum opera Regum Aegypti purgata est. Rhodus quoq; à Serpentum multitudine, nomine ophiusæ apud Serabonem donatur. Immò ob eamdem causam, nonnulli Cyprum ἐφιδία vocarunt. Tenos Insula ob aquarum abundantiam Hydrusa, aliquibus ad

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A mentem Aristotelis, propter Serpentes ophiusa dicitur. At secundùm Pomponium Melam Colubraria est insula Maris Mediterranei Iberici malefico Serpentum genere scatens: quamobrem (vt notat Oliuarius) hodie dicitur *la Dragonera*. Rursus apud Pausaniam ὀφίος κεφαλὴ nomen est loci: nam qua Thebis rectà Glisantum itur, regiuncula selectis lapidibus circumsepta spectatur, Serpentis caput Thebanis nuncupata; quoniam Serpentem ab ostio cauernæ caput exerentem à Tarsia illàc prætereuntem percussum, & nomen loco datum fuisse tradunt. Christophorus Columbus narrat, quòd circa Pariam, magnum scopulum inuenit, à quo tanquam ab orificio magni fluminis, tanta tantoq; impetu Aquilonem versus aqua scaturiebat, vt magnum terrorem transeuntibus, non secus ac esset immanis Serpens, incuteret: propterea illum locum os Serpentis nominare decreuit. Balbus quoq; in itinere de ciuitate Martabar in Cocchi, meminit cuiusdam maris, quod, lingua Persica mare Serpentum cognominatur. Pariter in descriptione suburbanorum antiquorum Hierosolymæ, quæ habetur in theatro Terræ Sanctæ, memoratur stagnum Serpentum, quod olim Bethara vocabatur. Demùm fluuius est ophites dictus, qui aliter orontes apud Suetonium legitur. Quid plura? cœlestia quoq; à Serpentibus non abhorrent. Luna enim Proserpina dicta est, quoniam ritu Serpentis ab ecliptica modò ad meridiem, modò ad aquilonem deflectens, nodum australem, & borealem designet, quem Astrologi caput, & caudam Draconis appellant. Huic accedit Ophiuchus vigesima constellatio inter Septentrionales, de cuius ortu chronico Ouidius in fastis locutus est. ὀφιοῦχος Latinis dicitur Serpentarius, Anguitenens, seu Anguifer (Seneca etiam Cerberi caudam anguiferam appellauit) quia manibus teneat anguem eius corpus implicantem. De hoc Cicero in Phænomenis hæc habet.

In Bæot.
In hist. Ind. occid. c. 70.
In Itiner. Ind. or. c. 4.
Ophites fluuius.
Lib. 6.
In Herc. furent.

——— *propter caput Anguitenentis,*
Quem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Graij
Hic pressu duplici palmarum continet anguem,
Eius, & ipse manet religatus corpore toto,
Namq; virum medium Serpens sub pectore cingit.

C Hunc nonnulli voluerunt fuisse Herculem, qui adhuc in cunabulis vagiens Serpentes à Iunone immissos, manibus præfocauit. Alij dixerunt esse Canobanta Regem Getharum, Alij Phorbantem filium Tiropæ Regis Thessalorum, de quibus Hyginus legendus est. Alij tandem tradiderunt hunc fuisse Æsculapium medicum celeberrimum tenentem anguem, à quo edoctus fuit herbam, qua Glaucum mortuum ad vitam denuò reuocauit, Idcò sic canit Ouidius in Fastis.

Surgit huma iuuenis stellis afflatus auitis,
Et gemina nexas porrigit angue manus.

Et paulò inferius.

Gramina continuò loculis depromit eburnis,
Profuerant Glauci manibus illa prius.
Tunc cum obseruatas augur descendit in herbas,
Vsus & auxilio est anguis ab angue dato.
Pectora ter tetigit, ter verba salubria dixit
Depositum terræ substulit ille caput.

D Ad cætera inanimata ab anguibus denominata properates incidemus in machinas bellicas, inter quas quædam bombardæ maioris species est, Serpentina, & colubrina nominata: nam ità oblonga cõstatur, vt effigiem Colubri, ideſt Serpentis æmuletur. Item Serpentina vocatur illud instrumentũ ferreum tormenti manualis retortũ instar Serpentis, quod funem accensum ad explosionem sclopi, stringit. Immò quędam alembici species dicitur Serpentina à Chymistis, quia rostrum flexuosum, ritu Serpentis, habeat. Rursus apud eosdem Chymistas argentum viuum Serpentinum, & Serpens luxurians cognominatur. Item humiditas radicalis metallorum, ante decoctionem, admodum venenata, nomine Serpentis, Draconis, & Basiliſci ab ijsdem Chymistis donatur: nam huiusmodi vapor per sublimationem in vas ascendens, vt animaduertit Braceschus, inueniẽsq; duo sulphura cum argento viuo, tanquam Serpens illa dissoluendo, vorare perhibetur. Aliter Serpera stra apud Varronem sunt instrumenta, seu potius vincula, quæ genitalis infantium ambulare discentium alligantur, ne prostrati, more anguium serpant,

Machinæ bellicæ à Serpẽtibus denominatæ.
Argentum viuum cur Serpens luxurians dicatur.
Serpens luxuriãs diuersi casus.
In lib. de ligno vitæ.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Serpentes quæ inſtrumenta.

ſerpant, vel nè vaccij fiant. Amplius volumina illa, in quibus Nicander de Serpentibus verba fecit, ὀφιακὰ inſcribuntur: cum hæc vox ὀφιακὸς omne ad angues ſpectans indicet. Nam ophiaſis apud Medicos affectus eſt capitis, quando capilli certis ſpatijs in anguis ſimilitudinem decidunt. His addantur ſpectacula pythia nempè anguina, denominata à Pythone Serpente manu Apollinis interfecto: horum meminit Ouidius hunc in modum.

Ophiaſis.

Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Antè, niſi in damis, capreiſq; fugacibus vſus,
Mille grauem telis, exhauſta penè pharetra
Perdidit, effuſo per vulnera nigra veneno.
Neuè operis famam poſſet delere vetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia, perdomitæ Serpentis nomine dictos.

Lib. 1. Metamor.

Ad finem, nodus ille Herculeus, ſiue Gordianus Serpentinus etiam vocatus fuit: cum duos Serpentes in congreſſu arctè implicatos æmuletur. De cuius nodi explicatione, Eraſmus ad nodum Gordium confugit. Plinius docuit hunc nodum ſacrum habitum fuiſſe, & creditum ad ſanitatem conducere. Plutarchus tradit cingulum ſponſæ hoc nodo necti ſolere, quem poſtea ſponſus in thalamo diſſoluebat. Athenæus huiuſmodi nodum Heracleotarum Inſigne fuiſſe ſtatuit. Goropius poſtpoſitis cæteris expoſitionibus, hunc nodum nominatum fuiſſe herculeum ſcribit, quia Hercules fuit Mundi vis maſcula, & Verbi incarnati figura. Vnde hic diuinus Hercules ſtatim ab incunabulis duos Serpentes acerrimos humani generis hoſtes ſtrangulauit, nimirum Diabolum, & carnem aduerſus ſpiritum aſſiduè concupiſcentem. Immò nullus vnquam Serpens maſculus fœmellam, aut fœmella maſculum (vt idem notat author) tam arctè complectitur, quam Diabolus carnem, & caro Diabolum: ideòq; nodus Serpentinus, & herculeus fuit nuncupatus, qui à nemine, niſi à diuino Hercule diſſolui potuit. Quamobrem huc fortè alluſit Horatius, quando dixit.

Nodus Serpentinus qualis.

Li. 14. Hierogl.

Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus
Inciderit.

In Arte poet.

Ideò Goropius, præter alias explicationes, tradit, quòd Horatius in hoc verſu præcipit, ne Deus in partes vocetur, niſi difficultas ſe ſe offerat, quam nemo niſi ſolus Deus expedire poſſit. Etenim, vocabulo vindicis, Hercules hic denotatur, qui, cum ſit alexicacos, iure merito latina voce vindex appellabitur: cum ab omnibus malis totum terrarum orbem vindicauerit, occiſis tyrannis, & cæteris monſtris, remotiſque omnibus difficultatibus, quibus commoditas humanæ vitæ impediebatur. Denominatis tanquam coronidem libuit addere radicem Serpentiformem, quæ adhuc integra in publico ſeruatur Muſæo. Hæc enim Serpentem perbellè æmulatur; quemadmodum in præſenti icone licet conſpicari.

Radix

www.libtool.com.cn

Radix Serpentiformis ῥίζα ὀφιώδης, vel ὀφιοειδὴς.



PRO-

www.libtool.com.cn

E

PRODIGIA ET PRÆSAGIA.

Lib. 1. de Diuin. *Loco cit.*

CVM Serpens nullo alio membro, nisi ore polleat; Antiquitas ab angue occurrente inimicum denotari augurata est. Propterea Plutarchus in Amphitrione dicebat. Angues duos iubatos in impluuium deuolasse, & Cicero anguem ab infima ara emanasse. Immò magnum prodigium esse existimauit, vt retulit Cicero, si circa cardinem ianuæ Serpentem circumplicatū obseruauerit. Quamuis aliqui dixerint maiori admiratione dignum fore, si cardines circa Serpentem inuoluerentur. Alij ex antiquis, Serpentes in sinu gestantes hominem benigno, vel maligno sydere natum, nec non futuras fælicitates, & infælicitates prædicere profitebantur. Sed mirum est, quod Indi populi huiusmodi etiam præsagijs vtantur: quandoquidem legimus in Hi-

Part. 3. storia Indiæ Lusitaniæ, iuuenem Indum ad templum Idolorum, cum dilucularet, proficiscentem in cristatum anguem venenoq; turgentem incidisse: ideòq; hoc pessimi F
augurij indicium reputans, reuersus, ad sacrum Baptismatis fontem confugit, quem antea odio semper habuerat. Romani quoq; pro augurio pessimo, visionem Serpen-

Lib. 2. c. 6. tis existimarunt, quamobrem, ex Valerio Maximo, anguis inusitatæ magnitudinis infælicem pugnam aduersus Numantinos C. Hostilio Mancino Consuli Romanorum præsignificauit. Ex Iulio Obsequente habemus duos Serpentes, Sempronio Consule sacrificante, ter victimas depastos esse: indeq; nonnulli internecionem Sempronij à
Flauio Lucano hospite paratam præsagierunt. Amplius, sacrificantibus Græcis apud Homerum, ex ara in proximam plantiem, in qua decem passeris pulli vagabantur, anguis prorepsit: hinc Calchas bellum contra Troianos totidem annos duraturum

Lib. 4. de Vir. Illust. pronunciauit. In Punico bello, ex Petrarcha, Caio Gracchorum omnium nobilissimo in Laconia exercitum habenti, inter sacrificandum, accidit, vt ex proximo spectu gemini Serpentes elapsi exta corrumperent; quo ostento moti Haruspices, vitæ discrimen Duci impendere monuerunt. Tiberius etiam Gracchorum pater (referente Egnatio) G
duobus, anguibus intra cubiculum captis, prodigiorum Interpretes consuluit, qui responderunt, fore vt ipse superstes esset Corneliæ vxori, si Serpens alterius sexus interficeretur: ipse autem meum interficite, dixit. Cornelia iuuenis est, potestq; per ætatem adhuc parere, nec defuit sequentus. At coniux, quæ superuixit, mutua caritate cum eo certauit, nam tantū abfuit, vt post Gracchi obitum, connubium desideraret, vt Regias etiam nuptias aspernata fuerit. Quodam tempore tāta Serpentū multitudo apud Lacones excreuit, vt inde Arioli futuram annonæ penuriam prædicerent, quæ postmodum talis subsecuta est, authore Textore, vt Populi carnibus anguū vesci coacti fuerint.

In Laconicis. Apud Pausaniam legimus Legatos ab Epidaurijs in Coon Insulā ad Aesculapium missos, præter somnia, quibus erant moniti, cum ad agri Laconici oram appulissent, vt ibi sedem collocarent, vidisse etiam Serpentem, quem secum Epidauro adduxerant, non procul è mari in quamdam cauernam ingressum. Hoc igitur moti prodigio, oppidum illo in loco sibi fabricarunt. Item Tarquinius Superbus, domitis hostibus, ad vrbana negocia animum appellens, portentum ingens conspicatus est: Serpens enim ex columna lignea elapsus fugam in Regiam arripuit. Vnde Rex perterritus Titum, & H
Aruntem filios, Bruto comite, qui stultitiam simulabat, ad Apollinem Delphicum misit. Iuuenibus oraculum de regno consulentibus, responsum fuit eum regnaturum, qui primus reuersus matrem oscularetur. Brutus igitur de naui egressus terram osculatus est. Quare sic loquitur Ouidius.

Lib. 2. fast.

Ecce (nefas visu) medijs altaribus anguis
Exit, & extinctis ignibus exta rapit:
Consulitur Phœbus, sors est ita reddita, matri
Qui dederit primus oscula victor erit.
Oscula quisq; suæ matri propecata tulerunt,
Non intellecto, credula turba, Deo.
Brutus erat stultis sapiens imitator, vt esset.
Tutus ab insidijs dire superbe tuis;

Ille

www.libtool.com.cn

A *Ille iacens pronus matri dedit oscula terræ.*

Ex Riecardo Dinotho habemus, quòd imperante Constantino, tantus fuit defectus Solis, vt etiam meridie Cæli stellæ conspicerentur, & in Melitea Serpentes omnis generis visi sunt, qui pugna commissa, se se inuicem peremerunt, & paulò post ortus est Iudæorum tumultus, & trexdecim Vrbes in Campania, terræmotu corruerunt; deinde post Constantini obitum, filij inter se belligerarunt, & Persæ graui bello Romanos oppressérunt. Cum bellum Macedonicum in expectatione esset, C. Petilio, & C. Valerio Consulibus, bouem in Campania locutum fuisse, & tres Soles super ædem Saturni effulsisse narrat Liuius, eodemq; tempore Cerites Serpentem in Oppido suo iubatum, aureisq; maculis distinctum conspicatos fuisse. Ex libro etiam de Prodigijs, & Ostentis, colligere licet, quòd munitis Alexandri Magni castris, & militibus quieti nocturnę deditis, cum primum Luna ab Orizonte emersit, Scorpiones, arectis caudarum aculeis, innumeri ferè ad castra fluxerunt, quæ prodigia vis immensa Serpentum vario colore refulgentium insecuta est. *In lib. de prodig.* *Decad. 5. lib. 2.*

B L. Silla Consul cùm in campo Nolano Samnitum exercitum haberet, & Dijs immolaret, repente ab infimo aræ loco, Serpens exilijt, quo viso, Posthumius haruspex iussit Romano Duci, vt in hostem legiones duceret, cui cum paruisset (teste Suessano) castra hostium opulentissima expugnans occupauit. Serpentes quoq;, vt scribit Herodotus, Crœso Lydorum Regi excidium Imperij portenderunt: nam quando Crœsus, & Cyrus ad Pteram, æquo marte depugnarunt, illicò in suburbanis Sardium locis ingens Serpentum copia orta est, quos equi ad pabulum dimissi passim deuorabant: quare Vates, re intellecta, responderunt, per Serpentem, terræ filium, indigenam, & per equum aduenam, & bellicosum hostem denotari, hocq; portento Sardenses breui subactos iri prædixerunt. Idq; verum fuisse euentus patefecit: nam paulò post, Crœso Rege deuicto, omnes in Persarum potestatem venerunt. Tiberius Cæsar cum intellexisset Serpentem, quem in delicijs habebat (illi enim propria manu cibũ ministrabat) à formicis fuisse corrosum, sibi à multitudine cauendũ esse percepit, quoniam formicę, monentibus Vatibus, populum significare solent. Annibal cum suis copijs itinerans, C à tergo immanem bestiam Serpentibus circumplicatam insequentem respexisse fertur, quæ omnia arbusta, & virgulta frangebat, & tecta peruertebat. Hinc vastationem Italiæ multi portenderunt. Ex altera parte Iouius in vita Actij narrat, Serpentem in eius galeam irrepsisse, & Actio viceomiti, victoriam aduersus Bononienses prænostrasse. At T. Gracchus, antequam multitudine Quiritum oppressus interficeretur, in spacioſa galea, qua in bello vti consueuerat, anguem ova peperisse, fetusq; iam formatos inuenit. Auis etiam placida in gremium Philippi Regis Macedonum aduolans ouum peperit, de quo confracto exijsse Serpens dicitur, quis, cum ouum circumdedisset, vt denuò in foramen illud ingrederetur illicò perijt: hinc Vates filium nempè Alexandrum ex Philippo dimanaturum esse ariolati sunt, qui, toto terrarum orbe subacto, paulò post erat periturus. *Annibalis aduẽtus in Italiam.*

Ope etiam Serpentis ferunt Neronem à percussoribus fuisse liberatum, quos Messalina in eum immiserat: nam Serpens è puluino, vbi quiescebat, prodiens sicarios perterrefecit. Quamuis aliqui scripserint non fuisse Serpentem, sed eius exuuias, quas, ex D voluntate matris, dextro brachio alligatas aliquando gestabat, & tædio abiectas denuò requisiuit: quoniam sperabat hujusmodi Serpentis spolium aduersus infortunia, quæ pertimescebat, sibi profuturum. Quare nõ est mirandum, si apud Cælium Rhodiginum legatur, quòd vates circa brachium, vel collum Neronis adhuc pueri alligatam liberidem conspicati, dixerint, ὅτι ἰσχὺν παρὰ τὸ γήρους λήσεται. Nimirum, quia ex sene potentiam foret assecuturus: cum anguis, deposita senectute, talis obseruetur. *Nero quotidie modo liberatus à percussoribus Messalinæ.* *Lib. 10. cap. 3.*

Serpens quoq; gloriam Roscij histrionis præmonstrauit, vt docet Cicero. nam puſionem adhuc in Selenio campo Lauinia gei educatum, & in cunabilis dormientem nutrix lumine appositò, Serpente circumdatum conspicata est. Parri autem ad haruspices confugienti responsum fuit nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. Simili præsagio imperium Seuero præmonstratũ est: siquidem in stabulo Serpens dormientis caput cinxit, & absq; noxa, vociferantibus ob terrorem familiaribus, abijt. Maximino iuniori idem accidisse tradunt. Aureliano quoq; ex Fulgosio, humilibus parentibus nato anguis summum imperium portendisse fertur: etenim peluim, in quo sæpius puer lauabatur *Lib. 1. Diuin. Lib. 1. c. 4.*

tur

www.libtool.com.cn

tur Serpens eſt circumplexus, neq; occidi potuit. Ideò mater, quæ templi Solis ſacerdos erat, re intellecta, Serpentem quaſi familiarem ſeruari iuſſit. Item Caſſandræ ſcientiæ vaticinandi peritam in templo Apollinis Tymbrei cũ Heleno fratre relictam, cum Serpentibus cubantem repererunt, qui, infantibus nihil læſis, eorum ſenſoria circumlambebant: quamobrem tàm Caſſandram, quàm Helenum vates futuros à vatibus reſponſum habuerunt. Magnum etiam fuit illud prodigium, dum immanis Serpens circa aram viſus eſt, vbi Aeneas anniuerſarium ſacrum manibus Anchiſæ patris faciebat, vt recitat Virgilius his verſibus. E

Lib. 5. Aeneid.

Dixerat hæc adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,
Amplexus placidè tumulum lapſuſq; per aras
Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus,
Mille trahit varios aduerſo Sole colores.
Obſtupuit viſu Aeneas: ille agmine longo
Tandem inter pateras, & læuia pocula Serpens
Libauitq; dapes, rurſuſq; innoxius imo
Succeſſit tumulo, & depaſta altaria liquit. F

In lib. de Mirab.

Cæterùm animum graui afficiunt admiratione prodigia mulierum, quæ Serpentes enixæ ſunt: nam Tralianus refert mulierem Tridentinam Serpentes inſtar globi conuolutos perperiſſe Romæ, Domitiano Cæſare IX. & Perilio Ruſo II. Coſſ. Item L. Scipione, & C. Norbano Conſulibus, ex Iulio Obſequente, mulier in Hetruria viuum Serpentem partu edidit, qui iuſſu Haruſpicum in profluentem deiectus aduerſa aqua natauit. At Serpens à muliere editus, temporibus L. Sillæ, bellum ciuile, ex Alexandro, denotauit. Verùm Appianus Alexandrinus tradit, quòd mula peperit, & mulier Serpẽtem enixa eſt, quæ prodigia ſtragem, & expugnationem Italiæ, nec non Romanæ Reipublicæ mutationem ſignificarunt. Amplius inter initia belli Marſici, vt ſcripſit Plinius, mulier peperit elephantum, & quædam ancilla Serpentem.

Mulieres pariũt Serpentes.

Lib. 2. cap. 31.

Lib. 1. de Bell. ciuil.

Denique, ſi per quamdam annorum ſeriem percurramus, prodigia ſemper maiora inueniemus. Legimus enim apud Iulium Obſequentem, duos Serpentes nigros, anno vigeſimo octauo ſupra centeſimum, ante Chriſtum natum, in ſacrarium Mineruæ ingreſſos fuiſſe eo tẽpore, quo M. Fuluius Flaccus quaſdam leges promulgare tentabat: vnde nonnulli ciuilem Romanorũ occiſionem coniectarunt. In volumine ſtemmatum Lotharingiæ legitur, quòd anno vigeſimo ſeptimo ante Chriſtum natum, Regulus in Africa Serpentem immenſæ magnitudinis milites vexantem expugnauit. Item anno ante Dominicam Incarnationem ſeptuageſimo quinto, duo Serpentes in lecto coniugis Didij Lelij legati Pompeij fuerunt inuenti: hinc, vt ſcribit Iulius Obſequens, Didij interitum augurati ſunt. Anno verò tertio ſupra centeſimum, ex eodem met Obſequente, Serpentes nigri altare circumiuerunt, deinde fugerunt, & poſtero die redierunt, qui tandem à populo Mutuſæ lapidibus fuerunt obruti, & oſtio templi Mattis reſerato, caput ſtatuæ ad pedes compertum eſt: hinc Romanorum exercitum à Luſitanis cõficiendum fore præſagierunt. Anno trigeſimo primo ſupra centeſimum ante Chriſtum, Romæ bos hæc verba protulit, *caue tibi Roma*, & Sagunti Serpentes volarunt, vt in Volumine ſtemmatum Lotharingiæ habetur. Cæterùm anno Chriſti octuageſimo nono ſupra quingenteſimum, cum Diaconus Turronenſis Eccleſiæ ab eius Epiſcopo in Vrbem eſſet miſſus, vt à Romano Pontifice nonnullas Sanctorũ reliquias acciperet; tanta inundatione Tiberis fluuius Vrbem obruit, vt omnes antiquæ ædes collapſæ ſint, & multitudo Serpentum cum magno Dracone ad ſaliſos maris fluctus deſcenderit, quibus mortuis, & ad littus eiectis (teſte Baronio) tetro excitato odore, ingens peſtilentia, & clades ſubſecuta eſt. Anno poſt Chriſtum natum quinquageſimo ſexto ſupra ſeptingenteſimum, vt animaduertit Martinus Polonus, Carolus Martellus vir ſemper victor poſt obitum in templo S. Dionyſij ſepelitur, & paulò poſt in eius tumulo nihil niſi maximus Serpens inuentus eſt. Anno vigeſimo ſecundo ſupra milleſimum à partu Virginis, in Inſula Moos dicta Diœceſis Hamerenſis, Serpens admirandæ magnitudinis conſpectus eſt, qui veluti cometa toti Orbi aliquam interdum cladem promittit; ita is ſubuerſionem regni Noruegiæ portendit: nam ſuper aquas altè, & ſæpius ſe extollebat: ſicq; expulſio

Prodig. 85.

Tom. 1.

Prodig. 309.

Tom. 1.

Tom. 7. Annal. Eccleſ.

In ſupput.

www.libtool.com.cn

A pulsio Christiani Regis, & totius patriæ excidium subsecutum est. Ad rem Olaus Magnus tradit eos, qui mercaturæ, & piscationi in littoribus Norvegiæ operam navant, vnanimes attestari Serpentem vastæ molis penès oras Maris Bergensium versari, qui æstiuo tempore, nocturno, & lucido cœlo ab antro vitulos sues, & homines voraturus egreditur, neq; hoc animal sine portentoso spectaculo nauigia infestat, & homines rapit: nam non multò post & bellici tumultus, & mutationes regni subsequi solent. Anno quinquagesimo nono supra millesimum, Segeberto teste, in Pago Vraccarensi apud Tornacum, duo veluti exercitus Serpentū, instructa acie, præliari visi sunt. Christianus Vrstius in Chronicis Germaniæ refert, quòd anno tertio supra millesimum, & trecentesimum, accidit, vt nocte Ascensionis Domini in Columbaria, & multis alijs locis Serpentes pluerent. Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, vt constat per historiam Viennæ impressam circa diem D. Margaritæ, in Hungaria contigit, vt in multorum hominū aluo Serpentes naturalibus similes generarentur; quemadmodum etiam paulò ante enucleatum fuit, quando de Serpentum genetatione verba fecimus.

B Demum anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, mense quinctili, gemini in aere Serpentes, candis implicatis, se mutuò rodentes conspecti sunt, in quorum medio crux ignea refulsit: vt in libro de Prodigijs, & Ostentis legere licet.

Lib. 21. cap. 27.

Par. 2.

Serpentes geniti in humano ventre.

MONSTRA.

DION in historia Libyca narrat, ibi ex promiscuo bestiarum plurium diuersi generis congressu, olim progenitum fuisse monstrum, cuius facies erat muliebris, color cutis nitidissimus, quædam ab oculis dimanabat hilaritas intuentes in sui amorem rapiens: partes autem inferiores in longum anguem desinebant. circa Syrtes versabatur, feras Libyæ venans: neq; animans tam alacer inueniebatur, qui monstri insultum effugere posset. Homines lenocinijs alliciens, & blanditijs adoriens deuorabat.

C Quare Hercules per Libyam itinerans in hoc mōstrum incidisse traditur, quod eminus conspicatus cursum arripuit pernicissimum: ideò cum bestia monstrifera prædam assequi minimè potuisset, indignatione succensa omnem in se conuertens crudelitatem, proprium discindens pectus interijt. Cercops, & ipse secundùm aliquorum mentem partes inferiores Serpentinas habuisse dicitur. Item Boreas rapiens Orithyam cauda anguina prædictus fuit, si veritatem fatetur Pausanias. Typhoeus ex Tartaro, & terra genitus planè monstrosus fuit: nam, ad mentem Hesiodi, centum Serpentis capita habuisse perhibetur. Intelleximus etiam apud Helvetios populos anno millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, iuxta quoddam flumen cōspectum fuisse Serpentem auribus latis, & longitudine sex pedum, corpore vitulo æquali; quem procul dubiò monstrum fuisse arbitramur. Heniochus Erichthonius primus omnium equos quadrigis iunxit: etenim cum anguinea crura haberet (Higinio teste) nunquam pedester, sed quadrigis semper vehi curauit. Scripsit Licosthenes, referente Pareo, mulierem Cracouiæ, anno Domini nonagesimo quarto supra millesimum, & quadringentesimum in

D platea, cui à Sancto Spiritu nomen est, enixam esse mortuum fœtum, qui dorso affixum Serpentem cadauer arrodentem gestabat. Apollonius in historijs Mirabilium recitat Serpentem duobus pedibus præditum conspectum fuisse, qui non secus ac terrestris Crocodilus gradiebatur. Item Plinius scriptorum reliquit Serpentes pedibus anserinis visos fuisse. Galenus addit, ab Ephebo Athenis, pusillum Serpentem pilosum, & pluribus pedibus statim proficiscentem, cum semine copioso fuisse eiectum.

In Eliacis.

Lib. 19.

Fœtus serpentinus.

Lib. 1. de loc. affect.

Quamuis Aristoteles in generatione Serpentum rara contingere errores, consequenterq; in hoc animalium genere rara monstra procreari tradiderit; quoniam angues matricem, seu vteri formam valdè longam habent, & qua subinde, nempè vnum post alterum descendunt, & non acervatim, sicut in gallinis euenit. Quamobrem geminum fœtum in ouis anguium rarum, at in ouis gallinarum frequentem licet intueri. Hinc tamen non fit, quin etiam in genere Serpentū id accidat: quandoquidem Aristoteles Serpentis bicipitis meminit. Immò Creſias promulgat (referente Aeliano) iuxta Tmolum nomine Areadem, Serpentes bicipites aliquando diuagari longitudine quatuor

Lib. 4. de Gen. Anim.

Lib. 9. c. 8.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Serpens biceps ab Illuſtriſs. Co. Philippo Aldrouando Bononiæ Senatore donatus.



tuor cubitorum, capitibus albis, reliquo corpore nigro, læthali turgentes veneno, & accedentibus ad amnem perniciem afferentes. In montibus etiam Pyreneis Serpentem quondam tricipitem interfectum fuiſſe Arnoldus autumat. Hinc nonnulli colligunt monſtrum illud hydræ Lernææ ſepticipitis in rerum natura aliquando extitiſſe; id tamen fabuloſum eſſe ſuo loco demonſtrabimus. Vidit quidem Ioannes Baptiſta Porta Neapoli viperam bicipitem, quæ vtrumq; caput mouebat, & triſulcas exerebat linguas. Neq; vlla debemus teneri admiratione, ſiquidem hodiè Serpens etiam biceps diligentiſſimè exiccatus ad Illuſtriſſimum Com. Philippum Aldrouandum Bononiæ Senatorem, tanquam munus ſingulare delatus fuit. Hic autem vir nobiliſſimus hunc monſtriferum Serpentem in pubaico ſeruandum Muſæo nobis tradidit. Propterea hoc in loco illius iconem in tanti viri monumentum dare non piguit. Immò exhibemus etiam iconem Serpentis latiſſimi corporis in Muſæo inuentam; qui non ſequitur naturam aliorum Serpentum, quoniam habet poſt collum corpus valdè latum, figura ferè ouali; præterea caudam cæteris Serpentum caudis conſimilem, ſed compreſſam; demum caput, & collum ſquamis refertum eſſe non videtur.

Serpēs tricips.

Li. 2. Magnat.

Serpens biceps ab Illuſtriſs. Co. Philippo Aldrouando donatus.

Cæterùm in omni animalium genere, vt noſtra fert opinio, aliqua monſtra obſeruantur. Etenim anno trigeſimo ſexto ſupra milleſimum, & ſexcenteſimum, octauo Idus Iulij Excellentiſſimus Ouidius Montalbanus Mathematicarum in Patrio Bononienſi Gymnaſio ordinarius Profeſſor, & diligentiſſimus rerum naturalium inueſtigator, dum ruri verſaretur, admirabilem, & monſtrificum vermem, Lepidij caulem perreptantem obſeruauit, cuius iconem, quam hic damus, perhumaniter nobis communicauit. Meritò igitur dubitabat an ſpeciei lumbricorum, an verò Erucarum eſſet adſcribendus: Siquidem mollities, & teres figura ad lumbricos eſſe reducendum demonſtrabat; at viciſſim quædam quatuordecim pedum rudimenta, nec non capitis figura, beſtiolam inter erucas collocâdam eſſe cogebat. Verùm cauda anguina huius animalculi acuminata, & murinæ ſimillima mentem doctiſſimi viri vexabat: ideòq; elegantiſſimam de hoc animali epiſtolam ad nos mittens rogabat, vt de hoc noſtrum iudicium promulgaremus. Propterea in genere Erucarum monſtroſum fuiſſe animalculum teſtificati ſumus: quandoquidem clariſſimo etiam viro Vlyſſi Aldrouando adhuc viuẽti Erucam bicaudam Thadeus Mamolinus eius amiciſſimus attulit; cuius delineationem in medium afferre non piget. Eruca hæc capite ferrugineo, & ore nigricante poſt caput lineam rubicundi coloris reliqua circumdantem habebat, in alia parte poſt caput ad tertium vſq; pedem duæ lineæ albæ conſpiciebantur, quæ vna cum baſi triangulum effigiabant: duæ aliæ lineæ albæ ad caudam vſq; ſequebantur figura ouali totum dorſum exornantes. Tandem in corporis extremitate caudam inſtar duorũ cornicu-

Eruca anguina cauda ab Excellentiſs. Ouidio Mõtalbano donata.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

Eruca cauda anguina pronè, & ſupinè picta ab Excellentiſs. D. Ouidio Montalbanò inuenta, & nobis dono data.

Serpens latiſſimi corporis cauda compreſſa.



B

niculorum bifurcam geſtabat. Cæterùm ſi aliquod animal aliqua parte anguina integratum ad monſtra referendum eſt; proculdubiò inter hæc connumerandus eſt Gallus ille barbatus, cornutus, ocreatus, cauda Serpentina, in cuius extremitate floccus conſpicitur, & propè vropigium, vbi cauda corpori adhæret, quoddam tuberoſum rotũdum

Buſo monſtrificus cauda anguina.

C



D

F obſer-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Gallus monstrosus cauda anguina.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A obſeruatur colore albido, criſta, palearibuſq; plumoſis. Quamobrem ſi Seneca in Hercule furente, caudam Canis Cerberi anguiferam appellauit, remota omni dubitatione, ſi gallum hunc monſtrificum conſpicatus eſſet, eius caudam anguiferam ſerió nuncupaſſet. Quare, ne Lectorem ad alios libros relegemus, placuit hoc in loco prædictam galli iconem apponere. Cæterùm poſteaquam monſtra cauda anguina prædita, monſtrandi ſe ſe obtulit occaſio, noluimus ſilentio inuoluere buſonem monſtroſum ſimili cauda inſignitum, qui in Villa quadam Thyringica ad Vnſtrum, anno Domini quinquageſimo tertio ſupra milleſimum, & quingenteſimum, è muliere natus, eſt ea forma, veluti in præſenti pictura exhibetur.

MYTHOLOGICA.

B MISSAS facimus fabulas tanquam cunctis notiſſimas, primùm Pithonis Serpentis poſt diluuium Deucalionis ex putredine terræ nati, quem Apollo interemiſſe fertur; deinde furiarum, quas tumidis criſtatas Colubris Poetæ fingebant, iuxta illud.

—— rubens oculi, ſpirant incendia nares,
Et caput intorti lambunt pro crinibus angues.

Huic non diſſimilis fabula recitatur de Meduſa, cuius capilli repreſentabant angues. Nam Forcum Corſice, & Sardiniæ Regem in nauali certamine ab Atlante Rege Mauritaniæ ſuperatũ, in mari ſubmerſum à Neptuno in Deum marinum tranſmutatum fuiſſe fabulantur. Itaq; inter tres Forci filias Meduſam ob pulchros, aureoſq, capillos ſpectabilem Neptunus in templo Mineruæ compreſſit: quare Dea indignata elegantiſſimos Meduſæ crines in Serpentes transfigurauit. De hac metamorphoſi Ouidius eleganter fabulatur hunc in modum. *Capilli Meduſæ cur anguinei.* *Lib. 4. Metamor.*

Ex numero Procerum quærens cur vna ſororum
Geſſerit alternis innixos crinibus angues
Hoſpes ait, quoniam ſeitaris digna relatu:
C *Accipe quæſiti cauſam, clariſſima forma,*
Multorumq, fuit ſpes inuidioſa procorum.
Illa, nec in tota conſpectior vlla capillis
Pars fuit, inueni, qui ſe vidiſſe referrent.
Hanc pelagi Rector templo vitiaſſe Mineruæ
Dicitur. Auerſa eſt, & caſtos agide vultus
Nata Ionis texit, neuè hoc impunè fuiſſet,
Gorgoneum crinem turpes mutauit in angues.

Huic affinis eſt Canis Cerberi fabula, qui in ſpelũca quadam ante fores Plutonis ſtabulari fingebatur. Hic omnibus ingreſſuris laumaniſſimè blandiebatur, ſed neminem patiebatur egredi. Ab huius autem canis capite, & collo angues denſiſſimi pro villis pendere dicebantur, ideò Virgilius ſic canebat. *Pili Cerber angues eſſe ferebãtur.* *Lib. 6. Aeneid.*

Cerberus hac ingens latratu regna trifauci
Perſonat, aduerſo recubans immanis in antro:
D *Cui vates horrere videns iam colla colubris,*
Melle ſoporatam, &c.

Quamuis alij Poetæ canem tartareum anguinea catena fuiſſe vinctum finxerint. Hoc videtur ſignificare Tibullus, dum ait.

Nec canis anguinea redimitus terga catena,
Cui tres ſunt linguæ, tergiminumq, caput.

Amplius Mythologi commenti ſunt Aeſculapium aluiſſe Serpentem, cuius ſpuma patientes à quocumq; morbo oppreſſos liberabat: immò, & angues circa cunabula Herculis adhuc infantis vagantes ab eodemmet puſione necatos fuiſſe. Quare ad rem canebat Baptiſta Mantuanus.

Dum pubeſcit adhuc, ſic & cunabula circum
Repentes puer eliſit Tirynthius angues.

Nugati ſunt etiam poetæ Hecatem, quam alij Semelem nominant, tandiù Fauni patris

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Faunus in Serpentem cur transmutatus.

nequitiæ, etiam bacilo myrteo verberatam, & vino oppreſſam repugnaſſe, donec ille in Serpentem transfiguratus filiam ſpiris vndiq; colligatam improbitati ſuæ obtemperare compulerit. Huius fabulæ, apud Priſcos, indicia fuerunt Myrtus à templo Hecates ſemota, vinum, quod tantùm lactis vocabulo nominabatur, & Serpentes, qui ibi paſſim innoxij diuagabantur. Inter prodigia recenſuimus Serpentem, qui, Græcis ſpectantibus mox Ioui ſacrificaturis, aſcendit platanum aræ imminentem, & primùm pullos, qui in nido erant, deinde matrem circumuolitantem deuorauit: vnde Theſtorides nempè Calchas filius Theſtoris bellum Troianum decimo terminaturum anno ariolatus eſt. Modò prædictum Serpentem, ad perpetuum rei monumentum, à Dijs in ſaxum fuiſſe transformatum narrat Ouidius his verſibus.

Serpens in ſaxum mutatus.

Li. 12. metam.

Hic patrio de more Ioui cum ſacra paraſſent:
Vt vetus accenſis incanduit ignibus ara,
Serpere cæruleum Danaï videre colubrum
In platanum, captis, quæ ſtabat proxima caſtris.
Nidus erat volucrum bis quatuor arbore ſumma,
Quas ſimul, & matrem circum ſua damna volantem
Corripuit Serpens, auidaq; recondidit aluo.
Obſtupuere omnes: at veri prouidus augur
Theſtorides, vincemus, ait, gaudete Pelaſgi.
Troia cadet, ſed erit noſtri mora longa laboris;
Atq; nouem volucres in belli digerit annos.
Ille vt erat virides amplexus in arbore ramos
Fit lapis, & ſeruat Serpentis imagine ſaxum.

Pariter Serpens Orphei caput dilaniaturus in lapidem tranſmutatus fuiſſe perhibetur. Erenim Orpheus mulieres Thracias aſpernatus, acerbiſſimum earum odium in ſe concitauit: Quamobrem illæ dum Bacchi ſacra celebrarent, Orpheum in medio ferarum cœtu canentem conſpicatæ, magno facto impetu, eum dilacerarunt, eiuſq; caput, & lyram in flumen Hebrum proiecerunt. Verùm Orphei caput in Lesbon inſulam delatum anguis accedens dilaniaturus ab Apolline in lapidem fuit transfiguratus. Hanc metamorphoſim eleganter decantat Ouidius hunc in modum.

Serpens dilaniaturus caput Orphei in lapidē transfiguratus.

Li. 11. metam.

Membra iacent diuerſa locis, caput Hebre, lyramq;
Excipis (& mirum) medio dum labitur amne,
Flebile neſcio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis, reſpondent flebile ſiluæ,
Iamq; mare inuectæ flumen populare relinquunt;
Et Methymneæ potiuntur litore Lesbi.
Hic ferus expoſito peregrinis anguis arenis
Obſtitit, & ſparſos ſtillanti rore capillos,
Lambit; & hymniferos inhiat diuellere vultus
Tandem Phœbus adeſt, morſuſq; inferre parantī
Arcet, & in lapidem rictus Serpentis apertos
Congelat, & patulos (vt erant) indurat hiatus.

Cum Achelous, pro Deianira filia, cum Hercule certaret, tradunt ipſum, vt Herculem eluderet, modò in liquorem, modò in Serpentem, & poſtremò in figuram tauri ſe transformaſſe. Huius meminit Ouidius dum cecinit.

Lib. 9. metam.

Congreditur, feroxq; prior modò magna locutum
Cedere, reiecit viridem de corpore veſtem,
Brachiaq; apposui, tenuiq; à pectore varo
In ſtatione manus, & pugnæ membra parauit.

Et paulò inferius.

Elaborq; viro longum formatus in anguem;
Qui poſtquam flexos ſinuaui corpus in orbes,
Cumq; fero moui linguam ſtridore biſulcam,
Riſit, & illudens noſtras Tirynthius artes.

Arachne puella, quæ de lanificio cum Minerua certamen ſuſcepiſſe dicebatur, inter alias fabulas, quas, inter texendum, telæ inſeguit, Iouem effigiauit tranſmutatum in

Ser-

www.libtool.com.cn

A Serpentem, vt Deolida frueretur. Propterea Ouidius hoc intactum non reliquit, dum ait.

Meonis elusam designat imagine tauri.
Europam &c.

Deinde pergens author in describendis alijs Iouis adulterijs sic decantat.

Mnemosynem pastor, variusq; Deolida Serpens.

Cadmus Agenoris filius à patre missus ad inquirendam sororem Europam à Ioue raptam, cum illam non inueniret, & spem reuisendi patris amisisset (prohibuerat enim pater, ne ad ipsum, nisi illa reperta, reuerteretur) in Bœotiam oraculo monitus profectus est. Hic missos ad fontem socios paulò post à Serpente peremptos inuenit; quare, monente Minerua, Serpentem confecit, & eius dentes seminauit, ex quibus postea homines armati nati sunt; quibuscum, teste Apollonio, Iasoni pugnandum fuit, vt vellere aureo potiretur. Audiamus igitur Ouidium sic loquentem. *Socij Cadmi à Serpente necati. In Argonaut. Lib. 3. Metam.*

Sacra Iouis faciturus erat, iubet ire ministros,
B *Et petere è viuis libandas fontibus undas.*
Sylua vetus stabat, nulla violata securi,
Et specus in medio, virgis ac vimine densus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum
Vberibus fecundus aquis, vbi conditus antro
Martius anguis erat, cristis insignis, & auro
Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno,
Tresq; micant linguæ, triplici stant ordine dentes.
Quem postquam Tyria lacum de gente profectè
Infausto tetigere gradu, demissaq; in undas
Vrna dedit sonitum, longo caput extulit antro
Cæruleus Serpens, horrendaq; sibila misit.
Effluxere undæ manibus, sanguisq; reliquit
Corpus, & attonitos subitus tremor occupat artus.
Ille volubilibus squamosos nexibus orbes
C *Torquet, & immenso saltu sinuatur in arcus,*
Ac media plus parte leues erectus in auras
Despicit omne nemus, tantoq; est corpore, quanto,
Si totum spectes geminas qui separat arctos.
Nec mora Phenicas, siue illi tela parabant,
Siue fugam, siue ipse timor prohibebat vtrumq;
Occupat hos morsu, longis amplexibus illos,
Hos necat afflatu, funesta hos tabe veneni.
Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras;
Qua mora sit socijs mirantur Agenore natus,
Vestigatq; viros.
Vt nemus intrauit lethataq; corpora vidit,
Victoremq; supra spatiosi corporis hostem,
Tristia sanguinea lambentem vulnera lingua;
D *Aut vltor vestra fidissima corpora mortis*
Aut comes, inquit, ero: dixit, dextraq; molarem
Sustulit, & magnum magno conamine misit.

Et paulò inferius.

Cedit Agenoridæ paulùm, spolioq; Leonis
Sustinet incursus, instantiaq; ora retardat
Cuspide protenta, furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, figitq; in acumine dentes.
Iamq; venenifero sanguis manare palato
Cœperat, & virides aspergine tinxerat herbas.

Et paulò inferius.

Vox subitò audita est, neq; erat cognoscere promptum
Vnde, sed audita est: quid Agenore nate peremptum

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Serpentem spectas, & tu spectabere Serpens. E
Ille diu panidus pariter cum voce colorem
Perdiderat, gelidoq; comæ terrore rigebant.
Ecce viri fautrix superas delapsa per auras
Pallas adest, moneq; iubet supponere terræ
Anguineos dentes populi incrementa futuri.

Cadmus cũ Hermione in Serpẽtes mutati.

Idem Cadmus permultas calamitates passus, tandem cum Hermione coniuge in Illyriam profugit. Vbi Deos precibus diligentissimis obsecrauit, vt ambo in speciem Serpentis verterentur, qui Serpens olim sui infortunij causa fuit. Vota tandem fuisse expleta perhibentur: etenim ambo in Serpentes fuerunt transformati, vt recitat Ouidius his carminibus.

Lib. 4. metam.

Nescit Agenorides natam, paruumq; nepotem
Aequoris esse Deos luctu, seriemq; malorum
Victus, & ostentis, quæ plurima viderat, exit
Conditur vrbe sua, tanquam fortuna locorum F
Non sua se premeret, longisq; erroribus actus
Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.

Et paulò inferius.

Ipse precor Serpens in longam porrigar aluum.
Dixit, & vt Serpens in longam tenditur aluum,
Duratæq; cuti squamas increscere sentit,
Nigraq; cæruleis variari corpora guttis.

Deinde.

Et lacrymis per adhuc humana fluentibus ora,
Accede ô coniux, accede miserrima dixit.
Dumq; aliquid superest de me, me tange, manumq;
Accipe, dum manus est, dum non totum occupat anguis.
Ille quidem vult plura loqui, sed lingua repentè
In partes est fissa duas, nec verba loquenti G
Sufficiunt, quotiesq; aliquot parat edere questus,
Sibilat: hanc illi vocem natura reliquit.
Nuda manu feriens exclamat pectora coniux,
Cadme mane, teq; infelix his exue monstris.
Cadme quid hoc? vbi pes? vbi sunt, humeriq; manusq;
Et color, & facies? & dum loquor omnia, cur non
Me quoq; Cælestes in eundem vertitis anguem?
Dixerat, ille suæ lambebat coniugis ora,
Ini. sinus caros, veluti cognoscere, ibat,
Et dabat amplexus, assuetaq; colla petebat;
Quisquis adest (aderant comites) terretur, at illæ
Lubrica permulcet cristati colla Draconis.
Et subitò duo sunt, iunctoq; volumine serpunt,
Donec in oppositi nemoris subiere latebras. H

In Hymn. in Apoll.

Insuper Typhonem alij fuisse Serpentem, alij gigantem anguineis pedibus retulerunt. Nam Homerus scriptis mandauit, quòd Iuno, quia ægrè tulerat Iouem absq; eius consensu, ex capite Mineruæ peperisse, Deos omnes tam superos, quam tartareos obsecrauit, vt & ipsa sine maris permixtione parere posset. Hæc igitur voti compos facta, cum manu humum percussisset, ortus est Typhon, qui postmodum educandus Dracenæ traditus est, vt patet his versibus Homeri, qui sic latinè exponuntur.

Illimis propè fons, illic maculosa dracena
Interijt iaculo Regis magno è Ioue nati,
Pestis, & atra lues mortalibus illa virorum,
Illa fuit pecudum exitium, grauis illa ruina.
Illa aluit captum pulchra à Iunone Typhona
Difficilemq;, grauemq; luem mortalibus ægris.
Hunc irata Ioui patri Iuno edidit olim,

Quod

www.libtool.com.cn

A *Quod fuit illius de vertice nata Minerua.*

Hesiodus autem in Theogonia promulgauit Typhonem, siue Typhoeum Terræ, & Erebi fuisse filium, ne igitur hoc in loco omnia Hesiodi carmina recitemus; illius tantùm breuem sententiam ex Natali Comite exarabimus hunc in modum.

Verùm vbi Titanas Cœlo turbasset ab alto
Iupiter, hinc genuit mox alma Typhœa tellus
Postremum ex Erebo Veneris dulcedine capta.
Huic palmæ ad quæuis miranda negocia duro
Robore erant, promptiq; pedes, centum capita altis
Ex humeris sæui surgebant torua Draconis.
Ora sub hinc linguis lambentia cæca trisulcis.
Igne coruscabant cilys sub lumina tetris.
Deniq; quodq; caput flammam spirabat & ignem.
Omnibus his inerant voces, variumq; sonabant,
B *Horrendumq; dabant gemitum, sepè ore tonabant,*
Numinibus magnis vt sint concurrere visa.
Interdum ingenti tauri mugire boatu,
Interdum gemitum sæui dare visa leonis,
Interdumq; canum latrantum emittere voces.
Rursus & horrendum sonitum ab radicibus imis
Mittebant montes vmbrosi luce sub illa,
Deniq; visa potens nimium foret ista propago:
Atq; viros, Superosq; Deos vicisset, ab alto
Ni pater omnipotens hominum sator, atq; Deorum
Aethere det tonitrus, & fulmina crebra repentè.

Quamobrem ex dictis descriptionem Typhonis licet contemplari. Hic immensæ magnitudinis gigas omnium montium vertici imminebat, capite astra tangebat, altera manus ad orientem, altera ad occidentem extendebatur; ex humeris centum capita
C anguium pendebant; in cruribus maximas Serpentum spiras habebat. Corpus totum plumis tectum erat. Ab oculis fulgor igneus, & ab ore scintillæ dimanabant. Hunc Iupiter, cæteris fugientibus Dijs, apud Hæmū montem fulminè percussit: ideòq; mons ille à copia sanguinis vulnerati monstri effluentis Hæmus denominatus est: nam τὸ αἷμα Græcis sanguis dicitur. Huius autem monstri clariorem descriptionem Natalis Comitum his versibus assignauit. *Lib. 6, myth. cap. 22.*

Anguineis pedibus sublimi vertice Cœlum
Tangebat: corpus plumisq; anguesq; tegebant
Innumeri, plagas Orientis dextera Solis
Cum staret, plagas tangebat læua cadentis.
Huic centum capita expirantia naribus ignem
Ausa Iouem contra, Cœlumq; insurgere contra.
Sed pater omnipotens tonitrus, & fulmina dextra
Dejcit in terras.

D Inter poeticos authores de loco natali Typhonis, & de Percussore, agitari solet controuersia. Etenim circa locum, alij in Libya, alij in Phrygia monstrum educatum fuisse tradunt. Alij tandem in Cilicia, in celeberrima illa spelunca Typhonis nuncupata, vt recitat Homerus.

Εν Αρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

Idest.

Hic vbi sunt Arimi, & cunabula dicta Typhonis.

Circa Percussorem Typhonis, multi non à Ioue, sed ab Apolline Sagittis confossum fuisse arbitrantur: nam scriptum reliquit Strabo Typhonem Serpentem; & non homi- *Lib. 16.*
nem fuisse, qui, dum ad fugam latebras quæritabat, iuxta Orontem fluiuum in Antiochia iaculis ictus fuit: licèt Homerus aliter senserit.

QVI-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

QVIBVS DIIS SACRI.

Caduceus Mercurij cur duobus Serpentibus insignitus.

MYTHOGRAPHI ſcriptis mandarunt Mercurium in Arcadiam itinerantem duos Serpentes acriter inter ſe præliantes offendiſſe, & illicò, interpoſita virga, illos conciliaſſe. quamobrem, ne poſteri tanti miraculi monumentum obliuiſcerentur, Antiquitas virgam duobus Serpentibus coronatam pinxit, & Mercurio cõſecrauit. Herodotus tamen in Euterpe recitat, quòd circa Thebas, Serpentes quidam puſillo corpore, cornibus ſè ſummo vertice natis coronati, & hominibus prorſus innoxij naſcuntur, quos defunctos in Iouis ædibus ſepelire ſolent, quoniam huic Numini ſacratos eſſe arbitrantur. Alij non leuibus ducti rationibus Serpentes Aeſculapio dicatos eſſe exiſtimarunt: quandoquidem, ob arctam Serpentum cum Aeſculapio familiaritatem, non ſolum gentes Epidauri ſedis principalis Aeſculapij, angues ei ſacratos eſſe voluerunt; ſed etiam multis alijs in locis, & potiſſimùm Corinthi, angues in templo Aeſculapij nutriebantur, ad quos nemo audebat accedere, ſed cibaria illis deſtinata quotidie in oſtio templi locabantur. Immò in templo Aeſculapij ſumptuosè ædificato in ciuitate non procul à Corintho, inter alias ſtatuas, quædam ſupra Serpentem ſedens obſeruabatur, quæ apud Pauſaniam mater Arati filij Aeſculapij eſſe ferebatur. Alij Priſcorum, Serpentes Trophonio ſacratos eſſe ſtatuerunt; quòniam, in antro Trophonij tantoperè celebrato, Serpentes Oraculi relatores eſſe crediderunt. Trophonius enim olim inſignis Architectus fuit, qui ſubterraneum Fanum in Lebaida Beotiæ regione fabricefecit, quod poſtmodum ab opifice, Trophonij antrum cognominatum eſt; vbi cum aliquandiù oracula reddidiſſet, atq; tandem fame interiiſſet ferunt genium quemdam antrum hoc ſubiiſſe, atq; ex eo futura prædixiſſe. Qui verò hinc oracula ſciſcitabantur, nudi in aditu ſpecus ſedere ſoliti erant, atq; inde ſtatu quodam ſub terram abripiebantur: geſtabant autem ſecum placentas, quas Serpentibus occurrentibus obijcerent: deinde, accepto oraculo, per alium hiatum in terram reſtituebantur.

Serpentes Aeſculapio dicati.

Trophonij antrũ vbi olim fuerit

APOLOGI.

Serpẽs cur aduenientẽ Vere iuuenẽſcat.

APVD græcos Authores, veluti apud Nicandrum, & Sophoclem legimus hanc fabulam variè tamen recitatam. Ferunt enim, cum Prometheus cæleſtem ignem furatus eſſet, illumq; mortalibus communicaſſet, nullam accepti muneris gratiam ei relatam fuiſſe: propterea Iuppiter id libenter approbans, medicamen ad arcendam ſenectutem hominibus elargiens, aſino vectandum commendauit. Hic in itinere ſiti oppreſſus ad quemdam fontem ab angue cuſtoditum peruenit: neq; alia conditione, ei bibendi facultas ab angue facta fuit, quàm quod vehebat onus Serpenti, mercedis nomine, concederet. Hac de cauſa ſingulis annis angues exuuias deponunt: quemadmodum etiam prolixiori ſermone ſuperius fuit expoſitum. Rurſus Serpens à cuidis hominibus peſſumdatus Iouem adiiſſe traditur, qui reſpondit, ſi primum te conculcantem pupugiſſes, proculdubiò hoc incommodum euitaſſes. Apologus indicat eos, qui primis adorientibus reluctantur, alijs formidoloſos fieri. Huic documento non valdè diſſimilis eſt ſenſus alterius apologi, in quo introducitur anguilla Serpentem interrogans, cur homines potius anguillam, quàm anguem (cum tamen ambo ſint ſimiles) perſequantur. Reſpondiſſe fertur Serpens, quoniam mihi inſidiantes lethali noxa afficere conor. Quare docet Apologus vltores iniuriarum à cæteris minus lædi. Faernus igitur canit hunc in modum.

Anguille, & Serpẽtis apologus.

Vnanimem quondam Serpentem anguilla rogauit,
Cur anguillarum generi omnia plena periclis,
Plena dolis hominum, atq; inimicis fraudibus eſſent:
At tu, inquit, mihi conſimilis, cum penè gemellus

Cætera

www.libtool.com.cn

A *Cætera sis, nullis obnoxius insidijs es,*
Securosq; dies pacati transigis ævi.
Cui Serpens nimirum, inquit, quia qui mea turbat
Otia, & infestam mihi vim temerarius affert,
Non impunè refert, nec inulta iniuria restat.

Huius veritatis periculum olim feciſſe Coruus dicitur, qui fame ſtimulatus, Serpentem in aprico dormientem loco rapuit; à quo ſtatim lethali percuſſus ictu interiturus hæc poſtrema verba protulit. Vtinam ſimile lucrum non inueniſſem. Hic apologus proferri ſolet de illis, qui, ob theſauri inuentionem, ſalute periclitantur. Amplius Serpens in veſtibulo cuiuſdam agricolæ, tanquam in loco dudum ſibi familiari delitеſcens, incautè filium agricolæ ictu peremit. Quamobrem ruſticus ira incenſus, accepta ſecuri, animo anguis interficiendi, illius fugientis caudam truncauit. At multos poſt menſes, agricola ratus Serpentem illatæ iniuriæ non amplius meminiſſe, vt antiqua erat conſuetudo, cibum denuò in latibuli orificio angui appoſuit. Tunc Serpens hæc ver-
B ba protuliſſe fertur. nunquam poſthàc tecum mihi noua intercedet neceſſitudo: ſiquidem meus conſpectus mortem filij in memoriam reuocabit tuam; & ego caudam mutilatam intuens nonniſi fucatam tecum inire potero amicitiam. Apologus monet graui laceſſitum iniuria, extante contumeliarum monumento, obliuionis locum non inuenire. Vel denotare poteſt vehementes inimicitias nonniſi ſumma cum difficultate conciliari poſſe. Iuxta illud.

Corui, & Serpentis apologus.

Serpentis & agricolæ apologus.

Qui primò nocuit, vult poſſe nocere ſecundò;
Quæ dedit inſidus mella, venena pnio.

Inſuper quidam anguis ſecùs angulum ruſticanæ domus ſtabulans, ſæuiente bruma, lethali oppreſſus frigore ruſticum caſæ dominum deprecatus eſt, vt ſibi, in impendente mortis periculo præſto eſſet. Ruſticus Serpentinis motus precibus, illum ad ignem introduxit. Anguis igneo refocillatus calore, viribuſq; recuperatis, totam perluſtrans domum, omnes habitantes venenauit. Hoc apologo docemur homines barbaros, & inhumanos beneficia in ſe collata non remetiri. id autem explicatur his verſibus.

Anguis, & ruſtici apologus.

C *Dum niue canet humus, glacies dum ſopit aquarum*
Curſus, in colubrum turbida ſæuit hyems.
Hunc videt, hunc hominis refouet clementia ventum
Temperat huic tecto, temperat igne gelu.
Ore ferit virus coluber, ſic toxicat eadem;
Hoſpes ait Colubro, non rediturus ibi.
Non exit coluber, nec vult exire, ſed hæret,
Amplectenſq; virum ſibila dira mouet.
Reddere gaudet homo nequam pro melle venenum,
Pro fructu panam, pro pietate dolum.

Apologus autem de cancro, & Serpente, in quo homines, doliſ, amicos adeuntes lædi traduntur, in hiſtoria Cruſtaceorum recitatus fuit.

Lib. 2. cap. de Cancris.

D

MYSTICA; ET ALLEGORICA.

AENEVS Serpens à Moyſe in Deſerto exaltatus, vt habetur in ſacris litteris, qui non erat verus Serpens, ſed ad ſimilitudinem Serpentis fabrefactus, quem intuentes ab ictibus Serpentum ſanabantur, myſticè ſignificauit Chriſtum verum animarum noſtrarum Aeſculapium, & humanæ ſalutis vindicem. Hic ſub figura Serpentis cunctas hominum affectiones, & vulnera ſanauit, & tandem in cruce pendens, omnes noxas, & crimina expiauit. Etenim ænea illius Serpentis materia propter duritiem (vt contemplatur D. Hieronymus) crucis Chriſti monumentum nunquam antiquandum eſſe indicabat: deinde ob æris ſonum, doctrinam Chriſti non ſolum in Iudeos, ſed etiam in Ethnicos fore propagandam. Præterea in Reuelationibus Sanctæ Brigidæ legitur, quod Virgo myſticè deſignabatur per arcam, in qua virga, manna, & tabulæ legis ſcri-

In Num. c. 20

In Ezechiel.

Li. 1. c. 52.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ſeruabantur: nam virga primò mutata eſt in Serpentem, ſecundò per eam diuiſum eſt E
mare, tertiò ex lapide educta eſt aqua. Chriſtus myſtica fuit virga iacens in vtero Virginis, & ex illa humanitatem accipiens: deinde tanquam Serpens Moyſi, ita Chriſtus inimicis ſuis horribilis eſt, cum ab eius aſpectu, tanquam à facie Serpentis abhorreant: cum tamen Chriſtus omni malitiæ veneno careat, & omnibus criminoſis eius miſericordiam implorantibus, diuinam præſtet opem. Myſticus etiam Serpens Chriſtus in ſe-
Li.5.c.13. pulcro fuiſſe perhibetur: quandoquidem Deus pater, in Reuelationibus Sanctæ Brigidæ, proponit quinq; loca, ad quæ accedentes, ſemota omni ſuperbia, & caritate feruentes, quintuplicem fructum adipiſci poſſunt; quinto loco collocabatur Serpens, qui iacuit, & non iacuit; Hic autem locus, Chriſti ſepulcrum exponitur, in quo quaſi Serpens abiectus, nimirum eius humanitas iacuit: quamuis ſecundùm diuinitatem vbiq; fuerit. Item Serpens admirandam Chriſti reſurrectionem myſticè demonſtrat, vt
In ſyl. Allegor. innuit Lauretus, ſiquidem illam Serpentis in virgã tranſmutationem, rurſuſq; virgæ in
In pſal. 73. Serpentem, Remigius myſticam, poſt obitum Chriſti, reſurrectionem, & aſcenſionem interpretatur. Immò ille Serpens, qui in ſacris paginis, calcaneo mulieris inſidiaturus, & à
F
Cap. 29. ſemine eiuſdem mulieris conculcandus tradebatur, Diaboli imperium à Chriſto Ser-
Cap. 3. pente myſtico ſuperandum fore ſignificabat. Tandem Coluber in via, qui legitur in Geneſi, Chriſtus in die nouiſſimo exponitur, qui improbos in nequitia ſua comprehendet. Quid plura? Chriſtus ipſe apud Ioannem ſe myſticum eſſe Serpentem fatetur his verbis. *Sicut Moyſes exaltauit Serpentem in Deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Hoc in loco multi ambigunt, an virtus ſanandi, quæ ab æneo Serpente in Deſerto erecto à Moyſe dimanabat, procederet à fortitudine æris, an à ſpecie Serpentis, an à probitate Moyſis. Hanc
Li.4.c.61. difficultatem diſſoluit Dæmon, iubente Chriſto, vt legitur in Reuelationibus Sanctæ Brigidæ. Hæc autem ſunt verba. *Hæc virtus ſanatiua à nullo erat, niſi à propria, & ſola*
Cuius vi Serpens Gneus ſanaret ſaucios à Serpentibus. *virtute Dei, & fide populi credentis, & obedientis, qui ſic firmiter credidit Deo, quòd Deus, qui de nihilo fecit omnia, poſſet facere, quæ non erant prius. Iterùm dixit Deus. Dicito Dæmon, quando virga facta eſt Serpens, vtrum id factum ſit præcipiente Moyſe, an iubente Deo? an quia Moyſes Sanctus fuerit, an quia verbum Dei ſic dixit. Cui Dæmon, quid,* G
inquit, erat Moyſes, niſi homo infirmus, ſed iuſtus, & Deo obediens, ad cuius verbum, quod protulit Deus, virga facta eſt Serpens, Deo iubente, & Moyſe tanquam miniſtro obſequente: nam ante præceptum, & verbum Dei, virga erat virga; præcipiente autem Deo, virga facta eſt Serpens; itaut Moyſes formidaret.

Præter hæc, caput Serpentis myſticè fidem noſtram ſignificare ſolet. Nam, quando
Cap. 10. Homil. 34. in Matth. legitur apud Mattheum. *Eſtote prudentes ſicuti Serpentes.* D. Io. Chryſoſtomus monet, quòd hoc in loco Chriſtus, ad imitationem prudentiæ Serpentinæ, nos cohortatur: namq; Serpens, qui in manus venatorum inciderit, ad cruorem ſaucius, capite tamen ſeruato, vulnera nihili pendet: ita etiam Chriſticolæ, omnibus pereuntibus, præter caput, nempè fidem, lætari debent. Hoc tot Sancti Martyres præſtiterunt, dum varijs conſauciati modis caput, nempè Chriſtum Dominum, & fidem ad interitum vſq; confeſſi ſunt. Idq; meritò; nam hæc leguntur in Actis Apoſtolorum. *Mori paratus ſum pro*
Cap. 20. & 21. *Chriſto, nec facio animam pretioſorem, quàm me.* Quamobrem à capite nimirum à fide, impendentibus etiam mille periculis, plagis tyrannorum, & cruciatibus impiorum, non eſt recedendum. Quamuis hoc aſſertum alio etiam modo eſſet illuſtran- H
dum, ſi dixerimus ſeruanda eſſe capita, nimirùm authores: non enim Dominos, & Principes, illecebris, & vanis commentis fallere debemus. At De coniungenda prudentia Serpentis cum ſimplicitate columbina, videndus eſt Nazianzenus in Oratione,
Serpentis prudentia, & ſimplicitas Colũbina. quam in funere patris ſui, præſente Baſilio, habuit; Vbi leguntur hæc verba. *Nam cum Serpentis ad malum prudentiam cum ſimplicitate Columbæ ad bonum coniunxiſſet ita ſe comparauit, vt nec prudentiam in verſutam improbitatem, nec ſimplicitatem in ſtoliditatem degenerare ſineret, verùm ex ambabus, quoad fieri poterat, vnam virtutis ſpeciem effecit.*

Diabolus dicitur Serpens. Ex altera parte Diabolus Serpens myſticus fuiſſe demonſtratur, quippequi genus humanum veneno idolatriæ labefactauerit, dum primis parentibus perſuaſit, vt vetitum comederent pomum, his verbis. *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum.* D. Am-
In lib. de Parad. c. 13. broſius hæc verba meditans, Serpentem idolatriæ fuiſſe authorem protulit, dum is

audaci

www.libtool.com.cn

Audaci illecebra plures Deos introducere conatus est. Serpentes etiam, quos deuorauit Serpens Moysis mysticè exponuntur Dæmones, qui à Christo fuerunt superati. Præterquamquòd habemus in Apocalypsi hæc verba: *Væ terræ, & marí, quia descendit Diabolus ad vos, & sciens, quòd modicum tempus habet, & postquam vidit Serpens, vel Draco, quòd proiectus esset in terram, persecutus est mulierem.* Quamuis autem in sacris Bibliis Diabolus Serpens dicatur, tamen hac figura insignitum esse non est credendum, sed tali decoratur nomine, ob verborum imposturam, qua humanum genus decipere nititur. Propterea inimicitiæ inter semen mulieris, & semen Serpentis mysticè significat Dæmones hominum castitati semper insidiantes. In maiorem huius asserti confirmationem: quando legitur in Deuteronomio. *Et ductor tuus fuit in solitudine magna, atq; terribili, in qua erat Serpens:* Lauretus hunc Serpentem, in sylua allegoriarum, Diabolum interpretatur. Immò in Reuelationibus S. Brigidæ, Diabolus per Serpentem, & Leonem designatur: nam Christus sponsam formidatem alloquens dicebat. *Sed quis est Leo, vel Serpens, nisi Diabolus; Leo propter malitiam, Serpens propter astutiam.* Tandem omnes Dæmones Serpentes tortuosi meritò appellantur, cum semper à recto veritatis tramite deflectant. Cap. 12. Cap. 8. Li. 4. c. 14.

Amplius hominum crimina mystici Serpentes nuncupantur, tùm quia humanum genus assiduè depascuntur, tum quia mortales multifariam venenant. Quapropter in Reuelationibus S. Brigidæ ad rem, visio quædã horrifica hominis, & mulieris narratur: mulier enim nõ solũ vepribus pro crinibus exornata erat, auribus mutilatis, & naribus faniem stillantibus, sed etiam labia tãquam dentes Serpentis, & lingua tanquam venenatus aculeus illi inerant. Hæc fuit Sanctæ visio, quæ ab Angelo explicata fuit hunc in modum. *Labia verò illius sicut dentes Serpentis videbantur, & in lingua venenosus aculeus; nam dum Serpens dentes magna vi stringit, ne ab aliquo aculeus frangatur; tunc squallor de ore eius effluit in dentes. Similiter, & mulier claudit labia in confessione, ne frangatur delectatio peccati, quæ est animæ aculeus venenatus; squallor tamen peccati euidens est coram Deo, & Sanctis eius.* Paulò inferius, homo criminosus per allegoriam vocatur vas fictile, quod, fracta testa, nihil nisi lutum, in cuius medio iaceat Serpens, effundit: cum tamen melle suauissimo refertũ esse deberet. Hæc igitur testa assimilanda est cordi peccantis, quod in obitu disruptum plenum mundanis deliciis lutum repræsentantibus inuenitur. Serpens autem est anima criminosa, quæ meridiano iubare lucidior esse deberet, & tamen atro suffusa criminum veneno horrificus Serpens euasit, qui postmodum nemini, nisi sibimetipsi ad perditionem nocet. Quamobrem nõ debemus admirari doctrinam Philonis, si dixerit in libro de Opificio Mũdi, Serpentem primos parentes decipientem per allegoriam, voluptatem à multis dilectam exponi posse, ad quam homines tanquam sibimet ipsis familiarem properare solent. Idem Philo, in hoc intellectu, alibi scriptum reliquit Serpentem super ventrem gradientem denotare voluptatem ventri dominari: etenim à ventre voluptates omnes sensibiles, & affectiones libidinosæ dimanant. Nostram stabilire videtur sententiam Gregorius Nissenus scribens, Serpentes mordentes populum in Deserto, quorum morsibus Iudæi interibant, corporeas cupiditates indicare: ideoq; si pro eorum salute Serpens æneus in ligno erectus inspiciendus erat, simili ratione homines terrenis inuoluti cupiditatibus, ad euitandam animæ perditionem, passionem Domini nostri contemplari debent. Tandem hanc voluptatis, & Serpentis allegoriam Lauretus magis illustrat, dum inquit. Si Serpens pedibus carens pronus ventri nititur, terra vescitur, & venenum circa dentes gestat: homo quoq; omne voluptatum genus amplectens, criminibus grauatus egrè caput detollit, terrenis, & non cælestibus vescitur cibis, nec non circa dentes virus gestare dicitur, quoniam horum alimentorum congestio læthifera est. Insuper hypocritæ, & homines fallaces Serpentem quoq; allegoria demonstrantur: nam, quando Psalmographus inquit. *Furor illis secundum similitudinem Serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.* Multi expositores per Serpentes hypocritas, & fraudulentos homines intelligunt, qui cæteros à fide, & à via veritatis deflectere cogunt. Quamuis alij, per Serpentes, hoc in loco intellexerint Iudæos Christum interimentes, qui reuera tot angues venenum malitiæ effundentes visi sunt. Hoc autem à veritate alienum non esse statuimus: cum legantur in Reuelationibus Sanctæ Brigidæ hæc verba Christi ad Sponsam Dei: nimirum hypocritam, & hominem fallacem bra-

Peccata Serpentes vocantur. Li. 4. c. 52.

Lib. cit. cap 107.

Lib. 2. Allegor.

In vit. Moysis.

In fil. Allegor.

Psal. 57.

Li. 1. c. 23.

chia

www.libtool.com.cn

chia in modum Serpentis habere: ideoq; tanquam Serpens ea retorquet in circulum E
vt malitiam, iniquitatem, & astutiam occultet, ne quis huiusmodi vitia deprehendere possit. Præterea Lauretus Serpentem, typum etiam mortis esse constituit: propterea quòd per Serpentem mors hominibus illata sit. Vnde D. Augustinus verba faciens de plagis Aegypti, à Serpente tempus huius mortalitatis denotari docuit: cum mors olim à Serpente originem duxerit. Alioquin Serpentes dicuntur designare res imperscrutabiles: cum in sacris litteris hæc legantur. *Tria hæc excellentia sunt, & supra captum meum, & quartum penitus ignoro. Via aquilæ in aere, via Serpentis supra petram, iter nauis in pelago, & via viri cum adolescentula.* Deniq; vt annotauit Paulus Scaliger, Serpentes scientiarum authores per allegoriam, genium hominis indicant: nam scientiæ non affatim, sed potiùs serpendo, nimirum tractu temporis hauriuntur, & perficiuntur.

In Syl. Allegor. Serm. 2.

Prouerb. 30.

L. 2. de rer. caus. cap. 7.

MORALIA.

VNCTIS rerum naturalium inuestigatoribus exploratum est pinguedinem Serpentis aquatici aduersus morsum crocodilorum valere. Quare debemus contemplari aquaticum Serpentem Christum, qui in vnda pietatis, & calamitatum nutritus fuit; propterea eius pinguedo, nempè eius passionis meditatio morsus crocodili, nimirum tentamenta Diaboli profligat, atq; expugnat. Id autem à viris iustis præstari manifestum est, qui Herculem adhuc infantem, Serpentesq; strangulantem imitati, à teneris vnguiculis, omne voluptatum genus aspernari assueuerunt. Item cum cauda Serpentis perseuerantiam significans abscisa denuò crescat: similiter perseuerantia, si ob commissum crimen fundatur, per virtutem rursus crescere dicitur, dum homo pœnitentia ductus ad Deum reuertitur.

Voluptatũ cõtemptus.

Iterum viri iusti Serpentes appellandi sunt, quoniam, more Serpentum, antiquas & pernitiosas omittendo consuetudines, veterem pellem deponunt. Vel etiam, ritu anguium, renouari dicuntur, dum molestitatis spolium exuentes, ad vitam sine carentem perueniunt. Amplius Serpentes antiqua grauati cute, & frigore oppressi ad cauernam se conferunt, vbi diù ieiunare dicuntur, & tandem per angustum petræ foramen transeuntes vetustam exuunt tunicam, & pristinæ iuuentuti restituuntur. Pari ratione viri iusti, & prudentes frigore diuini timoris algentes, ad cauernam diuinarum meditationum confugiunt, vbi abstinentia affliguntur, quos tamen extrema inopia nunquam interimit. Iuxta illud Prouerbiorum. *Non affliget Dominus fame animam iusti.* Vnde tandem diuturno macerati ieiunio, per angustam viam ad regnum cælestè transeunt. Idcirco ad rem, Sanctus Petrus Damianus nos ad ieiunium quadragenarium hortans, argumento à Serpentibus deducto nos iuuenescere posse attestatur his verbis. *Vis ad Serpentis exemplum nouus fieri, & languentis animæ senectutem in pubescentis adolescentiæ reflorere decorem? ieiuna cum Serpente per circulum quadragenarij temporis: ideò à carnalibus desiderijs tempera per omnem huius vitæ decursum, eternum ipse Serpens, quanta sit ieiunij virtus, ostendit, qui mox vt spretum ieiunij hominis cibum, protinus interemptus expirat. Non ergo ferue Dei, te pigeat ieiunare, vt imitatur ille, qui te cibo turgidum nititur deglutire, & absorbere.*

Viri iusti vt Serpentes renouantur.

Cap. 10.

Opusc. 52. cap. 22.

Si Serpentem hactenus ad viros iustos comparauimus: liceat vicissim, per Serpentem, Diabolum intelligere; quod præstat Sanazarius, dum infantem Iesum, sub persona pastorum, veneratur. Etenim quæ de Serpente recitauit Virgilius in Eclogis, detulit ad antiquum Serpentem, nempè Diabolum, qui nos in hoc ærumnarum pelagus, primis parentibus in Paradiso delusis, præcipitauit. Canit igitur hunc in modum.

Occidet, & Serpens miseros quæ prima parentes
Eluſit, portentificis imbuta venenis.

Eclog. 4.

Deinde si omnes Serpentum proprietates ponderemus, has in Diabolo omnes elucescere comperiemus. Primùs si loca deserta anguis colit, Diabolus Desertum eximinum frequentat, si percussus ab angue, ob qualitatem veneni fit penè insensibilis, ita diabolicis tentamentis oppressus, & veneno cupiditatum afflictatus adeò sensibus peiuatur,

www.libtool.com.cn

A natur, vt quanta sit peccati ægritudo, minimè noscat. Si anguis inuenitur adeò venenosus, vt mordens equi vngulam, & equum, & equitantem interimat: Diabolus morsu peccati quandoq; solum pedem, nempè solam affectionem cõprehendit, & paulò post equum, & equitantem, scilicet corpus, & animam interficit. Si tempore hyemali anguis ob sopitam virtutem minus nocet: Diabolus etiam hyeme calamitatum minus homines affligit; cum frigus timoris Dei diabolicas vires eneruet. Si os Serpentis acutissimis dentibus est armatum, Diabolus quoq; pro dentibus, tot peccantibus vtitur, quibus interdum innocentes lædit, atq; lacerat. Item Diabolus gressum Serpentis imitatur: nam Serpens absq; vllo strepitu incedit: idem præstare Diabolus dicitur apud D. Ambrosium; dum occulta Dæmonum infestatio veluti latronum multitudo nos identidem opprimat. Deinde occultis accessibus, sub specie pacis nos fallit; etenim transfigurans se in Angelum lucis, noctem pro die, venenum pro antidoto, & antichristum sub vocabulo Christi ostentat. Immò quemadmodum sunt nonnulli Serpentes in motu segnes, similis conditionis sunt Dæmones, qui ad negligentiã, & pigri-
B tiam homines hortantur: & si alij Serpentes tanta velocitate mouentur, vt volare videantur; tales dicuntur esse Dæmones, qui ad iracundiam, & rixas homines stimulant. Tandem si dantur angues armentorum gregem persequentes, quoniam lacte delectentur: tales sunt Dæmones, qui clanculum ad crapulam mortales ducunt. Rursus Serpens oditrutam, & à mustela pabulo rutæ munita abhorret: Diabolus rutam amaræ pœnitentiæ, nec non viros iustos in vnda huius amaroris versantes abominatur. Iuxta illud Iob. *Resistite Diabolo, & fugiet a vobis.* Aut iuxta illud Lucæ. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Iterum Serpens Cerum fugit, & Leonem interimit: Diabolus Cervos, idest homines simplices, & perfectos odio habet, Leones verò, nempè superbia tumidos interficit. Amplius Serpens hominem nudum non adoriri traditur: Diabolus vestibus affectuum denudatum, & diuitijs priuatum non aggreditur. Tandem si in Iadia, ex Plinio, tam grandes Serpentes diuagantur, vt Cervos, & tauros degulutire possint: tales dicuntur esse maximi Dæmones, & præcipuè Lucifer (cum non
C sit potestas supra terram, quæ comparetur ei) qui cervos nempè veloces ad Dei obsequium, & tauros, nimirum fortes, & perseuerantes in pœnitentia, tentamentis inuaduñt, delectationibus lædunt, consensu, & operationibus occidunt, & deuorant, quos postmodum in cloacam inferiorem egerunt. Demùm Serpens si necetur, non continuò reliquæ partes vnà cum capite mori videntur; sed truncato capite, aliæ partes per aliquot temporis spatium motu vitali fruuntur. Idem accidisse Diabolo considerandum est: etenim, qui illius multiplex caput sustulit, cæteras partes neglexit, vt interfecti Serpentis motum posteris, ad occasionem exercitationis, relinqueret. Nam memoria Serpentis semper debet in mentem reuocare, in quam foueam vetus Serpens humanum genus duxerit: quamquam nõ ipse Serpens animal irrationale homines læserit, sed in illo locutus est Diabolus, veluti in asino Balaam Angelus; vt D. Augustinus in Genesi ad litteram exposuit. Diabolus enim fuit, qui suasione sua, hominem ad casum incitauit: vnde illi Serpentis, & Draconis nomen inditum est; vt in psalmo nonagesimo legitur. *Conculcabis Leonem, & Draconem.* Hic autem perpendendum
D est, æquè graue esse quempiam ad crimina impellere, non secus ac si ipse deliquisset: propterea grauior fuit pœna Serpentis, quàm Euæ. Rursusq; grauior pœna Euæ, quàm Adami: quoniam Eua Adamum, & Euam Serpens deceperit. Hinc Manichæi hac ratione moti bruta quoq; ratione, & intellectu prædita esse existimarunt, cum Deus Serpentem etiam supplicio afficerit. Hoc autem ex sacris litteris alienum esse à veritate colligimus: siquidem Psalmographus inquit. *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.* Et quamuis Serpens supplicio affectus fuerit, nihil est, quod impediat, quin eadem ratio in plantis etiam valeat: quandoquidem dixit Dominus in Euangelio. Arbor fructus non producens excidatur, & in ignem proijciatur. Cæterùm Serpentem pœnis affecit Deus, quemadmodum pater vnicum diligens filium, qui non solum homicidæ supplicium iniũgi curat, sed etiam cædis instrumentũ confringit.

Si animum ad peccatum, & peccantes conuertamus; proculdubiò anguis, & peccato, & peccanti assimilatur: nam primò, ex doctrina Ecclesiastici habemus peccatum tanquam vulnus fugiendum esse; quoniam semper ad læsionem paratum est. Præterea proprietates huius animalis, peccantium, & Serpentium similitudinem docent:

Diabolus ad Serpentem comparatur.

Cap. 4.
Cap. 13.

Maximi dæmones.

Lib. 11. cap. 19.

Manichæorum error.

Psalm. 31.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Serpentum, & peccatiũ similitudo.

etenim si angues, ratione habitationis, inter se discrepant, dum alij in cauernis, alij in E
aquis, & alij in syluis versantur: pariter peccantium alij loca subterranea colunt, vt
Auari, alij in aquis deliciarum natant, vt libidinosi, alij tandem per sylnas honorum, &
dignitatum diuagantur, vt superbi: nam omne quod est in Mundo, aut est concupiscen-
tia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Deinde Serpens natura-
liter est frigidus: item criminosus ob impietatem alget: Tempore congressus, ex Pli-
nio, angues ita copulantur, vt vnum corpus duo capita repræsentare videatur: ita vici
improbi tunc arctè iunguntur, quando aliquem lædere cupiunt. Serpentes gradien-
Cap. 41. do vestigium viscido humore in via imprimunt: criminosi quoq; quacunq; proficis-
cuntur, vestigium mali exempli semper relinquunt. Iuxta illud Iob. *Post eum lucebit semita.* Item Serpens percussus, & potissimum circa caput adeò debilitatur, vt vix ali-
quem motum peragere queat: pari ratione homo lethali crimine affectus, in peragen-
do motu bonorum operum admodum infirmus redditur, & potissimum si circa caput,
Prouerb. 22. nimirum si circa iuuentutem læsus fuerit. Iuxta illud Prouerbiorum. *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea:* Serpens etiam hominis ventrem ingre- F
diens, inde non nisi oblato lacte egreditur: homo quoq; criminibus obnoxius, corpusq;
Diaboli ingressus, inde non nisi lacte diuinæ misericordiæ extrahi potest. Tandem si
angues vocantur, quia anguloſi, Serpentes, quia serpant, colubri, quia colant vmbras;
criminosi homines anguloſi nuncupari possunt propter fallacias, quibus in peragendis
negocijs vtuntur: nam in angulis minus est lucis, & maior copia sordium; sic prædicti
homines luce veritatis carent, quia veritas angulos non colit. Serpunt quoque, quo-
Cap. 3. niam terrenas voluptates diligunt. Iuxta illud Geneſis. Terram comedes, nempè mun-
danis, & terrenis rebus tantùm delectaberis. Colubri quoq; à colendis vmbris, & lo-
cis tenebrosis cognominantur: quâdoquidem illicita negocia in locis abditis peragũt.
Iuxta illud. *Qui male operatur, odit lucem.* Ad finem peccantes debent etiam aliquas
Serpentum proprietates imitari, & præcipuè quando, aduentante Vere, vsu fœniculi pri-
stinam videndi facultatem in cauernis ferè amissam adipiscuntur: peccantes capitali
crimine grauati, cauernam mundanæ prosperitatis incolentes visionem Dei amittunt:
ideòq; tempore Veris, nimirum tempore gratiæ, inde egredi debent, & ad illustrandam G
visus obscuritatem, nempè ignorantiam intellectus, fœniculo, scilicet lectione sacra-
rum litterarum, & pœnitentia vti debent. Rursus interest criminosi hominis imitari
naturam illius Serpentis, qui accedens ad fontem, antequam deguſtet aquam, vene-
num euomit: homo quoq; amaritudinem iracundiæ virus euomere debet, & remittere con-
seruo suo centum denarios, vt sibi decem millia remittantur. Quamobrem D. Augu-
stinus ad Iulianum Comitem de perfecta iustitia scribens, pronunciabat hæc verba: sic
quemadmodum quoddam Serpentis genus, priusquam ad fontem accedat, virus de-
ponit: ita christicola, quando ad fundendas Deo preces accedit, omnem iracundiam,
& odium deponere debet: nam prauæ cogitationes tot Serpentes esse feruntur. Siqui-
dem veluti exiguus Serpentis ictus non est contemnendus, ne occultum virus per to-
tum corpus disseminetur: assimiliter peccantes prauis cogitationibus diù hærere non
debent, ne earum venenum clanculum cordibus nostris communicetur.

Hucusq; de criminosis in genere. Modò ad particulares peccantes properandum est, H
inter quos primum locum sibi vendicare videntur, qui fulgore suæ fortunæ insolenter
gloriantur. Vnde si in rerum natura talis reperitur Serpens, cuius venenum per ictum
pedi communicatum, semper sursum tendit, donec locum occupauerit corpus; hu-
iusq; proprium esse remedium perhibetur, patientem per pedem suspendere, ne vi-
Superbi an guibus si- milis. rus ascendere possit. Hic Serpens dicitur esse homo laudato pauone superbior, cuius
venenum ascendit, dum ita superbit, vt neglecto hominum fœtu, Deorum partum si-
bi arroget. Id autem stultitiæ genus esse perhibetur; iuxta illud.

Effecit & fatuos pomposa superbia plures.

Huius autem ægritudinis nullum aliud præsidium inuenitur, nisi pes, nempè finis hu-
manæ vitæ in mente suspendatur, ita vt mortis contemplatio prædictum virus oppri-
Lib. 6. cap. 32. mat. Nec immeritò, quoniam in Reuelationibus Sanctæ Brigidæ, Christus homi-
nes fastuosos, & arrogantes ad angues filios suos nutrientes comparat. Siquidem
Serpentini parentes filios nonnisi venenatos procreare possunt; mater autem, qui non
ret vberibus, filium fouet, adeo vt terram fugere cogatur, cum ad morum istibus si-
mulat,

www.libtool.com.cn

A mulat, ad radios solares ducit, & mollia mordere docet, vt dura tandem mordicus apprehendere assuescat his verbis. *Est enim sicut natus Serpentinus, quia de patre Serpentino, & femella Serpentina ortus est. Nam isti ambo conuenerunt cum pessimo veneno, id est superbia, quæ magis nocet animæ, quàm corpori venenum materiale. Ideò cum omni superbia, contempto timore meo, conuenerunt isti parentes, & de venenato genere venenatum generarunt Serpentem, in quorum semen, quia misericors sum, & iustitia sic exigit, dedi animā de diuinitate mea creatam. Verùm quia mater nō habet vbera diuinæ dilectionis, quibus natum suum alat: ideò calefecit eum sub se, id est nutrit eum ad amorem mundi, & cum excellentioribus educat eum, desiderans toto affectu, quomodo reptare posset cum Magnatibus; & incitans eum sic loquitur. Si haberes illud dominium, & principatum, posses esse consimilis parenti, & talis honor decet te, & pro tali honore laborare tenetis. Talibus igitur verbis natus Serpentinus instructus à matre incipit terrena desiderando comedere, & comedendo magis æstuare.* Deinde se se offerunt illi peccantes Serpentibus etiam similes, quos dira diuitiarū fames occupauit: nam Clemens Alexandrinus Auarum cognomi- *Lib. 4. stro-*
B nauit asinum insolentem, lupum efferatum, & Serpentem, qui verborum impostura, *mat.*
omnes venenare conatur. Immò si caro Serpentis, ob frigiditatem, leprosis exhibita, morbum statim occultat: Auari pietate carentes frigidi sunt, & lepram, nempè propria crimina, & vitia abscondunt, dum in locis abditis nefarios celebrant contractus: rectiùs imitantur naturam illius Serpentis, qui primò animalia spiris complectitur, antequam ictibus illa faucier, atq; enecet: quandoquidem fæneratores primùm spiris obligationum ligant homines, deinde eos mordendo interimunt, dum totam eorum substantiam absorbent: iuxta vulgata carmina. *Auari Serpentibus assimilātur.*

Hi sunt, qui spoliant inopes: hi fenora iactant.
Vendunt, rursus emunt, rapiunt sed mercè dolosa.

Præterquamquòd ipsum fœnus, ritu Serpentis mordet, atq; inficit. Id totum præclarè describit D. Ioannes Chrysostomus exemplo Serpentis, qui ictu patientem soporat: *Homil. 12.*
nam idem vsuram præstare asseuerat. At Rabi Salomon ex Hæbreis ita vertit. *Vsura* *in Matth.*
se habet instar morsus Serpentis, qui mordet, & vulnus parum facit in pede alicuius, ita ut
C *non sentiat, mox autem serpit, & diffundit se venenum, donec perueniat ad verticem eius. Sic quoq; incrementum vsuræ se habet, non enim sentitur, neq; cognoscitur, donec ita augeatur, vt totam substantiam alicuius exhauriat.* Amplius Serpentis quædam natura est, cuius venenum homines sitibundos efficit, & ad extinguendum hoc virus nullum præsidium præstantius, quàm simum bubulum inueniri potest: huiusmodi Serpens est auaritia, quæ inexplebilem auri auiditatem, & sitim inducit. Iuxta illud.

Feruet auaritia miseraq; cupidine pectus,
Et cum possideant plurima, plura petunt.

Quoniam aliquando ita excreuit auri habendi cupiditas, vt suis non contenta finibus, aliena moliatur inuadere. Fimus autem bouis nimirum meditatio conditionis humanæ, & frequens mortis contemplatio, huius veneni remedium singulare esse traditur. Scribebat enim D. Hieronymus. Facilè contemnit omnia, qui semper cogitat se moriturum; cum tamen diuitijs se victuros semper esse putent, iuxta illud vulgatum distichon.

D *Victuros semper, dum viuimus, esse putamus.*
Victurum stadio semper athleta putat.

Quare Clemens Alexandrinus non iniuria scriptum reliquit diuitias illi Serpenti esse *Li. 3. Pedag.*
similes, qui manu perita apprehēsus illam sine noxa circumplicat: sic diuitiæ ab imperito pertractatæ adhærent manibus, atq; mordent, sin cautè pertractentur, manus illæsæ remanebunt.

Prædictis proximi sunt luxuriosi, quos horaria, breuisq; voluptas æternis damnat cruciatibus: hi nāq; Serpentibus in aqua natantibus assimilātur: etenim, sicut illi aquas inficere soleant; ita feruientes libidini in aquis societatis hominū versantes (nam aquæ multæ, populi multi, vt legitur in sacris Biblijs) omnes inquinant, atq; corrumpunt. Quocirca, per Serpentes, Ambrosius, Athanasius, & alij mūdanas delectationes intellexerunt. Ideò Prisci, qui Herculem virtutū omnium tam animi, quàm corporis coryphæū constituerunt, illū angues in cunabulis elisisse scripserunt, vt homines ad præclara negocia natos monerent, ab iueunte etiam ætate voluptatem extinguendam fore. *Libidinosi sunt similes Serpentibus. In Apoc. c. 17.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Sed vtinam hæc homines etiam ſeneſcentes in exitium non traheret: nam quamuis ob E
frigidam, & imbecillam ætatem, illis inſtrumenta explicandæ nequitiæ deſint; animus
L. 5. Epiſt. tamen turpiter, & infæliciter voluptatem conſectatur: ideòq; hos Serpentibus, vrgente bruma, torpidis apprimè poterimus aſſimilare; vt doctiſſimus anima duertit Seneca: tunc enim Serpentes etiam peſtiferi turò contrectantur, non quia deſint illis venena, ſed quia torpeant.

Item ſunt Serpentes, ob varietatem colorum, pulchritudinæ ita conſpicui, vt in ſui admirationem prætereuntes alliciant, allectoſq; intuitu venenent. tales ſunt mærerices, quæ in propatulo, decora, & ſpectabili facie, homines libidini deditos prauis deſiderijs coercent, & tandem conſenſu, & operationibus perimunt. Hinc quidam Poeta de fœmina corpori nimis ſtudenti ſic canebat.

Mæretrick, & Serpentum comparatio.

Dum nimis indulges formæ, qui te videt, audi
Quid dicat, ſcortum hoc venàere membra cupit.

Proverb. 23. Legitur enim in ſacris litteris. *Inſidiatur in vijs quaſi latro, & quos incautos viderit interficiet.* Immò publicum ſcortum faciem virgineam, more Serpentis. Enam decipientis, habere dicitur: cum reliquum corpus in lubricum Serpentem degeneret. Sed hoc F
Loco cit. mirum non videatur, iuxta illud Prouerbiorum. *Ingreditur blandè, nouiſſimè autem mordebit vt Coluber.* Praua enim mulier, benigna facie, ab initio hominibus blanditur.
Proverb. 5. Iuxta illud. *Fauus deſtillat labia mæretricis.* Tractu verò temporis, homines, eorumq; ſubſtantiam deuorat. Iuxta vulgatum carmen.

Et mæretrix fallax, ingluuioſa, procax.

Neq; de hoc grauis admiratio animum noſtrum inuadere debet: cum Ouidius in libris Amorum ſic canat.

Diuitijs alitur luxurioſus amor.

Homicidæ dicuntur Serpentes. L. 9. cap. 4. Subſequuntur homicidæ, Serpentes meritò appellandi, quia loco veneni gladio vtantur. Verùm hi à Serpentibus documentum haurire debent: quandoquidem talis in India ſtabulatur Serpens, ex Aeliano, qui ſi hominem pupugerit, ſubterraneum ſpecum amplius ingredi minimè poteſt, quaſi terra eum hoſpitari nolit, ſed à ſuis ſedibus in perpetuum mittat exilium. Quamob em talis Serpens brumali, & æſtiuo tempore er- G
rabundus reliquum ætatis tempus tranſigere cogitur: quocirca ſi animalia rationis expertia, ob cædes hominum, diuina prouidentia pœnas luunt; hinc viri prudentes ex Serpentis ſupplitio percipere debent, ab humana occiſione abſtinendum eſſe.

Succedant Inuidi, quorum multitudo eſt innumerabilis; cum decantet Poeta.

Inuidiæ telum lato torquetur in orbe.

Hi nonnullorum Serpentum naturam imitantur. In India enim quidam Serpentes diuagantur, qui, arboribus aromaticis florentibus, inde diſcedunt; cum ſuauiſſimũ odorem ſuſtinere nequeant: mordaces inuidi huius naturæ eſſe perhibentur, quoniam iucundum odorem eufortunij amicorum perferre non poſſunt; cum alieno infortunio ſemper lætentur. Cum tamen, velint nolint, proximus felicem ducat vitam. Vnde meritò quidam Poeta in Inuidum ſic canebat.

Inuidi ad Serpentes comparantur.

Noſtra probant docti, quid carmina liuidæ temnis?
Viuent, ſeu nolit, ſeu velit inuidia.

Eccleſiaſt. cap. 27. De his ſcribitur in ſacris litteris. *Peribunt laqueo, qui delectantur in caſu iuſtorum.* H
Non inferioris cõditionis ſunt illi, qui improbos linguæ ſuciantis ſuſurros quotidie
Pſalm. 40. edunt. Ideò Pſalmographus de his loquitur, quando inquit. *Exacuerunt linguas ſuas vt magis ſint nocuæ, quàm Serpentum.* Itaq; non iniuria Serpentes appellandi erunt: etenim hi non ſolùm linguam longam, ſed illam quoq; motu ità veloci vibrant, vt triplicem habere videantur: pariter maleuoli triplici lingua inſigniti videntur: dum modò cauillantur, modò adulantur, modò gloriantur. Iuxta illud ſacræ paginæ. *Multiplicant linguam ſuam, quia in ore ſtatui verba inenarrabilia.* Id autem ſine Dei læſione præſtare non poſſunt: cum in ſacris Biblijs legatur. *In multiloquio non deerit peccatum.*
Eccleſiaſt. cap. 21. Prou. 10. Immò ſunt tanquam illi Serpentes, qui circa orificium latebræ occultati auiculas præteruolantes coercent, & deuorant: hi quoq; clanculum auiculas, nimirùm homines in contemplationem cæleſtium incumbentes obtrectationibus inuadunt. Verùm iſs interdum accidit, quod euenire ſolet homini Serpentem præmanibus habenti, vt in
Detractores ſunt inſtar anguium. alium iaculetur, nam ſæpè ſæpius ipſe primus mordetur. Hoc Diuus Athanaſius confirma-

www.libtool.com.cn

A firmabat his verbis. *Malitia militat aduersus eos, qui ipsa vruntur: sicuti si quis habeat Serpentem in manu, vt in alterum proijciat, & ipse mordeatur.*

Prædictis associandi sunt hypocritæ, qui multiplici de causa Serpentes cognominandi sunt: primùm, quia si Serpentes dolosè aliquem intuentur, vt illum mordeant, deinde quærant locum, in quo occultentur: simulatores idem præstant: nam mordaciores rictibus caniuis, alicui læsionem semper machinantur; postmodum abditos inquirunt recessus, ne alicui nocuisse videantur. Immò sunt veluti parui illi Serpentes, qui, ob exilem corporis molem, visionem effugiunt: at si calcantur, lesionem lethiferam afferunt. Sic hypocritæ parui, nempè humiles, & pietate pleni apparent: at si calcantur, nimirum si aliqui cum illis versentur, & commorentur, aliquo lethali vitio inficiuntur: nam dum credunt optimum esse documentum, quod suggeritur, non percipitur nocumentum, quod ingeritur. Legitur enim in sacris Biblijs. *Vulnerauerunt me, & non dolui, verberauerunt me, & non sensi.* Cæterùm satius erit hypocritas assimilare Serpentibus duo capita habentibus, qui vtroq; modo incedere videntur: nam, & ipsi
B in suis actionibus duplicem intentionem semper habent. Hoc vitium sacra pagina detestatur, dum inquit. *Væ ingredienti terram duabus vijs.* Alioquin magni Serpentes nuncupantur tyranni, qui tauros, id est agricolas, & ceruos, nempè mercatores quotidiè occidunt.

Hypocritæ variis rationibus serpentes appellantur angues.

Prouerb. 24.

Eccles. cap. 2.

Item Hæretici Serpentes appellantur: nam scribebat D. Ioannes Chrysostomus. Sicut Serpentes in colore varij conspiciuntur, ita hæretici in erroribus varij apparent: immò veluti angues humi repeant, sic hæretici proni gradientes, nihil quod excelsum, & sublime est, pernoscere possunt. Tandem mors, & ipsa Serpens nominanda est: nam veluti hæc bestia occisa, nihil mali, nisi horribilem speciem præsefert: ita mors Christi fidelibus mortua esse dicitur; nihil enim terribile, præter speciem, representat.

Homil. 46. in Matth.

HIEROGLYPHICA.

S AEGYPTII varias Serpentum proprietates, & conditiones contemplati, diuersa etiam Hieroglyphica imaginati sunt. Primitùs, ex Oro Apolline, perpendentes anguem, non alio membro, quàm ore pollere, os significaturi, anguem aperto ore pingebant, Diodorus, per Serpentem voluminibus implicatum, malum interpretabatur, & præsertim gigantum genus, qui olim terrarum orbem oppresserunt: propterea omnes gigantum statuæ, obtortis cruribus in modum Serpentis, sculpebantur: vnde Poetæ meritò hos anguipedes nominabant, vt superius enucleauimus. Valentiniani quoq; occultam rerum originem demonstraturi, Serpentem spiris implicatum effigiabant, quoniam intestina in aluo abdita varijs spiris inuoluta obseruarunt. Immò Prisci, figura Serpentis, calliditatem indicabant: propterea quod Serpens hostem vlcisci probè norit, atq; possit. Hinc Moses inter bruta, prudentissimũ animal anguem nuncupauit. Poterit etiam quis ad furorem implacabilem demonstrandum, Serpentem voluminibus implicatum, & linguis micantem trisulcis pingere: hoc enim animal
D statim atq; lesionem sentit, ita vesanè furit, vt nunquam quiescat, donec virus alicui infuderit, aut præ rabie exanimatus fuerit.

Oris Hieroglyphicũ.

Cur gigantes obtorsis cruribus pingerentur.

Serpẽs cur prudẽs dicatur.

Præcipuum autem, & ingeniosum hieroglyphicum illud esse opinamur, quando Aegyptij, ad designandum tempus, vel annuum circuitum, vel ætatem, figuram Serpentis caudam sub guttur occultantis ostendebant. Idcò Virgilius de anno sic canebant.

Atq; in se sua per vestigia volvitur annus.

Lucretius etiam ad constituendum annum, Solem serpere pronunciauit sic.

Annua Sol, in quo contundit tempora Serpens.

Anni, Temporis, & Aetatis hieroglyphicum.

Præterea Serpens in longitudinem porrigitur, & multis spiris complicatur, quæ multas dierum series indicare solent: immò hoc animal sine strepitu mouetur, atq; serpit; quod de ætate decantabat Poeta hunc in modum.

Labitur occultè, fallitq; volubilis ætas.

Cauda verò Serpentis sub gutture abdita, Ægyptij fortè innuere voluerunt tempus, ratione præteriti, futuri, & præsentis, nobis prorsus ignotum esse: quandoquidem præte-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ritum minimè poſſumus intueri, futurum nondum venit, præſens autem conſiſtit in E
inſtanti, vt docebat Philoſophus, quod velociſſimè fugit: iuxta illud.

——— *citò pede labitur ætas,*
Et currunt freno non remorante dies.

Li. 14. hierogl. Immò ſcribit Valerianus, quemadmodum Serpens apud Ægyptios hieroglyphicè tempus demonſtrabat, conſequenter etiam ab eodem calamitatem indicari poſſe: cum hoc vocabulum (tempus) Syri, & Hæbræi pro calamitoſo rerum ſtatu ponere conſueuerint.
Pſal. 80. Habemus enim apud Pſalmographum. *Et erit tempus eorum in ſæculum*, Interpretes id pronuntiatum eſſe volunt de calamitatibus, quibus, poſt neglectum Chriſtum, Iudæi perpetuò erant affligendi. Pariter Aegyptij Sacerdotes mundum vniuerſum deſignaturi, figura Serpentis vtebantur, dum anguem varijs inſignitum maculis pingebant, qui propriam caudam depaſci videbatur. Hoc autem hieroglyphicum à Phœnicijs fuiſſe deſumptum multi autumant. Serpens igitur caudam ſuam depaſcens generum immortalitatem oſtendere traditur, qua Deus rerum naturam ditauit, vt principium ad finem dirigeretur, finiſq; ad principium reflecteretur: iuxta illud. F

Mũdi hieroglyphicũ quomodo pingeretur.

——— *finiſq; ab origine pendet.*

Hoc explorata ſatetur veritas in plantis, ex quibus tanquam ex principio finis nempè fructus dimanat, ſemen producens, in quo poſſimodum noua planta delitescit. Alioquin circulum effigiabant, pro cuius diametro anguem reponebant: Circulus enim formam terrarum orbis deſignabat, Serpens verò bonum Dæmonem, cuius beneficio omnia vigere, ali, & perennare credeba nt: ſicque anguis fuit hieroglyphicum illius ſpiritus, qui per vniuerſam mundi molem diffatur: vnde M. T. Cicero ſecutus ſententiam Platonis in libro de anima ſcribebat, terram eſſe ſitam in media mundi parte, & circumfuſam animabili, & ſpirabili materia, cui nomen eſt aer. Namq; Ægyptij, & Phœnices arbitrabantur Serpentes natura diuina potiri, dum illos, ſine vllo artuum adminiculo, more aliorum animalium, huc, atq; illuc proficiſcentes perpendebant. Immò apud eaſdem gentes, colorati angues, pro vario picturæ genere, non ſolum terrarum orbem, ſed etiam Prouincias, & Regiones hieroglyphicè ſignificabant. Tandem eadem Serpentum figura quatuor etiam elementa indicabat; nam Serpentes ex humo nati, Terram, quia lubrici, & ſinuoſi ſunt; motum vndarum fluminis imitantes, Aquam, quia ſibila ad horrorem audientium excitant, Aerem; & demùm ratione ſplendoris ſquamarum, Ignem repræſentant. G

Priſcorum opinio de Serpẽtibus.

Figura Serpentis dominium oſtendebatur. Deniq; ab angue poteſtatem, & dominium oſtendi poſſe Priſci opinabantur: propterea in dextra Iunonis caput Serpentis, & in læua ſceptrum pingebant: cum Iunò Præſes Dominij apud Ethnicos haberetur. Item, duobus Serpentibus ad ſemicirculi curuaturam delineatis, ſe inuicem ſpectantibus, caudiſq; introrſum reflexis, imperium duorum ſimul regnantium denotabant. Sacerdotes etiam Aegyptij, ex Pierio, oblongum pileum Serpente obuolutum geſtabant, in Dominij monumentum: cum olim apud Sacerdotes Aegyptios imperium eſſet. Amplius quando volebant Imperatorem, aut potentiſſimum quempiam Regem demonſtrare, Serpentem in ſpiram collectum delineabant, figura palatij in medio voluminum expreſſa: quandoquidem domus regia in centro totius Imperij ſita eſſe deberet, vt omnium commodis æquè proſpici poſſet.
L. 14. hierogl.
Lib. 5. de leg. Nam Plato, & ipſe Vrbem ſuæ Reipublicæ in medio regionis, quoad fieri poteſt, iubet H
eſſe collocandam. Inſuper vt ab aliquo Rege honoratam ſui populi curam geſtam fuiſſe atteſtarentur, in monumentis, Serpentem vigilem, nimirum ſurrecto capite, & elato pectore, ſculpebant, cum hac inſcriptione: CVSTOS. Nam vigilantia aſſidua decet Regem, cui Dominij tutela commiſſa eſt. Rurſus, ex Oro Apolline, Regem parti tantùm orbis dominanti ſignificare ſi voluiſſent, dimidiatum Serpentem figurabant: etenim per Serpentem, Regem, & per ſegmentum, partem Orbis intelligebant. At optimum Regem deſignaturi, anguem in orbem collectum, cauda mordicus apprehenſa, pingebant, Regiſq; nomen in medio ſpiræ deſcribebant: Serpens enim caudam mordens, teſte Pierio Valeriano, oſtendebat cuncta tam maxima, quàm minima curæ eſſe Regi, qui bonitatis famam ſibi vindicauit: cum, apud Priſcos, infamiæ notam illi Reges ſibi comparauerint, qui, poſtpoſita rerum publicarum cura, in res priuatas tantummodo incumbebant. Inſuper, ex Pierio, ſunt, qui per anguem, & eius ſpolium hieroglyphicè monſtrent hominem iuueneſcentem, vel ex aliqua ægritudine priſtinæ ſa-

Serpens dimidiatus quid ſignificaret.

Hieroglyphicum hominis iuueneſcẽtis.

sitati

www.libtool.com.cn

A nitati restitutum. Ad finem, Serpens effigiatus in parte posteriori chimeræ, authore eodem Valeriano, lasciuum amorem exprimere traditur.

EMBLEMATA, ET SYMBOLA.

VIDAM vir summa eruditione præstans, in æternum Deiparæ semper Virginis præconium, concinnauit emblema sumptò à sacris paginis argumento, vbi legitur. *Dixitq; Dominus ad Moysem, extende manum tuam, & apprehende caudam eius, extendit, & tenuit, versaq; est in virgam.* Cum igitur hic de Serpente in virgam transfigurato sermo habeatur. Delineauit Moysem tenentem caudam Serpentis, qui paulatim in virgam vertebatur. Cum titulo. AVE. deinde subscripsit tetrastichon huius generis. *4. Exod.*

B *Serpens EVA fuit culpæ suspecta venenо*
Si verso capias ordine dicit. AVE.
Et cum dicit AVE, virga est, nam dicitur illi,
Quæ virga vmnato flore MARIA fuit.

Verùm Claudius Paradinus contemplatus Serpentem æneum in solitudine erectum, qui suspensionem Christi in ligno significabat, pinxit lignum in modum crucis à Serpente circùmdatum, & huic symbolo hunc addidit titulum. SECVM FERT OMNIA MORTIS: Nam veluti Iudæi in Serpentem supra lignum collocatum aspicientes à morsibus anguium sanabantur: ita Christicolæ Christum intuentes crucifixum, non solùm à tentationibus, & tentamentis Diaboli liberantur; sed etiam in dies magis, atq; magis ad patientiam, & ad cæteras virtutes excitantur. Ethnici quoq;, & præsertim Romani valetudinem quondam Serpenti acceptam retulerunt; dum; Serpente Epidauro Peloponesiciuitate aduecto, à peste cuassante liberati fuerunt. Vnde Alciatus ad hoc alludens, magnum Serpentem iuxta aram depinxit, cum inscriptione. SALVS PVBLICA. Deinde subscripsit hæc carmina: *In Symb. Heroic.* *Embl. 149.*

C *Phœbigena erectis Epidaurius insidet aris*
Mitis, & immani condidit angue Deus.
Accurrunt agri, veniatq; salutifer, orant.
Annuit, atq; ratas effecit ille preces.

Item. Alciatus delineauit Mercurij caduceum duobus Serpentibus coronatum, & cornu Amaltheæ coniunctum, cum tali inscriptione. VIRTVTI FORTVNA COMES. Et subscripsit hoc tetrastichon. *Embl. 118.*

Anguibus implicitis geminis caduceus alis
Inter Amaltheæ cornua rectus adest.
Pollentes sic mente viros fundiq; peritos
Indicat, vt rerum copia multa beet.

Paulus Iouius refert hoc fuisse clarissimi viri Alciati symbolum. Verumtamen satius esset hoc ad quoscumq; viros Musarum, Charitumq; munificentia ornatissimos transferre. Nam virga Mercurij cùm Serpentibus, & cornucopiæ annexa denotat viros omni D doctrinæ genere cumulatos, rerum omnium copiam facilè consequi posse: cum caduceus disciplinæ, eloquentiæ, sapientiæ, & felicitatis notam præ se ferat, & cornu Amaltheæ rerum omnium abundantiam designet. Cæterùm, in hoc genere, placuit Claudio Paradino figurare Serpentem, cauda in os porrecta, circulum formantem, & omni fructuum genere exornatum, cum titulo. IN SE CONTEXTA RECVRRIT. Volebat enim nobis significare immensam diuinæ gratiæ, pietatis, clementiæ, & prouidentiæ beneficentiam: sicuti legitur apud Psalmographum. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.* Pariter hoc symbolo author innuit Deum optimum maximum, in suppeditanda cunctarum rerum annua renouatione, largo suæ munificentiæ imbre omnes aspergere. At Reusnerus effigiauit templum Aesculapij cum icone Serpentis, addita hac inscriptione. VIGILANDVM MEDICO. Postea octastichon huius generis promulgauit. *Symbolis Alciati quale fuerit.* *Psal. 64.* *Li. 3. Embl.*

Cui

www.libtool.com.cn

Cur tibi trux anguis ſacer eſt, Aſclepie magne?
An quod fert medicam ſæpius anguis opem?
An quod & inſomnis velut eſt, & peruigil anguis,
Peruigiles medicos ſic decet eſſe bonos?
Sic puto: ſic te Roma colit ſub imagine tali:
A ſæua per te libera facta lue.
Inſula tempta videt circumflua tibridis alti;
Iuppiter hic magnus proxima fama tenet.

Cur anguis virgam Æſculapij circumdaret.

Neq; hoc à veritate alienum eſſe videtur: quandoquidem multi non mediocris eruditionis viri, anguem virgam Aeſculapij amplexantem figurarunt, vt diligentiam à Medicis, in ſanandis ægrotantibus, adhibendam patefacerent: vel vt ſignificarent infirmos valetudini reſtitutos morbum deponere, veluti angues, ineunte Vere, ſpolium vetus exuunt: vel vt inſinuarent, ritu Serpentum, Medicos debere eſſe oculatos in morborum cauſis inueſtigandis, antequam remedia præſcribantur: cum veritatem fateatur hic verſus. F

Non intellecti nulla eſt curatio morbi.

Embl. 132. Quamquam alij, per hanc Aeſculapij virgam angue vinctam, Imperatorem, orbis Seruatorum manifeſtent. Verùm Alciatus Serpentem mordicus caudam tenentem pinxit, in cuius circuli Serpentini medio Tritonis marini Dei Neptuni filij, & tubicinis imaginem collocauit: cum titulo. EX LITTERARVM STVDIIS IMMORTALITATEM ACQVIRI. Alludit author ad perpetuam virorum ſapientum memoriam: tuba enim nota eſt famæ, & commendationis: cum à cunctis exaudiatur. Serpens autem in ſe reuolutus æternitatem oſtendit, vt in hieroglyphicis aſſignauimus. Itaq; hoc emblemate nobis inſinuare videtur hiſtoriam rerum geſtarum ab ætate Saturni ad noſtra vſq; tempora, ope doctorum virorum, manifeſtam eſſe, quæ alioquin obliterata eſſet. Verſus autem Alciati ſunt tales. G

Neptuni tubicen (cuius pars vltima cetum
Æquoreum facies indicat eſſe Deum)
Serpentis medio Triton comprehenditur orbe,
Qui caudam inſerto mordicus ore tenet.
Fama viros animo inſignes; præclaraq; geſta
Proſequitur, toto mandat & orbe legi.

Embl. 5. Pariter Alciatus aliam hominis imaginem figurat, cuius pars inferior deſinit in anguem, hoc titulo coronatam. SAPIENTIA HVMANA STVLTITIA APVD DEVM. Multi iuſtis de cauſis opinantur Alciatum hoc in loco Cecropem primum Athenienſium Regem effigiaſſe: cum ille totam Græciam Idolorum cultu imbuerit, primus Iouem inuocauerit, aras erexerit, & ſacra Dijs fecerit, vt Euſebius, Herodotus, & alij authores teſtificantur; quæ omnia, ante illam ætatem, prorſus fuerunt incognita. Immò inter marem, & fœminam quædam conubia inſtituiſſe dicitur, quæ antea erant incerta, & propterea διφυὴς ſcilicet biformis fuit cognominatus. Hinc colligendum eſt Sapientiam, quam primi illi Principes præſtigijs, & dolis diabolicis introduxerunt, ſtultitiam fuiſſe: cum liquidò conſtet eam valdè recedere ab inſtitutis Antiquorum Patrum, qui leges diuinas à Noe acceperunt, carmina ſunt hæc. H

Cecrops primus rex Athenienſium quid egerit.

Quid dicam? quonam hoc compellem nomine monſtrum
Biforme, quod non eſt homo, nec eſt Draco?
Sed ſine vir pedibus; ſummis ſine partibus anguis:
Vir anguipes dici, & homiceps anguis poteſt;
Anguem prodit homo, aſt hominem eructauit & anguis;
Nec finis hominis eſt; initium nec eſt fera.
Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis:
Sic & gigantes terra mater protulit.
Hæc vaſrum ſpecies ſed religione carentem,
Terrena tantùm quiq; curet, indicat.

Embl. 38. Camerarius quoq; picturam pinus inſertæ in oleam exhibet, circa quam duo angues circumuoluuntur, non aliter, atq; in caduceo Mercurij pingi ſolent. Etenim oleæ Minetuæ Iouis filiæ eſt conſecrata (quemadmodum Poetæ fabulati ſunt) tanquam ſa-

pientiæ

www.libtool.com.cn

A pientiæ præsidi: Mercurius verò, & ipse Iouis filius ingeniosis, & præstantibus operationibus præesse perhibetur. Quapropter Author symboli, per Iouem, voluit Deum Optimum Maximum intelligere, à cuius diuina ope cuncta dependent: quoniam autem author *Pigna* cognominabatur, vt se pertinaci diligentia scientias prosequi demonstraret, insertum pinum in oleam figurauit, cum titulo. MODO IVPPITER ADSIT. Camerarius autem subscripsit hoc distichon.

Et sapias rectè, & facias, Deus efficit: eius
Auxilio, plena lance, beatus eris.

Meminit etiam huius symboli Rusellius scriptor Italicus, ad quem, Lectorem relegamus. At Claudius Paradinus duos Serpentes circa oliuæ ramum inuolutos effigiauit eum inscriptione. RERVM SAPIENTIÆ CVSTOS. Quo significare conatur, cunctorum gubernationem, sapientiæ, & prudentiæ clauo firmari. Ex altera parte ponderantes læthalem noxam Serpentum, alia emblematum, & symbolorum genera inueniemus. Quandoquidem Florentius in lib. Emblematum effigiat hominem, qui
B brumali tempore anguem calcat, cum inscriptione. IMPOTENS MALITIA. Et subscribit tetrastichon huius generis. *In Symb. Heroic.*

Tempore brumali si calcibus verseris anguem,
Non nocet, at mens est prona nocere tamen:
Sic multos videas homines tali indole, qui non
Sunt animo, sed vi deficiente boni.

Neq; hoc videtur præter rationem, siquidem hyeme Serpentes veluti mortui in latibulis stabulantur, non tamen desunt illis venena, sed torpent: narrant etiam Porphyriũ anguem venenum quidem habere, sed quia edentulus est, alijs animantibus minimè nocere. Pari ratione sunt quidam homines mala meditantes, sed quia viribus carent, ideò innocui esse videntur: at vires adepti, omne virus suum euomunt. Itaq; sapienter vaulquiq; ab ijs sibi cauere debet, vt eorum insidias vitans, gaudij materiam eis eripiat. Nicolaus Reusnerus exhibet picturam agricolæ baculo Serpentem mag-
C nantis, quem, ob frigus, ferè exanimem sinu fouit, sed ille refocillatus calore, benefactorem lethaliter sauciauit. Inscriptio autem figuræ est hæc. MERCES ANGVINA, cum infrascriptis carminibus. *Li. 2. Emb.*

Frigore confectum, quem rusticus inuenit anguem,
Imprudens sinum recreat ecce sinu,
Immemor hic miserum lesthali sauciat ictu.
Reddidit hic vitam, reddidit ille necem.
Si benè facta locas male, simplex mente, bonusq;
Non benè facta quidem, sed malè facta puta.
Ingratis seruire nefas, gratisq; nocere:
Quod benè fit gratis, hoc solet esse lucro.

Item Paulus Maccius immodico studio maceratus figurauit duos Laocoontis filios anguibus circumdatos, & implicatos, cum titulo. ALIVS PECCAT, ALIVS PLECTITVR. Huius emblematis argumentum desumpsit ex Virgilio tradente prædictos
D insontes filios à Serpentibus fuisse laceratos; cum solus pater peccasset, dum hasta Equum Troianum à Græcis fabrefactum violauit sic. *In l. Emb. 64. L. 2. Æneid.*

——— illi agmine certo
Laocoonta petunt, & primùm parua duorum
Corpora natorum Serpens amplexus vtrumq;
Implicat, & miseros morsu depascitur artus.

Neq; hoc videtur præter rationem: quandoquidem habemus in sacris litteris. *In diebus illis non dicent vltra; patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.* Huc fortè respexit Poeta, quando cecinit. *Ieremiæ c. 31.*

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

Quamobrem subscripsit Maccius hexastichon huius tenoris.

Vltores sceleris gemini tranquilla per alta
Ecce angues miserum Laocoonta petunt;
Parmaq; patrumq; complexus vterq; duorum
Corpora, mox artus pascitur innocuos;

Et

www.libtool.com.cn

Et patris in pœnas vos natos crimina poscunt? E
Impia vos luitis sanguine facta pio?

L.Embl.78 Iterum Maccius effigiat piscatorem cancros inquirentem, qui à Serpente in latibulis cancrorum sta bulante demorsus fuit, cum titulo. SPES PRETIO NON EMENDA. Hoc proculdubiò consonum videtur esse veritati, quæ in hoc disticho elegantèr decantatur.

Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.

Verumtamen magno interdum agricolarũ damno spe fraudamur: cũ alibi canat Poeta.

Expectata seges vanis elusit auenis.

Itaq; Maccius subscripsit distichon huius generis.

Caterum piscator quæris, deprehendis, & anguem?
Sic spes incautos fallere vana solet.

Idcircò non iniuria vocantur incautæ illæ animantes, quæ decipulis, retibus, & alijs artificijs coercentur. Iuxta vulgatum carmen. F

Spes laqueo volucres, spes captat arundine pisces.

In lib. de symb. heroic. Cæterùm Paradinus delineauit Serpentem ab humo se attollentem, vt fraga comederet, cum inscriptione. LATET ANGVIS IN HERBA. Quo symbolo admonetur Lector, vt in libris legendis sit cautus, ne in absurdas, & impias sententias incidat. Iterum Paradinus figurauit Serpentem à vespis depastum, & hoc titulo decoratum. TRANSFVNDIT PASTA VENENVM. Vt innueret, eos, qui calumnijs alienis delectantur, alijs sæpè sæpius esse ludibrio. Rursus idem author anguem circa clauem reuolutum pinxit his litteris circumscriptum. IS SVPERIS LABOR EST. Hoc symbolum deductum esse volunt ab historia Leontychidis Senatoris, qui prudenter elusit portentum, quod vulgò timebatur: etenim sic docemur, quæ naturalia sunt, vel casu fiunt, à multitudine in superstitionem ducta, eludenda esse. Tandem symbolum animi diuinis intenti, erat pictura ciconiæ Serpentem dilaniantis hac inscriptione exornata. VOLVPTATVM, ET MAIORVM AFFECTVVM DISSIPATIO. Siquidem hoc notius est, quam vt debeat exponi; ciconias assiduè cum Serpentibus dimicare; & Serpentes, inter alios significatus, voluptatum, & mollium illecebrarum symbolum esse ex superius enarratis manifestarium cuiusit. Eiusdem conditionis videtur esse illud symbolum pictæ ciconiæ rostro Serpentem stringentis, quod quidam authores in prima fronte librorum, quos euulgant, imprimere solent, cum his litteris circumscriptis. DISCITE IVSTITIAM MONITI. Fortè alludendo ad Zoilos, qui instar Serpentum, alios sauciare nituntur, & interdum ab alijs sauciantur. Hoc etiam argumento vsus est Florentius in libro Emblematum, dum pinxit Serpentem cum ciconia belligerantem hoc titulo coronatum. RATIONIS CVM AFFECTIBVS BELLVM: deinde subscripsit hæc carmina. G

Embl.25.

Vt dira Serpens semper in solo repens
Ciconiæ perenne concitat bellum;
Sic vilis illa turba mentis Affectus,
Rationis altæ regium impetunt callem.

Quæ sententia summoperè commendanda est; quoniam vicisse voluptatem, maxima voluptas esse dicitur; neq; vlla maior creditur victoria, quàm ea, quæ de cupiditatibus nostris refertur. Etenim cunctis exploratum esse putamus, hominem esse quoddam animal prodigiosum duabus constans partibus, nempè anima, & corpore, illa veluti quodam numine, hoc tanquam vili pecude: quoniam reliquo corpore, brutorum generi vsq; adeò præstamus, vt omnibus dotibus inueniamur inferiores; Verùm anima, ita diuinitatis sumus capaces, vt ipsas etiam angelicas mentes liceat præteruolare. Hæ partes inter se iunctæ sunt, sed quadam cõcordia discordi, quia dum agitur de imperio, aut seruiture, vtraq; vult regere, & magis illa, quæ non debet. Hoc autẽ pugna Serpentis, & ciconiæ, in hoc emblemate demonstratur. Deniq; Serpens pro symbolo litteræ hæbraicæ Samech depingitur, vt animaduertit Goropius, non solum quia hæc littera, & Serpens, ratione tortuosæ figuræ, quamdam inter se conuenientiam habeant; sed etiam quia huius litteræ effigies, nil aliud, quàm anguem repræsentat. Præterea sonus huius litteræ rationem Serpentis videtur præ se ferre: quandoquidem littera S. Latinorum, H

Li.14. hierogl.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A eum, & sibilum vocem Serpentis denotat, nec non duorum Serpentum caudis iunctorum figuram exprimit. Item sigma maiusculum Græcorum, imaginem Serpentis refert: immò cæteræ eiusdem litteræ figuræ, tametsi variæ sint, omnes tortuosi Serpentis iconem exhibent. Id totum stabiliunt authores memoriæ artificiosæ, qui non solum Serpentem sibilantem pro littera S. intelligunt, sed etiam pro numero quinario, qui eodem caracthere exprimitur. Ad finem Ricciardus in commentarijs symbolicis tradit Serpentes tres aduersus totidem præliantes, indicare vigesimum tertium gradum Arietis, & hominem, qui plures habebit inimicos; denuò tres Serpentes in terra prostratos denotare vigesimum gradum Geminorum, & hominem, qui erit Sapiens, rursus Serpentem tortuosè humi iacentem designare quintum gradum Leonis, & hominem inuidum, iterum Serpentem magno capite præditum significare trigesimum gradum Scorpij, & hominem prudentem; Amplius Serpentem magnum à muscis vndiq; punctum referre duodecimum gradum Scorpij: demùm per Serpentem magnum, monstrari tertium gradum Capricorni, & hominem sapientem. Quæ omnia Ricciardus ex
B Astrolabio plano Ioannis Angeli desumpsit.

Serpens est symbolum litteræ S.

ADAGIA.

SI prouerbia examinemus, quæ malam Serpentum qualitatem respiciunt: prima fronte accurret illud. *Quilibet Serpens suo non caret veneno.* Quod alio adagio exprimi solet. *Etiam formicæ sua ineſt bilis.* Aliud profertur. *Cane peius, & angue.* de illis, qui odio capitali aliquem prosequuntur. Plutarchus in symbolis Pythagoricis meminit huius adagij. *Colubrum intra ades collapsum non esse perimendum.* Quo nititur significare hospitem etiam nocuũ perhumaniter tractãdum esse. Succedit aliud. ἐχθρὸν θάλπειν. nimirum. *Serpentem fones.* Pronunciatur, hoc, quotiescumq; quis negocium amplectitur, quòd euidens exitium illi est allaturum, vel quotiescumq; aliquis
C homini ingrato famulatur. Multi arbitrantur prouerbium hoc originem duxisse ab historia Menippi Lycij, qui peregrinæ mulieris amore flagrabat: ea autem erat ex genere Lamiarum, quæ non modò in amorem valdè procliues sunt, sed etiam carnes humanas vehementer expetunt: propterea quidam Philosophus hoc animaduertens in hæc verba prorupit. ἐχθρὸν θάλπειν, καὶ σὲ ὄφις. Alij promulgant hoc adagium dimanasse ab Apologo superius recitato, in quo introducebatur rusticus Serpentem frigore penè extinctum in sinu fouisse, à quo postmodum lethalem ictum accepit. Alij deriuant hoc prouerbium ab apologo gallinæ ouis anguium incubantis, quæ ab hirundine monita fuit, ne in sui perniciem huiusmodi oua foueret. Huic non dissimile est aliud κόραξ τὸν ὄφιν. s. *Corvus Serpentem.* Erasmus effert hoc adagium in illos, qui sua ipsorum intentione pereunt. Prouerbium est deductum ab apologo superius recitato, in quo coruus esuriens Serpentem dormientem rapuit, à quo deinde lethali ictu affectus fuit. Est; conforme illi κορώνη τὸν σκόρπιον, nimirum *cornix Scorpium.* Hoc iactari solet in hominem, qui ob edacitatem periclitatur. Sequitur aliud. *Latet anguis in her-*
D *ba.* Solet hoc de periculo graui, & inopinato proferri; est; simile alteri. *Vipera est in vepreculâ.* Idcircò huc respexisse videtur Virgilius, quando meminit fragorum, quæ interdum in vepretis leguntur. Sic enim canit.

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga. *Eclog. 3.*
Frigidus, ô pueri, fugite hinc latet anguis in herba.

Vulgare quoq; est aliud adagium. *Serpentis oculus.* Prolatum in eos, qui suo aspectu venenant, & obtrectationis virus in quoscumq; infundunt. Vel enunciatur in illos, qui acutissimè vident: nam Serpentes sunt animantes huius naturæ, vt oculos duriores, sed perspicaciores habeant. Vnde Flaccus canebat.

Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut Serpens Epidaurius?

Prædictis additur. ὄφις ἐμὶ φάγα ὄφιν, δράκων ἢ γενόσεται. Idest. *nisi Serpens Serpentem comederis: non fiet Draco.* Siquidem inter Serpentum genera, qui maiori corporis mole sunt insigniti, Dracones appellantur. Erasmus opinatur id à vulgo dimanasse,

qui

Prouerbia à malâ Serpentũ qualitate desumpta.

www.libtool.com.cn

qui credit quempiam non posse constitui Imperatorem, nisi prius multos Principes E
superauerit, & deglutiuerit, vt Rex Regum, & Dominus Dominantium euadat. Præterea omissa Serpentum mala qualitate, ab eorum natura, alia etiam desumuntur adagia, & potissimum ratione spolij, quod Vere exuunt. Itaq; solet dici. *Magis hilaris, quàm qui exuit leberidem.* De illo, qui præ gaudio desipere videtur. Deinde dicitur etiã κενότερος λεβηρίδος. ideſt. *Inanior leberide.* Vel secundũ alios. γυμνότερος λεβηρίδος. nimirum. *Nudior leberide.* Hoc potissimum promulgatur de sciolo indocto, qui cum parum, aut nihil sapiat, Græciæ sapientes æmulari arbitratur. Leberide enim, seu spolio anguis nihil potest inueniri inanius. Dicitur etiam in eodem sensu. τυφλότερος λεβηρίδος. *Cæcior leberide.* De homine in negocijs cæcuciente. Prouerbium hoc citatur ex Aristophane: cum Leberis, nimirum pellis illa sicca Serpentis, nihil in se nisi effigiem oculorum habeat. Quamuis Suidas scripserit Leberidem fuisse hominem extremæ inopiæ, ita ut vulgari adagio locum fecerit: huius meminit Athenæus in Dipnosophistis. Nihilominus prædictum Serpentis corium Lycophron in carmine Iambico syphran appellauit. Immò Syphar aliquando senex ab Aristophane cognominatur; vel F
quia senilis ætas cæcutiat, vel quia ficca, arida, viribusq; destituta sit. Hinc nascitur aliud prouerbium κεντρότερος λεβηρίδος. nimirũ. *Asperior leberide.* hoc recitatur à Suida de vehementer asperis: nam spolium illud Serpentis, ob nimiam siccitatem, asperimum euadit. Rursus licet legere apud Græcos aliud adagium, quod præcipuè de piscantibus pronunciari solet. ἔχεις τί; ἢ ὄφιν ὤφιν, ἢ ἰχθύν. scilicet. *Habes ne aliquid? aut Serpentem, aut piscem?* His addamus illud adagium vetus. *Serpentes in urbe captos non esse occidendos.* Memorat hoc Georgius Codinus in Origine Constantinopolis; dum scripsit Cysen Scytharum Imperatorem, traiecto Danubio, ciuitatis muros obsidione cinxisse: tunc autem Bizantis vxor numerum hostium nihili pendens, cum mulierum multitudine decertabat: nam Serpentes in ciuitate captos, quos certo in loco custodiebat, illicò aduersarijs ostendens, sagittarum, vel spiculorum instar, in eos proiecit, plurimisq; perniciem attulit; eoq; stratagemate Vrbem ab hostium impetu defendit. Hinc ortum est antiquum assertum, scilicet Serpentes in Vrbe captos non esse necandos, quippequi olim vrbi periclitanti opem tulerint. Demum tanquam coronidem hoc G
addemus. *Anguium plexu Andromachen exornare.* Hoc solet proferri de illis, qui ad suam stabiliendam sententiam, & ad suas fulciendas rationes, vndequaq; multa congerunt. Ideò Nicephorus Calistus solebat dicere. Id consilij nobis esse, vt ex omnibus, quæ ad rem faciunt, aliquid colligamus, & interdum etiam spiris anguium implexis Andromachen adornemus. Andromaches autem fuit virago quædam, & vxor Hectoris, quæ mulicbre quoddam ornamentum in modum Serpentis plicatum gestabat.

Alio adagia à cõditionibus anguium desumpto.

NVMISMATA.

IN quibusdam monetis iconem Serpentis in spiram collecti conspicamur, cuius inscriptio est. SALVS ANTONINI AVG. In alio eiusdem nummo licet intueri Serpentem tractu sinuosa virgæ obrepentem; atq; in alio, Dea virgam gerit, dextra poculum; anguis porrigit, cum H
inscriptione. SALVS AVG. COS. III.; In alijs ipse sedens in sella paterã Serpenti caput admouenti porrigit. Inscriptio est. SALVS AVG. In moneta Mar. Antonij, figura Orphei, habitu philosophico, & lyra ornati conspicitur coram Serpentibus, & alijs feris canens: nam Orpheus eloquentiæ symbolum esse perhibebatur. In numismate Aurelij Cæsaris Augusti Pij filij, icon Serpentis caput admouentis dextræ cibũ exhibenti obseruatur: etenim Prisci hoc symbolo hominem regno portum hieroglyphicè describebant. In moneta verò M. Aurelij Seueri Alex. vititur anguis assurgens porrigenti pateram, cum inscriptione. SALVS PVBLICA. Siquidem numisma æneum græcum Seueri cum litteris CEYH. POC. habet in parte opposita Serpentem, cuius corpus varijs gyris est complicatum: litteræ autem ob antiquitatem sunt corrosæ. hoc numisma cusum fuit in aliqua Græciæ prouincia, cuius signum est figura Serpentis: propterea quòd hoc animal, vt animaduersum fuit in hieroglyphicis, mundum Regiones, & Prouincias denotare solebat. Hinc colligit Erizus, per ico-

nem

www.libtool.com.cn

A nem Serpentis in numiſmate ſculpti, intelligendam eſſe Prouinciam, in qua moneta in gloriam, & monumentum prædicti Principis fabrefacta fuit. Item numiſma magnum æneum græcum Adriani cum litteris corroſis. AYT. KAI. ideſt Imperator Cæſar: habet in altera parte imaginem Deæ faces accenſas geſtantis, & in curru vectæ à duobus Serpentibus; cum his litteris. LI. Hæc moneta proculdubiò cuſa fuit in monumentum tanti Principis, in aliqua Græciæ vrbe, cuius nomen expreſſum in moneta non cernitur. Dea illa fuit Ceres, quam Erizus illi ciuitati præfuiſſe opinatur. Hanc eamdem Deæ iconem in curru ab anguibus tracto, Erizus in magno numiſmate æneo Antonij Pij obſeruauit. Et quoniam Ceres Dea ſegetum ab antiquitate celebrabatur, & prima arandi modum homines docuiſſe ferebatur: ideò à Serpentibus trahi fingebatur, quoniam obliquitatem ſulcorum ab aratro terræ impreſſorum, effigie Serpentum deſignabant. Numiſma argenteum paruum Octauij cum litteris circumſcriptis. CÆSAR IMP. VII. habet in latere oppoſito imaginem Victoriæ alatæ, cuius latera duo Serpentes ſtipant, in parte inferiori alius iacens obſeruatur, qui circa alios laterales

Qui primus aratri di artē docuerit.

B ſe inuoluit. Inſcriptio eſt. ASIA RECEPTA. hæc moneta, remota omni dubitatione, fuit cuſa tempore victoriæ Aſiaticæ, aut Ægyptiæ: nimirum quando Octauius debellato Antonio, & ſuperata Cleopatra triumphauit: quandoquidem ab illis Serpentibus Aſiam deſignari multi perhibent. Erizus tamen ex triplici Serpentum imagine, tunc Imperium Romanorum tres orbis partes occupaſſe coniectat: Europam enim diù poſſederant, Africam paulò ante ſubiugarant, nunc Aſia recepta. At in nummo Antiochi. SALVS Dea Romanis habita credebatur formæ muliebris, habitu regio ſedens, & pateram iuxta aram tenens, circa quam Serpens voluebatur. Nonnulli referunt in nummo æreo Neronis conſpici Serpentem pluribus ſpiris plicatum attollentem caput ad ignem ſupra aram accenſum, & denotare Æſculapium affirmant. In C. Cæſaris nummo intueri licet Elephantum ſurrecta promuſcide, aduerſus quam Serpens quaſi dimicaturus inſurgit: in altera parte Serpens pedibus Elephanti veluti obtritus conſpicitur, & legitur inſcriptio. CÆSAR. Ex prima icone (teſte Pierio) laceſſitum bello, ex ſecunda bello confectum intelligere poſſumus. Tarentini, quòd à Tarante Neptu-

C ni filio originem vrbis ſuæ habuiſſe crederent, eius iconem in omnibus ſuis numiſmatibus impreſſerunt, deinde equitem currentem, qui Phalantus eſſe creditur, nec non delphinum, cum fama eſſet eum naufragum in litus à delphino euectum fuiſſe. In altera igitur nummi parte Serpens conſpicitur cum titulo. TAPAΣ. cum pars oppoſita iconem Phalanti equitis cum ſcuto procurrentis, nec non delphini exhibeat. Pierius etiam refert ſe cõtrectaſſe nummũ, cuius altera facies inſcriptionem habebat. KPOOO-NI. cum reliquæ litteræ temporis vetuſtate eſſent detritæ. Huius autem altera facies iconem Herculis in cunabulis Serpẽtes ſtrangulantis repræſentabat: fortaſſe vt hoc inſigne facinus cunctis vtilitatis exemplo futurum eſſet, vel potius ad fortitudinem, & incolumitatem oſtendendam, qua Crotoniatæ vulgò præditi eſſe ferebantur. In quibuſdam Græcorum monetis duo Serpentes ad ſemicirculi curuaturam ſe inuicem ſpectantes obſeruantur cum inſcriptione. ΔYNAPXEΞ TΠAT. B. hæc autem inſcriptio dominium penès duos indicabat. In aliis etiam antiquis numiſmatibus licet intueri effigiem puſionis cincinnati, platanoque coronati, & Serpentem manu tenentis, quæ fi-

D gura apud Ethnicos bonum genium denotabat. Monetæ autem referentes imaginem virgæ Serpentibus exornatæ, quam caduceum appellant, ſunt innumeræ. Quandoquidem numiſma æneum græcum mediocris magnitudinis Adriani cum his litteris. AYT.KAI TI AI.AAPIA.CEB. ideſt Imperator Cæſar Titus Ælius Adrianus Auguſtus; habet in parte oppoſita magnum Serpentem gyris multis plicatum, in quorum medio caduceus, & ſecus caudam Animalis ſpica triticea conſpicitur. Hoc in monumentum Adriani cuſum fuit in aliqua vrbe Græciæ, cuius nomen non legitur. Nam, per Serpentem, iuxta ſententiam Ægyptiorum, dominium, & imperium intelligendum eſt: quapropter caput Serpentis in dextra Iunonis figurabant, ſicuti aliàs à nobis expoſitum fuit, & Serpentes Leonibus in templo Deæ Opis copulabant, vt dominium totius terrarum orbis deſignarent. Pariter in nummo Iuliæ Mameæ conſpicitur imago Deæ dexera caduceum tenentis, cum titulo. FÆLICITAS PVBLICA S. C. Alij referunt, quòd in prædicto nummo videtur ſimulacrum læua haſtæ nixum, ſiniſtra tortuoſum Serpentem porrigens, cum inſcriptione. IVNO CONSERVATRIX: cum Ser-

Numiſmata habẽtia caduceum Mercurij.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

pens imperium, & haſta tutellam indicet. In nummis etiam Veſpaſiani, & aliorum, caduceũ cornucopiæ iunctũ tãquam fælicitatis inditũ licet intueri; adiecta tali inſcriptione. PAX AVGVSTI: ob eamdem rationem in moneta Adriani legitur. FÆLICTAS AVGVSTI. licet quoq; conſpicari caduceum in numiſmate Antonini Pij, nec non ramum oliuæ foliis, & fructibus onuſtum, cum eadem inſcriptione. FÆLICITAS AVGVSTI. Valerianus narrat ſe vidiſſe Bononiæ, apud Achillinos viros multiuigæ eruditionis cognitione ſpectatiſſimos (à quibus hodiernus Claudius Achillinus minimè degenerans non ſolũ humani, diuiniq; iuris ſciens, ſed in nullo doctrinæ genere non perfectus commendatur, qui in patrio Gymnaſio Iuris nodos, & Legũ ænigmata tam eleganter ſoluit, vt inter viros eruditos noſtræ ætatis locum obtineat eminentiſſimum) nummũ aureum, in quo ſimulacrum alatum cum caduceo, & Serpente à pedibus proficiſcente conſpiciebatur; cum titulo. PACI AVGVSTÆ. Alius huius generis nummus interdum oſtenditur cum litteris. TI.CLAVD.CÆS.AVG.P.M.TR.P. Siquidem in alio nummo æneo eiuſdem T. Claudij Victoria eſt alata, dextra veſtimentum à pectore ad faciem tollit, læua caduceum porrigit, & pedibus calcat anguem: quare profligato bello, pacem inſinuare videtur. Hæc moneta, Erizo teſte, cuſa fuit Romæ, vt honoris immodici titulo tantum Principem proſequerentur, qui ex Britania ſine ſanguinis effuſione victoriam reportauit: de quo Suetonius hæc habet. *Quare à Maſſilia Geſſoriacum uſq; pedeſtri itinere confecto, inde tranſmiſit, ac ſine vllo prælio, aut ſanguine, intra pauciſſimos dies, parte inſulæ in deditionem recepta, ſexto, quo profectus erat, menſe, Romam redijt, triumphauitq; maximo apparatu.* Deniq; numiſma argenteum Auguſti in iuuenili ætate conſtituti; cum his litteris. IMP.CÆS. DIVI F.COS.VI. LIBERTATIS P.R.VINDEX. habet in parte oppoſita figuram humanam ſtantem, & caduceum manibus tenentem, cum litteris ſubſcriptis. PAX. Poſt figuram, ara cum Serpente conſpicitur. Hoc numiſma proculdubiò, eo tempore cuſum fuit, quo Octauianus, Bruto, & Caſſio ſuperatis, omnibuſq; bellis ciuilibus fine impoſito, populo Romano vniuerſalem pacem, & libertatem reſtituit: quandoquidem caduceus in manu ſimulacri pacem, & ara cum Serpente libertatem, ſaluteмq; demonſtrant; quas ab Octauiano fuiſſe Populo Romano redditas oſtendunt litteræ circumſcriptæ. LIBERTATIS P.R.VINDEX.

L. 15. Hieroglſ.

Achillinorum honorata mẽtio.

In lib. Numiſ.

E

F

G

MIRACVLA.

IN inquirendis rebus admirabilibus patratis, nõ recedemus à ſacris Bibliis, in quibus Deum Opt. Max. verũ miraculorum patratorem multa ſupra vim naturæ operatũ fuiſſe legimus. Primitas in populum Iſraeliticum ad profligandam eius temeritatem, & audaciam, ignitos Serpentes immiſit. Verba autem ſunt hæc. *Profecti ſunt autem, & de monte Hor per viam, quæ ducit ad mare rubrum, vt circumirent terram Edom, & tedere cepit populum itineris, ac laboris: locutuſq; contra Deũ, & Moyſen ait. Cur eduxiſti nos de Aegypto, vt moreremur in ſolitudine? Deeſt panis, non ſunt aquæ; anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Quamobrem miſit Dominus in populũ ignitos Serpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum, venerunt ad Moyſen, atq; dixerunt. Peccauimus, quia locuti ſumus contra Dominum, & te, ora vt tollat à nobis Serpentes.* Hoc in loco inueſtigant nonnulli, quinam, & cuius cõditionis fuerint huiuſmodi Serpentes igniti: quamobrem multi cum Caetano, referunt angues ignitos fuiſſe nuncupatos ratione rubicundi coloris, qui ad inſtar ignis rutilabat, vel ob exquiſitum doloris ſenſum: nam corpora ad eorum ictus, contracta ardenti febre, maxima inflammatione corripiebantur. Lyranus, & alij adducunt nonnullorum opinionem, qui ſcripſerunt hos Serpentes igneos fuiſſe dictos, quia minimi eſſent, & veloces in motu, inſtar ſcintillarum ignis, vel quia volantes per aerem ſcintillas igneas ſpirarent. Deinde habemus in ſacris paginis illuſtriſs. miraculum trãſmutationis virgæ Moyſis in Serpentem, vbi leguntur hæc verba. *Reſpondens Moyſes ait. Non credent mihi, neq; audient vocem meam; ſed dicent, non apparuit tibi Dominus. Dixit ergo ad eum; quid eſt, quod tenes in manu tua? Reſpondit; virga. Dixitq; Dominus; proijce eam in terram. Proiecit, & verſa eſt in colubrum; itaut fugeret Moyſes. Dixitq; Dominus; extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & ten-*

Numer. c. 21.

Cur Serpẽtes igniei nuncupati.

Exod. cap. 4.

H

www.libtool.com.cn

A *& tenuit, verſaque eſt in virgam. Vt credant, inquit, quod apparueris tibi Dominus Deus patrum ſuorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.* Rurſus paulò inferius eadem leguntur. *Dixitq; Dominus ad Moyſen, & Aaron cum dixerit vobis Pharao oſtendite ſigna; dices ad Aaron; tolle virgam tuam, & proijce eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum.* Hoc in loco maxima agitatur quæſtio, an Serpentes illi, in quos virgæ Magorum cancionibus Aegyptiorum fuerunt tranſmutatæ, veri, & naturales Serpentes fuerint, non minus quàm ille, in quem virga Aaron fuit tranſfigurata; an potius fuerint quædam Serpentum phantaſmata, quæ à Dæmonibus, more anguium, mouerentur. Multi authores tam nuperi, quàm veteres inſigni doctrina præſtantes, illos magorum effectus non veros, & naturales, ſed tantùm ſimulatos, & apparentes fuiſſe exiſtimarunt. In hanc venerunt ſententiam Philo, Iuſtinus Martyr, Tertullianus, Catena in Exodum, Hugo de Sancto Victore, & plures alij viri clariſſimi, qui ſcripſerunt miracula Moyſis, virtute diuina patrata fuiſſe, mutatione rei propoſitæ in naturam eius, quod efficiebatur: quæ verò à Magis, Dæmonis ope, & præſtigijs ita fuiſſe edita, vt qui Serpens non eſſet, ſpectantes eũ, quaſi Serpentem intuerẽtur. Ex altera parte Authores non contemnendi, Magorũ angues veros, & naturales fuiſſe arbitrati ſunt: cui ſententiæ Theodoretus, Auguſtinus, D. Thomas, Abulenſis, & omnes ferè Theologi ſcholaſtici adſtipulãtur: his potiſſimum ducti rationibus: primò, quia ſacra pagina narrat ijſdem verbis, eodemq; modo virgam Aaron, & virgas Magorũ in Serpẽtes trãſmutatas fuiſſe: quapropter, ſi ille Aaron fuit verus Serpens; aſſimiliter illi Magorũ veri Serpentes fuiſſe videntur. Deinde virga Aaron virgas Magorum deuoraſſe, nimirum Serpens eductus ex virga Aaron, Serpentes productos è virgis Magorũ voraſſe dicitur: quare nõ diceret Scriptura illos deuoraſſe, niſi veri, & genuini Serpentes fuiſſent. Tertiò in capite ſubſequenti, nempè capite octauo Exodi habemus, quòd Magi in tertio ſigno defecerunt; neq; ciniphes producere potuerunt: hinc prima duo ſigna vera, & non ſimulata fuiſſe cõiectant. Præterquamquod poſſumus addere, quòd Moyſes fallaciam patefeciſſet, niſi veri, & naturales fuiſſent Serpentes. Iraq; nonnulli doctiſſimi viri excogitarunt quinq; modos, quibus Magi virgas in Serpentes transfigurare potuerint.

B

C Primò Dæmones commouendo, & turbando ſpiritus, in quibus erant ſpecies, & phantaſmata virgarum, & Serpentum potuerunt operari, vt reflecterent ad ſenſum communem, vel etiam ad ſenſum viſus; nempè primò ſpecies virgæ, mox Serpentis, itaut virga in Serpentem, & viciſſim Serpens in virgam mutatus videretur: hæc à Diuo Thoma tractantur. Secundò potuit fieri, vt Dæmon, virtute aliqua naturali occulta, ſpectantium viſum ita turbaret, vel ludificaret, vt eſſe viderentur quæ nõ erant, & non eſſe quæ aderant. Tertiò potuerunt Dæmones virgas illas Magorum illicò conuertere in Serpentes, applicando illis inuiſibiliter aliqua agentia naturalia nobis ignota, & ad producẽdos Serpentes valdè idonea, & efficacia. Quartò fieri potuit, vt Dæmones, non aduertentibus ſpectantibus, virgas à Magis proiectas ſtatim à conſpectu eorum clanculum auferrent, & pro illis angues antea præparatos, vel aliunde delatos ante oculos circumſtantium repræſentarent, itaut virgæ in Serpẽtes tranſmutatæ viderentur. Quintò potuit fieri, vt Dæmones virgas illas in modum, & formam anguium concinnarent, illiſq; Serpentinum motum communicarent. Quapropter, qui negant

D illos magorum Serpentes fuiſſe veros, & naturales, neceſſe eſt, vt duos primos modos, vel quintum ſequantur. Superẽſt igitur quartus modus, qui Lyrano, Abulenſi, & pluribus etiam viris doctis veriſimilior videntur: nam iuxta illum modum, veros fuiſſe Serpentes tueri poſſumus. Sed ambiget aliquis, ſi hoc aſſertum veritati conſonum eſt, quomodo poſſumus atteſtari virgas in Serpentes fuiſſe conuerſas? Reſpondendum eſt in ſcripturis ita legi, quoniam id ſpectantium oculis ita apparebat.

Poſtmodum ſi examinemus miracula Serpentum, quæ Apoſtoli Dei patrarunt, innumerabilia ferè ſe ſe offerent. In primis Apoſtoli Simon, & Iuda coram Perſarum Rege Magos confuderunt: propterea Magi iracundia accenſi multitudinem Serpentum in exitium Apoſtolorum conuocarunt. At Apoſtoli virtute Dei muniti, his Serpentibus pallia ſua implentes, Chriſti nomine inuocato, eos in Magos incitarunt. Ideò Serpentes aſſiduis ictibus Magos vexare cæperunt, qui præ dolore, ritu luporum vlulabant. Vnde Rex, & reliqui ſpectatores dixerunt Apoſtolis: permittite, vt Magi his morſibus pereant; quireſponderunt: nos miſſi ſumus à Domino, vt cunctos ad vitam

Cap. 7.

An Serpentes Magorũ fuerint veri.

In lib. de vita Moſ.

Quæſt. 18. Lib. 3. de Trinit. ca. 6. & 8.

In cõm. ad 24. caput Euang. ſc. Matth.

Par. 1. qu. 114. Art. 3.

SS. Simonis & Iudæ miracula de Serpẽtibus.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

reuocemus, non autem, vt quempiam à vita in necem præcipitemus. Fusis igitur ad E
Deum precibus, iusserunt Apostoli Serpentibus, vt in nomine Omnipotentis Dei, re-
sumpto, quod in Magos infuderat veneno, illicò ad suas latebras reuerterentur.
Hoc Abdias in historia Apostolorum recitauit: quod postmodum Baptista Mantuanus
Lib.6. his versibus confirmauit.

Impia successu hoc mens indignata Magorum
Sic se posse putans Sanctis imponere, coram
Rege ipso, tulit in medium genus omne veneni
Dipsadas, & Iaculos celeres, hydrosq; nepasq;
Natrices, Colubros, & cetera, quæ per Eremum
Solibus ardentem virosa animalia serpunt.
At gemini fratres pecus hoc in membra Magorum
Conuertere.

Lib.3.hist. Apost. Pariter Andreas Apostolus, ex eodem Abdia, ductus ad agrum, in quo Serpens admi- F
randæ magnitudinis (erat enim eius longitudo quinquaginta cubitorum) stabulaba-
tur, & totam illam regionem, magno habitantium damno, deuastabat; belluam
S. Andreæ Apost. miraculum. erecto capite sibilantem intuens, hæc verba protulit: abdas caput, quod ab initio in
perniciem humani generis erexisti, & famulis Dei obtempera, vt pereas. Tunc Serpes
magnum edens rugitum, euomensq; veneni copiam extinctus est. Postmodum San-
ctus perueniens ad prædictum, in quo pusio à Serpente punctus, iacebat mortuus, paren-
tesq; obseruans plorantes, puerum illis viuum restituit, qui coram Apostolo genuflexo
Lib.7.hist. Apost. gratias omnipotenti Deo egerunt immortales. Ex eodem authore, Mattheus Apo-
stolus, & Euangelista per Aethiopiam trasiens, peruenit ad ciuitatem nomine Nadda-
uer, vbi duo Magi Zaraes, & Arphaxat Aeglippum Regem tunc sedētem iudificabant:
Matthæi Apost. miraculum. ipse verò eorum verba tanquam diuina magni faciebat; insuper cuncti non solum ci-
ues, sed etiam gentes finitimæ ad hanc vrbem confluentes, prædictos Magos venera-
bantur: siquidem quamdiu voluissent, omnes sensitiuarū virtutū actiones coercebant,
& Serpentes hinc inde ad homines pungendos congregabant, & post modum cancio-
nibus vulneratos sanabant. Vade Sanctus, his omnibus animaduersis, eorum præstigia G
manifestans, quos immobiles reddebant, ipse soluebat, quos excæcabant, ipse viden-
di facultatem illis restituebat, & tandem Serpentum punctiones, solo Christi nomi-
Lib.5.hist. Apost. ne inuocato, curabat. Similiter, ex prædicto authore, temporibus Ioannis Apostoli, &
Euangelistæ, in Epheso euangelicam doctrinam prædicantis, accidit, vt iuuenis nomi-
Ioan. Apost. & Euang. in Epheso cōcionantis miraculū. ne Callimachus, quotidianis Sancti sermonibus interesset, & mulierem nomine Dru-
sianam deperiret: aeq; ex verbis euangelici præconis præsidium hauriebat; quoniam
immane scelus in dies augere machinabatur. Itaq; mortua Drusiana, & pretio, quo-
dam procuratore corrupto, libidinosa furens insania, tumulum defunctæ ingressus,
pannis inuolutum cadauer exuere cæpit; & cum, iam sublatis penè omnibus exuuijs,
solum genitalis partis supereslet velamen, quod nefariam permixtionem impediebat:
illicò immanis Serpens apparuit, cuius morsu iuuenis saucius corruit exanimis: quare
sequenti die, cum D. Ioannes, & alij ad tumulum venissent vt sacra celebrarent, ca-
Lib.3.Dialog.c.16. dauer Callimachi substratum Serpenti, maximo omnium spectantium terrore, inue-
nerunt. Diuum Marcum, vt recitat Gregorius, penès montem Marsicum in consueto H
oratorē specu immensæ magnitudinis anguis adortus est, quem, oratione non intermis-
Serpens cicur. supra vium vastr. sa, adeò cicurauit, vt cum Sancto etiam cubaret: immò cum hospite triennium con-
uixit, donec Serpens sponte abierit. Tandem Paulus Apostolus, & ipse christiana muni-
tus fiducia, cum apud Melitem insulam à Serpente ictu lethali percussus fuisset, ita vt
omnes eum paulò post peritum crederent, Serpentem excutiens, nihil prorsus mali
passus est.

Cæterùm non solum Apostoli, sed etiam alij Sancti, cunctiq; recta in Deum fide mu-
niti expugnabunt Serpentes, & quodcumq; vegeni genus extinguent: cum id Chri-
Cap.16. stus in Euangelio apud Marcum attestetur his verbis. *Qui crediderit, & baptizatus fue-*
rit, saluus erit: qui verò non crediderit condemnabitur. Signa autem hos sequentur, qui crediderint,
hæc sequentur. In nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, Serpentes tollent,
& si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Quocirca Sanctus Pachomius, cui multa
erga Deum inerat fiducia, sæpè, ex Metaphrasto, Serpentes, & scorpiones illæsus cal-
cauit.

www.libtool.com.cn

A cauit. Item, ex Textore, Didomus Abbas, & Anachoreta innoxius pedibus nudis angues compressit. Iulianus Saba, vt refert Theodoretus, per solitudinem iter faciens, maximum Serpentem offendit, & instans mortis periculum animaduertens, Dei ope implorata, & signo crucis munitus, bestiam interfecit. Idem præstitit Martianus Cyrus: immò, & Donatus Eureæ in Cypro Episcopus (teste Nicephoro) anguem non minorem illis, quos India gignit, solo crucis signo peremit. Amantius etiam vir iustus, ex Gregorio, obuios quosdam angues, sanctissimo crucis signo, necauit: immò latebrarum orificia crucis imagine obsignauit, indeq; angues nonnisi mortui egrediebantur. Diuus Hilarius, vt habetur apud Surium, in Insula Gallinaria multitudine Serpentum redundante, defixa in solo cruce, meram angubus constituit, quam excedere non debebant: paruerunt Serpentes, neq; deinceps assignatos limites preterire ausi sunt. Pariter Sanctus Ioannicius Abbas, referente Surio, reuertens à veneratione tabernaculi Sancti Theophanis, quod erat in Sigriana, præter nauigansq; lacum, qui est ad partem borealem Apolloniadis, appulit Taio; vbi Monastæ, & reliqui Accolæ à copia Serpen-
B tum grauiter vexabantur. Quare Diuum illic versantem omnes habitantes maiorem in modum rogarunt, vt tantæ calamitati finem imponeret: is ad pietatem proclivis, precibus tanquam sagittis vsus est, quibus Serpentes perculsi, Insula relicta, in profundum pelagus se præcipites dederunt. Ex eodem Surio, Volusianus quidam, rebus intellectis admirabilibus, quas Sanctus Vigo Episcopus Baiocensis patrabat, eum summis precibus adiuit, vt ad syluam suo prædio adhærentem accederet, in qua immanis Serpens diuagans solo halitu homines, pecoraque interimebat. Tunc Sanctus biduj spatio in preces incumbens, inediaq; se macerans, implorata Dei misericordia, compertaque Serpentis trita semita, per quam à specu ad fontem, & vicissim à fonte ad latibulum reuertebatur, intrepidus orificio cauernæ appropinquans hæc verba protulit. Præcipio tibi in nomine Iesu Christi filij Dei viui, qui famulis suis virtutem
C ambulandi super Aspidem, & Basiliscum, & conculcandi Leonem, & Draconem communicauit, vt ab hoc antro exeas: his prolatis verbis, Serpens, erecto capite, & exertis dentibus, quasi hominem voraturus prosilijt: at ferum Dei conspicatus statim contracto ore, & demisso capite, ad eum accessit: ideò Sanctus, elata manu, signum crucis exprimens, loro bestiam vinciuit, ligatamq; tanquam mansuetam ouem, ad litus maris ducendam discipulo tradidit; ne imposterũ ei liceret in illa regione diuagari: sicq; locus à pestifero veneno liberatus est. Prædicto simile miraculum patrauit Sanctus Victo Episcopus Virdonensis, vt recitat Surius, tempore Clodouei Francorum Regis: etenim in vasto specu (vbi magna crux lapidea in tanti miraculi monumentum conspicitur) iuxta monasterium Sancti, immensus Serpens latitabat, cuius halitu tam homines, quàm bruta præterceuntia interibant: vnde Regionis Incolæ ad opem Sancti Vitonis cõfugerunt, vt illos hac ærumna liberaret. Sanctus igitur ieiunio triduj munitus, & vniuerso associatus populo, ad spelunce ostium peruenit, & stola, horrificam ligans
D bestiã, omnibus spectantibus, extinxit. Non dissimilé casum Diuo Marcello Episcopo Parisiensi accidisse narrat Surius. Nam sua ætate, mulier, coniugij integritatem viuens non seruauit; ideoque integra post obitum in sepulcro iacere non meruit; quoniam Serpens, qui eam viuentem in crimen traxerat; adhuc in eius cadauer desæuiebat. Quare consanguinei ingentem anguem conspicati, & strepitu vexati, de proprijs sedibus migrare coacti fuerant. Quocirca Beatus Marcellus, hoc intellecto, Christo Duce, & multitudine hominum associatus, ad locum cum bellua pugnaturus accessit. At Serpens de sylua ad tumulum reuertens, Sanctum conspicatus, demisso capite, & cauda blandiente, quasi veniam precabatur: tunc Sanctus Marcellus baculo caput anguis terpercutiens, loro ceruicem ligauit: deinde coram populo, ei iussit ne imposterũ huiusmodi calles repeteret; quamobrem bestia in huiusmodi locis nusquã amplius diuagari visa est. Similiter anguj imperauit Magnus Daniel Scylita, & sanctissimus anachoreta, vt refert Baronius, qui pedes Sancti spiritu arctè inuoluit: at ipse, formidãtibus spectatoribus, audacter increpauit Serpentem, qui illinc statim discedens, & ad parietem repens in omnium conspectu disruptus est. Ex Gregorio habemus, quòd fur hortulum quemdam conculcauerat, vt inde prædam auferret; ideò monachus olitor Serpentem duxit ad locum, per quem fur iugredi solebat, eique nomine Christi iussit, ne quempiam posthac ingredientem admitteret. Itaque sequenti nocte, fur ingressurus, & bestia

Miracula aliorũ Sanctorum.

Li. 12. cap. 45.

Lib. 3. Dialog. c. 35.

Tom. 1.

In vita eiusdẽ Sancti.

In vita S. Vigonis.

Serpens deuastãs syluam à S. Vigone expellitur.

Tom. 7.

In vita S. Marcelli.

Serpẽs à S. Marcello pulsus.

Tom. 6. Annal. Eccles. Lib. 1. Dialog.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Serpēs hortuli cuſtos.

ſtia totum aditum occupante perterr^efactus, reſilijt in vepres, à quibus nonniſi illuce- E
ſcente die, & accedente monacho olitore, ſe extricare nequaquam potuit. Item Sanctus Ammon Abbas vir iuſtus ſuę cellæ cuſtodes duos Serpentes conſtituit aduerſus latrones, qui deinceps accedentes, & beſtias conſpicati, pœnitentia ducti ſanctiſſimi euaſerunt: ſicuti in Vitis ſanctorum Patrem legitur. Sancta etiam Verdiana virgo, vt retu-

To. 13. Annal. Eccleſ.

lit Baronius, ordinem vallis Ombroſianæ profeſſa, cum ad imitationem S. Antonij vexari cuperet, duos habuit Serpentes, qui maximum horrorem illi incutiebant, caudiſq; illam flagellabant, maximè quando eis cibum non porrigebat, aut quando eos in co-

Caude abſciſſa Serpētibus reſtituatur ī integrum.

dem vaſe comedere nō permittebat. Vnde Ardingus Epiſcopus Florentinus ad Sanctam Virginem inuiſendam accedens beſtias expellere voluit: at virgo orans renuit, ne tali patientiæ exercitio priuaretur, immò eis abſciſſas caudas precibus, & ſigno crucis reſtituit. Mannus meminit viri cuiuſdam, qui in regione quadam Poloniæ, poſtpoſita re-

In Hiſt. ſelect. cap. 40.

cta in Deum fide, ad Hæreticos tranſiuit. Hic vineam poſſidebat, in qua neſcio quid coli volebat, ſed cum appropinquaret celebritas, in qua ſanctiſſimi Corporis Chriſti me- F
moria recolitur, in contemptum ſolemnium feriarum, operarios ad fodiendam vineam conducere decreuit. At vxor, in qua nondum Chriſti fides extincta erat, virum obſe-

Serpens virum quendam Dies feſtos contemnētem ſtrāgulat.

crauit, ne diem maximè feſtum aliquo exercitio labefactaret: ille autem verba vxoris nihil pendens, ſtatim atq; diluculauit, operarios in vineam ducens hortabatur, vt alacri animo terram ligonibus proſcinderent. Vix ipſi opus aggreſſi fuerant, cum repentè immanis Serpens ſublato pectore ſibilans vineæ Dominum in gramine ſedentem adortus, ſpiriſq; collum complexus, operarijs fugientibus, ſtrangulauit. Quare ſi præ-

Li. 6. illuſt. mir. c. 22.

dictus peccans, ſolemnibus feriis contemptis, à Serpente necatus fuit, audiamus alium caſum iuuenis, qui contempta matre, ab angue pariter punitus fuit. Legitur hoc miraculum apud Cæſarium Herſterbacenſem. Iuuenis vocabatur Henricus, qui propriam matrem feſtiuis verbis, ſed venenato animo decepit: nam illam rogauerat, vt omnia

Iuuenis paruipendēs matrē Serpēte puniſur.

ſua bona ſibimet concederet, vt vxorem honeſtiorem, & ditiorem in ſui thori ſociam recipere poſſet. Mater annuit, vt filium omni beneficij genere proſequeretur. Hic, hamo coniugali vorato, matrem domo expulit, quæ ob mendicitatem cibum oſtiatim petere G
coacta fuit. Itaq; filius cum vxore in menſa ſedens, pulſata ianua, iuſſit aperiri: ſed interim audita matris voce, ſtatim pullum cum patina iam in menſa collocatum à famulis abſcondi imperauit, ne à matre videretur: interea poſt longum colloquium, matre expulſa, denuò pullum in menſam deferri iubet: ſed famulus in patina Serpentem implicatam inuenit, quo perterritus reuertens, Domino ſpectaculum nunciauit, at ille ſubridens ancillam, ad deferendam cum pullo patinam miſit, quæ mox idem ſe vidiſſe retulit. Verùm Dominus indignatus ſe a famulis illudi putans, & de menſa ſurgens, veniam, inquit, & etiamſi Diabolus ibi fuerit, in menſam deferam. Tunc in herum ad patinam accedētem inſilijt Serpens, & collum eius adeò arctè complicauit, vt oculi, & facies intumeſcerent. Iam intelleximus pullum coctum, ſupra ordinem naturæ, in an-

Tom. 6.

guem conuerſum, nunc, narrante Surio, aliam materiam in Serpentem tranſmutatam admirabimur. Olim quidam agricola, vrgente penuria annonæ, ab hero diuite, & auaro nihil frumenti pro ſatione, & pro victu extrahere potuit: vnde mendicitate oppreſſus, ad Sanctum Spiridonem Archiepiſcopum Trimmythuntem confugit. San- H
ctus materiam quamdam auream inopi agricolæ dedit, quam pro tritico ad herum, loco pignoris, deferri iuſſit. Itaque hac ratione pauper ruſticus copiam frumenti accipiens terræ commiſit, quæ copioſiſſimum fructum opportuno tempore reddidit, quo auream redemptam materiam Sancto Spiridoni, grato animo, retulit. Itaq; Sanctus aurea recepta materia, vna cū agricola ad quamdam horti ſepem ſe conferens, oculis

Materia aurea in Serpentem mutata.

in cęlū eleuatis, hæc verba protulit: Domine mi Ieſu Chriſte, qui ſola voluntate omnia creas, & tranſmutas, qui aliquando virgam Moyſis coram Ægypti Rege in Serpentem conuertiſti, hoc quoq; aurum, quod ex anituante in hanc formam tranſfiguraſti, in priſtinam quoq; formam redige, vt hic pauper diſcat, quòd quæcumq; voluit Deus, operatur. Tunc illud aurum euaſit Serpens, qui circa ſepem, vt prius, voluebatur. Quid

Lib. 4. Illuſtr. mir. cap. 32.

plura? Diabolus etiam ſæpè figuram Serpentis induit. Ideò Cæſarius Herſterbacenſis verba faciens de monachis in Odeo dormitantibus, ſcripſit illum ſoporem à Diabolo dimanare: quādoquidem monachus quidam vir iuſtus ſupra dorſum Fratris Vuielhelmi ſomniculoſi anguem ſæpè repere obſeruauit, ſtatimq; intellexit Diabolum eſſe, qui homi-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A hominibus somnolentis summopere delectatur. Demùm per historiam Viennę impressam anno Domini quinquagesimo primo supra millesimum, & quingentesimum intelleximus, quòd in quibusdam locis Hungariæ innumeri Serpentes in strue manipulorũ frumenti inuenti fuerunt, quos cum rustici comburere vellent, manipuli ignem respuisse dicuntur: nam Serpens cæterorum maximus, erecto capite, humana voce monuit exuri non posse: quandoquidem non sponte, sed supra vim naturæ nati, & propter hominum crimina immissi fuerant.

PROBLEMATA.

CIRCA structuram, & naturam Serpentum, ab Authoribus problemata proponi solent, quæ hoc in loco recensere nõ infrugiferum esse opinamur. Primò circa structurã animalis doctissimus Zimara quærit, cur Serpentes, reliquo quiescente corpore, caput in partem posteriorem vertere possint. Scribit igitur respõdendum esse (veluti etiam superius de natura huius animalis verba fecimus) quoniam Insectorum modo, structura volubili constant, & vertebris cartilaginosis, & flexilibus integrantur, quas natura his animalibus impartita est, vt noxia melius vitare possent; nam aliter propter oblongum corpus, & defectum pedum angues ad conuersionem inepti erant: quandoquidem nihil vtilitati illis esset erectio capitis, nisi illud jetiam conuertere possent.

B

Secundò inuestigant aliqui, cur linguæ Serpentum venenosæ sint, & respondent illas esse poris refertas, per quos malitia humoris in animali prædominantis inde facilè egredi, & etiam communicari possit.

Tertiò clarissimus Zimara quærit cur Serpentes pene, & testibus careant. Responsum autem huius problematis superius assignauimus, quando naturam, & mores horum animalium ponderabamus: nam ob corporis prolixitatem testibus carent, & quoniam cruribus non vtuntur, penem etiam nõ habent. Quamuis inferius ostensuri simus penem, & testes viperis inesse, vt Lector in capite subsequenti legere poterit. *Problem.* 47.

C

Circa naturam, & qualitatem Serpentis, Primitus quæri solet, cur morsus maximè anguium sit venenosus. Respondent aliqui animal mordens ingentes irarum motus in se concepisse, & propterea mordendo venenare: nam in illa actione, bilis subtilissima per totum corpus desseminatur, consequenterq; portio bilio sa circa dentes in morsu relinquitur; hæc autem quo potentior est, eò velocius partem demorsam corrũpit, illamq; in sui naturam vertit; atq; ita venenum augetur; quemadmodum ignis materiam comburendo crescit. Serpentum autem bilis in comparatione ad cætera animalia, acutissima est: quapropter eorum morsus maximè veuenosus esse perhibetur; & præcipuè cùm fel horum animalium maximè lethale ab authoribus celebretur.

Deinde indagari solet cur partes ab anguibus demorsæ intumescant: hãc esse causam multi confirmant, quia bilis anguium calidissima, consequenterq; subtilissima est; ideoque celeriter corporis meatus penetrat, & quascunq; inuenit humiditates, omnes in crassos, & venenatos vapores conuertit: hinc membrum ictu Serpentis percussum facilè redditur tumidum. Hac igitur ratione ducti, Authores Medici partem supra Serpentis morsum vinculis constringunt, ne virus vlterius penetrare possit. Vel etiam dicere possumus partem læsam reddi tumidam, quoniam sanguis, & spiritus, ad ferendas parti sauciæ suppetias, confluentes, illam iustò crassiorem reddunt.

D

Præterea peti solet causa, propter quam frigida aqua super Serpentes aspersa, eos illicò in fugam vertat. Responsio est, hæc animalia frigida temperie esse prædita, vt superius, in examinanda eorum temperatura, enucleauimus. Quapropter frigidam vitant, hyeme latibulantur oriente Sole à cauis exeunt, & eodem occidente occultãtur.

Demùm quærunt Theologi, cur Diabolus Euam ad peccãdum incitans, potius Serpentis, quàm Columbæ formam induerit. Respondent, quia Spiritus Sanctus specie columbæ apparituras erat: propterea Deus hanc formam homini suspectam, & odiosam reddere noluit. Id optimè manifestat Magister Sententiarum, dum ait. *Venit ad hominem in Serpentis specie, qui forte si permitteretur, in columbæ specie venire maluisset, sed non erat dignum, vt spiritus malignus illam formam, homini odiosam faceret, in qua Spiritus Sanctus apparituras erat.* *Lib. 2. Distinct. 21.*

ÆNIG-

www.libtool.com.cn

E

ÆNIGMATA.

NON desunt etiam huic historiæ obscuræ quæstiones, difficilesq; intellectu, nisi aperiantur, quas Græci ænigmata nuncupant. Primum griphum de Serpente, Italici Scriptores concinnant, dum aliquem interrogant: quodnam sit illud animal, quod sine pedibus gradiatur. Hoc autem ænigma saphico carmine sic redditur.

Belluam vidi pedibus carentem,
Quæ suos gressu celeri ad recessus
Passa se confert, modò qualis hæc sit
Dic mihi quæso?

Hanc postea belluam Serpentem esse exponunt, qui citra vllum pedum vsum, velociter quocumq; mouetur. Iterũ interrogare solent, quodnam sit illud animal, quod de- F
glubitum non pereat, sed potius diuturniorem vitam agat. Griphus autem versibus saphicis sic exponitur.

Dic quibus terris animans alatur,
Cui aura vitalis faueat per annos,
Et nihil passus, iuuenescat immò
Pelle leuata.

Hunc animantem anguem esse interpretantur, qui singulis annis, nimirum verno appropinquante tempore, pellem veterem deponens iuuenescere videtur. Ideò ne longa verborum ambage lectores moremur, eos ad scriptores Italicos relegabimus, qui infinita huius generis ænigmata narrare solent.

PHRENOSCHEMATA.

G

ASSIDVI litterarum cultores, ex nocumento, alijsq; anguium proprietatibus argumẽta phrenoschematum desumpserunt. Quidam igitur iuuenis acri ingenio præditus, cognomẽto Lancea, figurauit Serpentem lancea transfixum, seq; circa eamdem voluentem, & illam mordentem cum hoc titulo. FRVSTRA. Forsitan vt omnibus manifestaret incassùm operari, qui aliquid aduersus eius familiam machinabantur. Meminimus vidisse in prima facie nonnullorũ librorum Serpentem pictum in medio flammarum, digito manus mordicus apprehenso, cum inscriptione italica. COSI A CIASCVN NOCENTE, SI COME QVI AL SERPENTE. Authores fortè alludebant ad Zoilos, qui assiduis calumnijs quemcumq; authorem mordere solent.

Panormitanorũ Insigne quale.

Panormitani, pro Insigni gentilitio ciuitatis, aquilam expansis alis effigiant: sed ad denotandam vrbem, vel potius ad describendam Vrbis proprietatem, tale concinnant prhenoschema. Pingunt hominem amplexantem anguem, qui tandem dentibus eius pectus sauciat, cum inscriptione. SE IPSVM DEVORAT, ET ALIENOS NVTRIT. H
Sic enim exprimunt naturam populi Panormitani, qui indigenas odio habet, aduenas verò amore prosequitur.

In 2. par. Insign.

Camillus de Camillis scriptor Italicus exhibet phrenoschema cuiusdam nobilissimi iuuenis, qui figurabat Serpentem inter herbas hoc titulo coronatum. LATET. quasi vellet innuere inter herbas virides iuuentutis, prosperitatum, & diuitiarum, venenum latere; nisi quis cautus prædicta optimè regere norit. Alius ad imitationem prædicti authoris exhibuit iconem anguis in prato florulento iacentis cum hac italica inscriptione. IL SERPENTE TRA FIORI E L'HERBA IACE. Quod Insigne re vera caret illis conditionibus, quibus vera phrenoschemata gaudere debent.

In lib. Insign.

Ex altera parte ab exuuijs anguium alia dimanarunt phrenoschemata: nam Bargalius delineat Serpentem inter saxorum angustias, vetus spolium exuentem, cum titulo italico. CANGIO LA VECCHIA, E NOVA SPOGLIA PRENDO. Hoeq; phrenoschema attribuit cuidam mulieri, quæ cognomento Cangenoua vocabatur. Alioquin

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A quin hoc posset assignari mulieri annosæ, quæ mangonijs simulatam iuuentutem ante oculos intuentium repræsentare nititur.

Russellius eamdem picturam exhibet cum tali inscriptione. ALTERA MELIOR. Hoc phrenoschema assignat cuidam viro nobili, qui, iustis de causis, à seruitute veteri cuiusdam Principis recedens ad aulicam vitam alterius se contulit. Baptista Pittonus idem phrenoschema cum prædicta inscriptione in suo Insignium volumine collocat, quo conatur significare nouam virtutum tunicam vitiorum senecta meliorem esse.

Tandem quidam eruditus, vt ostenderet se alacri animo infortunia passum, & demum huiusmodi animi curis liberatum esse. Delineauit Serpentem, qui iam iam senectam exuerat, cum inscriptione. NITIDVS. Hoc phrenoschema videtur à Virgilio desumptum, qui de Pirrho verba faciens hanc promit comparationem.

Qualis vbi in lucem Coluber mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis nouus exuuys, nitiduſq; iuuenta
B *Lubrica conuolit.*

A reliquis anguiũ proprietatibus decerpta phrenoschemata non desunt. Erenim angues, sole supra orizontem emergente, à cauis exeuntes ad radios solares se conferunt: propterea in volumine Insignium nobiliũ pingitur Serpens radios solares intuens cum inscriptione. HIS DELECTOR. Hoc phrenoschema Comiti Odorico Bissiano attributum fuit, qui alludens ad familiæ cognomentum, & fortè adrem amatam, prædictum Insigne concinnauit. Pariter Bargalius scriptor Italicus tres Serpentes eleuatis capitibus in radios solares figurauit, cum titulo. QVOS BRVMA TEGEBAT. Author refert hoc fuisse phrenoschema nonnullorum Academicorum, qui Romæ RENOVATI nuncupabantur: quare phrenoschema eleganter respicit Academicorum cognomen: cum Serpentes, incunte Vere, à latibulis ad radios solis egredientes, & vetus spolium deponentes se renouent. *In lib. Insign.*

Item vir quidam latinis litteris apprimè excultus calliditatem Serpentis meditans pro phrenoschemate, duas columbas à duobus anguibus circumdatas, absque inscriptione, depinxit: quoniam demõstrare conabatur scientiam, & prudentiam nullo modo à fraudulenta astutia seduci posse.

C Alibi delineatur Serpens circa Marathrũ versans, cum titulo. SOLO MARATHRO VTOR. Volebat fortè author insinuare, quòd sicut Serpens non rectè cernit, nisi oculis ad fœnículum affricatis, ita homo quidquam, absq; diuina ope, moliri non potest. *In lib. Insign. nobil.*

Baptista Pittonus, vt omnibus patefaceret, non cuicũq; sermoni, & præcipuè scelestorum hominum verbis aures semper non esse præbendas; depinxit Serpentem, cauda alteram aurium obturantem, alteram verò humi apponentem, cum inscriptione. VT PRVDENTER AGAM. Siquidem anguis, ad cantiones venantium euitandas, id præstare perhibetur.

Si contemplemur figuram Serpentis tempus denotantis, in alia incidemus Insignia. Nam Iouius delineauit Sphingem cum Serpente, cauda mordicus appreheusa, circulum formante, cum titulo. INCERTA ANIMI DECRETA REVOLVET. Hoc phrenoschema cuidam Iuris consulto assignauit, qui, in ferenda quadam sententia, valdè D anceps fuit: etenim sphinx apud Ægyptios pro expositione ænigmatum pingebatur, & Serpens in modum circuli reuolutus tempus designabat. Similiter Bargalius proponit iconem Serpentis in modum circuli, cum inscriptione. AD ME REDEO. Hoc attribuit viro, qui iniuriarum cirò non obliuiscitur. Alius eamdem Serpentis circularem figuram exhibuit, cum inscriptione. PRÆTERQVAM MEOS IGNES. Serpens enim hoc modo pictus tempus indicat, qua propter hoc phrenoschemate significabat æternitatem illius incendij, quo assiduè afflictabatur. *In lib. Insign. milit.* *loco cit.*

Quidam contemplans Herculem in cunabulis cum anguibus, pinxit hunc infantem duos angues prementem, cum inscriptione. FORTES CREANTVR FORTIBVS. Deniq; Lucas Contilis effigiauit caduceum Mercurij hoc titulo inscriptum. CVPIDITATVM QVIES. Hoc autem phrenoschema Academico TRANQVILLO nuncupato assignauit: quandoquidem sicuti caduceus Mercurij nil aliud est nisi virga Lauri duobus circũdata Serpentibus, ob virtutẽ virgæ, amicè se intuentibus: ita hic academicus animi sui tranquillitatem monstrat, dũ prædictum cognomen sibi comparauit. *In lib. Insign.*

INSI-

www.libtool.com.cn

E

INSIGNIA GENTILITIA ET MILITARIA.

Insigne gentilitiũ Græcæ.

PRISCORVM Græcorũ olim Insigne fuisse Serpentis effigiem, quæ propriũ dominium demonstraret: quemadmodum apud Romanos aquila denotabat, multi authores confirmant. Quapropter aliqui figurantes Serpentem à duobus Coruis vexatum indicabant Græciam, quam exteræ nationes, post Leonem Philosophum Imperatorem Constantinopolitanum, exercuerunt. Angues quoq; Insigne Triptolemei exornasse multi attestantur: Quandoquidem Historiographi memorãt picturam anguium in longa naui fuisse, qua Triptolemeus Orbem lustrauit. Vnde Claudianus huius nauis

Lib. 1. de Rapt. Proserp.

mentionem faciens dixit. *Anguesq; Triptolemei stridentes.* F

Mantheon Aegyptius author tradit (referente Pierio) Oscum, qui Tyrrhenis imperauit, Insigne Serpentis habuisse: nam vocabulum (Oscus) Etrusca lingua Serpentem denotasse perhibetur. Alioquin Seruius scribit Oscos nuncupari populos copia Serpentum redundantes. Spinula in suo opere poetico meminit Insignis Caroli Vicecomitis, in quo Serpens pingebatur: ideòq; poeta alludens ad hoc Insigne gentilitium, & ad proprium cognomen, sic cecinit.

Li. 1. Epig.

Quod tibi nonnulli de me dixere, caueto
Anguiger imprudens, Spinula te feriet.

Insigne gentilitiũ Mediolani.

Cæterùm inter alia emicat Insigne gentilitium Mediolani, nimirum Serpens cæruleus in campo aureo infantem rubore tinctum euomens. in quod Alciatus ad Ducem Mediolani scribens hæc carmina concinnauit.

Exiliens infans sinuosa è faucibus angvis,
Est gentilitijs nobile stemma tuis.
Talia Pelleum gessisse nvmisinata Regem
Vidimvs, bisq; svum concelebrasse genvs: G
Dvm se Ammone satvm, matrem anguis imagine lvsam,
Diuini & sobolem seminis esse docet:
Ore exit: tradunt sic quosdam enixior angues;
An quia sic Pallas de capite orta Iouis?

Lib. 4.

Cur autem Serpens prædicto figuratus modo Insigne hoc gentilitium exornet; Authores inter se sententijs variant. Franciscus Petrarcha prodit, quòd Azo Vicecomes, qui deinde Mediolani Principatũ obtinuit, Patris iussu, cum copijs venit Apenninum, & in ea expeditione, cum fortè equo descendens requiesceret, Serpens, vel (vt alij volunt) vipera, nemine comitum aduertente, in galeam Principis irrepsit, quam cum capiti reponeret, bestia decidens per iuuenis faciem, nihil læsit. Ille animosus hoc ad omen victoriæ traxit. Ideòq; hinc factum est, vt pro militari symbolo deinceps Serpente vteretur. Alterius opinionis fuit Paulus Iouius historiarum scriptor, qui retulit Othonem in

Cur Serpẽs in Insigni gentilitio Mediolani figuretur.

sacro, & ab omnibus commendato bello contra Turcas, & Sarracenos, Buliono Godofredo duce, insigni pietate, & animi magnitudine virum nihil territum Volucis Sarraceni ferocitate, qui ad singulare certamen fortissimum quemq; ex acie christiana prouocabat, cum eo fuisse congressum, & tandem non minori fortitudine, quàm fælicitate superasse, & de galea interrempti hostis opimum spolium retulisse, nempè Serpentem, vel viperam inexplicatis spiris à cono cassidis erectam, & puerum passis manibus deuorantem. Hoc postmodum ad Insigne gentilitium Mediolani tractum fuit. Etenim prisca consuetudine receptum fuit, in galea, vel in parma Insigne gentilitium, vel militare gestare. H

Hinc Sagunenses, qui erant sub magistro peditum, pro Insigni duos angues in modum decussis pictos gerebant. Militum Brannensium Insigne, Serpentis icon humano capite exornabat. Curatij seniores sub magistro equitum militantes in parma nigra luteos angues ferebant. Menapij seniores nuncupati gestabant parmam, in qua Serpens flauus in campo viridi refulgebat, cuius marginem limbus ruber coronabat.

Inter-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A Inter gestamina Præfectorum fabricæ, quæ sex erant, horum vnum erat dimidiatus Serpẽs in parma coloris cærulei, quam aureus vmbilicus, & margo rubicundus exornabat. At Honoriani iuniores sub illustri viro magistro equitũ militantes, in parma, duorum Serpentũ mutilatorum effigiem habebant, cum vmbilico argenteo in area rubra. Mauritalites duorũ Serpẽtum mutilatorũ figuram albi coloris gerebant in parma viridi. Marcomani iuniores caducei formam nimirũ albos angues in clypeo rubro præferebant. Marcomani verò seniores eumdem præfectum sectantes, prassinos habebant caducei Serpentes, in alba parma, quam luteus circulus ambibat.

Horum comilitones erant Batani, qui angues in morem caducei flexos in campo parmæ rubro gestabant. Vindices nuncupati ferebant angues in modum caducei flexos cærulei coloris in parma tota lutea. Atecotti iuniores habebãt angues ex caduceo rubros in cærulea parma dilutiore, quam margo ruber ambibat, & intra Serpentum ambitum figura cordis conspiciebatur. Illa legio, quæ sexta Parthica vocabatur integrum caduceum, nempè totos angues expressos vnà cum baculo luteos ferebat in par-
B ma cærulea, cuius marginem circulus purpureus decorabat. Anglevarij erant, quorum Insigne fuit ruber caduceus, in cuius virgæ summitate erat pila, ex qua Serpentes ad osculum erumpentes, iuxta medium parmæ, flectebantur. Cornuti sub magistro militum solebant in parma tota lutea sub nigro circulo exornata duos Serpentes rubeos non è virga, sed veluti è cippo quodam emissos ad osculum incuruatos deferre. Falconarij milites, in parma tota purpurea, gestabant duos cæruleos angues, qui à quadam veluti columella sustentabantur, & mox in superiorem caducei partem curuabantur. Tandem Brachiani sub magistro equitum caducei gestamen vsurpabant: albos enim præferebant Serpentes cum pedamento identidem albo in parma prassina. Reliqua Insigna, quæ ferè sunt innumera, per historias aliorum animalium legere licet, vt suo loco fuit expositum, & deinceps exponetur.

HISTORICA.

C QVAMVIS ex superius enarratis, angues humano generi se pertinaces exhibeant inimicos: attamen ex nonnullis historijs collegimus repertos esse quandoq; Serpentes, qui singulari fauore homines complexi sunt. Primùm legimus apud Plutarchum, quòd Serpentes puellas immoderatis affectibus interdum prosecuti sunt. Nam Ætoliæ, anguis cuiusdam pueilæ amore captus, noctu eam adire suetus, corporiq; puellæ circumfusus, hac atq; illac illabens, eam nunquam lædebat, & opportunè sub diluculum recedebat. Custodes mulieris id animaduertentes, vt puella aliò migraret, instituerunt. At Serpens eam sedulò quæritans, tandem fortuito illam inuenit, sed non vt solitus erat gratus, & benignus, immò asper, & horridus in eam insiliens, spira manibus ad corpus constrictis, caudæ residuo fæmora flagellabat.

Pariter Egemon (referente Ælian o) versibus dardanicis, magnum expressit Ser- *Lib. 9. c. 5.*
D pentis amorem erga Aleuam pastorem Thessalum, qui iuxta fontem Thessalicum nomine Hamonium, boues pascebat, quò anguis accedens, repensq;, comam pastoris auream, & faciem grato affectu lingebat. Hoc autem nobis mirum non debet videri: quandoquidem, ex Plutarcho habemus, Serpentem fœminã ab Ægyptiaco quodam viro tam familiariter altam fuisse, vt ad mensam quotidie veniret; quæ, cum catulos enixa esset, quorum vnus hospitis filium ictu peremit, hoc facinore cognito, egressa & ipsa filium suum morte punuit, deinde voluntarium exilium sibi imposterum delegit.

Ad rem narrat Cæsarius Heisterbacensis, quòd quidam homo, accepto in latere *L. 10. hist. memor. ca.* sinistro vulnere, quòd iam in vlcus putridum, & insanabile degenerauerat, quadam 70.
die, nudato latere, super truncũ succisæ arboris se inclinauit, vt irrumpenti saniei commodiorem locum præstaret: ibi interim soporatus est; sed ab angue adueniente, & vl- *Serpens vlceri medetur.*
cus sugente expergefactus, veneni metu, eum excussit: interea tantum leuamen percepit, vt sequenti die, in prædicto loco, sugendi vlceris facultatem Serpenti dederit, indeq; perfectam valetudinem recuperauit. Exin à Serpente adeo cæpit diligi, vt aliquo in loco cubare non posset, quin ad eum Serpens accederet: vnde homo ab huiusmodi con-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

consortio abhorrens regionem mutauit. Itaq; per anni dimidij ſpatium anguem non E
vidit. Denuò reuerſum in patriam Serpens ita ſectabatur, vt, cum non poſſet ad vici cubile ingredi, iuxta ianuam moraretur: multi ei perſuaſerunt, vt Serpentem occideret. Homo autem ſolebat dicere, nunquam medicum meum interficere auderem.

Lib. c. 71. Serpens à muliere deglutitus.

Ex eodem authore habemus, quòd in villa *Dubre* nuncupata Diœceſis Trajectenſis, os apertum mulieris prægnantis iuxta alueola apum, ſomno correptæ, Serpens intrauit: at perueniens maritus ad excitandam dormientem, caudam ſolùm Serpentis iuxta palatum vxoris vidit. Nihilominus expergefactæ, & partui proximæ quidquàm indicare noluit, ne timore ducta vna cum fœtu periret. Aduenientè autem hora partus, mulier ſimul cum infante anguem abſq; nocumento enixa eſt, quorum in vtero aliquandiù amicè vixit.

Lib. 21. c. 30.

Recitat etiam Olaus Magnus, quòd in extrema Aquilonis plaga Serpentes verſantur, qui ſub tectis non ſolùm colluduat, ſed etiam plerumq; in cunabulis infantium tanquam fidi cuſtodes dormiunt, quos offendere, magnum eſſe crimen incolæ arbitrantur. Verùm ſi, vel fortuito incendio, vel peſtilentia craſſante, habitatores domus de- F
leantur, in antris prædictæ habitationis remanent, & tanto agmine creſcunt, vt nouis habitantibus difficultatem parian: quò minus tutò cum ipſis cohabitare poſſint.

Magnus etiam Serpens ſecus Olympiadem matrem Alexandri Magni dormientem viſus eſt, vt promulgauit Plutarchus. Ideò Alexander à Ioue in Serpentem conuerſo genitus fuiſſe dicebatur. Quod de Olympiade Philippi Regis vxore, & Matre Alexandri Magni Hiſtoriographi retulerunt; de Matre etiam Pub. Scipionis, qui prior Africanus nuncupatus eſt monimentis mandarunt. Nam Higinus, & alij de vita, & moribus Africani, verba facientes, ſcriptum reliquerunt in lecto eius matris ſterilis vulgò creditæ anguem ingentem viſum fuiſſe cubantem: vnde vociferantibus, qui viderunt, inde elapſum coerceri non potuiſſe. Itaq; hoc ab Ariolis intellecto, ipſi, celebratis de more ſacrificijs, reſponderunt fore, vt Liberi ex ipſa prodirent.

In Eliacis.

Aliud admirandum de Serpente pronunciat Pauſanias. Etenim, cum inter Arcadas, & Eleos magnum exerceretur bellum, & Eleos Arcades valdè vrgerent; accidit fortè, vt ingruentibus Arcadibus, mulier infantem ſinu geſtans Eleis ſe ſe obtulerit, à G
qua, graui impendente periculo, opem imploraſſit: interim illa infantem in prima agri parte collocauit. Irruentibus autem Arcadibus infans ille, Serpens immanis viſus eſt, quo perterrefacti regreſſi ſunt. Elei verò, hoc omine hilares, hoſtes inſecuti Arcadas fuderunt, & victoriam reportarunt. Poſtmodum ab Eleis templum erectum fuit, vbi Serpens inimicos in fugam vertit, in quo Genius, ſeu Dæmon nomine, σωσίπολις, ab euentu liberatæ vrbis nuncupatus eſt.

Soſipolis Genius quidam.

Demùm Hiſtoriographi publicât, quòd Protho Danicus pugil, & Rex Herculem puſionem imitatus, vix ſex pubertatis annos menſus, Serpentem miræ magnitudinis, & ferocitate inſignem aggreſſus eſt, ſed ſpiculis, ob pellis aſperitatem, nihil ferientibus, immiſſo in ventrem ferro, extinxit. Non minoris fortitudinis iudicandum eſſe Fridleuum multi exiſtimant, qui non ſolum fortitudinis probandæ gratia, ſed voluntate quoq; acquirendi theſauri ductus, Serpentem corporis robore, & venenatis morſibus admodum formidabilem adortus eſt, & telis non conferentibus ob cutis duritiem, tandem perfoſſa alui molliori parte, eum exanimauit: cum tamen prædictus Serpens ſpi- H
ris caudæ arbores complectens euelleret.

In hiſt. Peruana cap. 10.

Prædictis tanquam coronidem addemus aſſertum Auguſtini Zaratæ, qui agens de varijs Indorum opinionibus, tradebat ipſos fateri diluuium vniuerſale, ex quo ob immodicam humiditatem innumeri Serpentes procreati fuerunt, qui grauibus moleſtijs humanum genus vexantes, tandem ab hominibus omnes interfecti fuerunt. Ad finem legitur in hiſtoria Indiæ Luſitanicæ, quòd, quando Sol, ob interpoſitionem terræ, ita opponitur Lunæ, vt illam illuminare non poſſit, Incolæ deficientem Lunam à Serpente deuorari arbitrantur: quocirca multas bombardas aduerſus Cælum diſplodunt, magniſq; clamoribus totum aerem replent, vt Serpens Lunam demittat. Tranſacta autem eclipſi, ipſi Lunam priſtinum acquirentem lumen à Serpente euomi fatentur.

SOM-

www.libtool.com.cn

A

SOMNIA, EORVMQVE PRÆSAGIA.

QVAMVIS superius relatum fuerit secus Olympiadem Alexandri Magni Matrem in lecto iacentem ab ancillis Serpentem immensum cubantem conspectum fuisse: attamen suistinus tradit, qua nocte Olympias Magnum Alexandrum concepit, sibi per quietem visam fuisse cum ingenti Serpente volutari. Nec somnio decepta est, namq; maius opus humana, mortalitate vtero gessit; dum Alexandrum virum supra humanam potentiam, magnitudine animi insignitum peperit. *Lib.12.*

B Pariter Faustina sibi visa est in somnis duos Serpentes, sed ex his vnum ferociorem eniti: dum Antonium, & Commodū vtero ferret: id autem vita Commodi voluptuosa, & pernicioſa comprobauit: non enim homo fuit, sed immanis Serpens, ad humani generis internecionem immissus. *Faustinæ somnium.*

Item in historia Indica legitur, quòd in quadam Regione supra Cinam, Occidentem versus *Cegnico* nuncupata Rex olim sedebat, qui per quietem ter vidit infantem ipsum monentem, se velle in vterum eius vxoris ingredi: Rex, somnio vxori narrato, deinceps cum ea cubare noluit. Ideòq; Regina, præter omnium opinionem, grauida, transacto nouem mensium spatio, filium peperit. At mater in lucem effundens hunc filium ab Indis XAQVA appellatum interijt. Referuntq; Indi in ipso Infantis ortu, duos Serpentes alatos supra vim naturæ in aere stantes, aquam supra infantem proiecisse. *Par.3.*

De vano autem somniorū præsagio, Onerocriti scribunt, ab anguibus per quietem ab aliquo interremptis, victoriā significari: quapropter legitur apud Suidam ὄφεις πατεῖν, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν λύει. Nimirū, Serpentes calcare, stimulos hostium soluit. Verùm Artemidorus scriptum reliquit aliud nugamentū, nempè, per Serpentem erectum,

C quoddam bonum præsagium denotari, qui, si moueatur, & accedat, morbū, & pestem portendit, ægrotantibus verò salutem prænunciat. Cardanus autem, qui in huiusmodi materia assiduum congerronem agit, visum in somnis Serpentem malum esse prædicat: quandoquidem à Serpentibus occulti, & infidioſi inimici denotantur. Alibi quoq; promulgauit, quòd Serpens in quiete conspectus, propter linguæ volubilitatem, Rhetorem designat; deinde Sacerdotem, quia sacer Æsculapio perhibeatur; immò vatem, quia sacer sit Apollini. Amplius ex eodem authore, anguis in somnio visus capite puniendū significat: cum Serpens ad internicionem in capite cædi soleat, item fugitiuum, quoniam latebras semper quæritet, & denique hominem resolutum: cum pedibus ingressu non vtatur; & qui resoluti sunt, proficisci non possunt. Hæc, & alias huius generis fabulas exarat Cardanus de anguibus in somnio visis, quas, nec non alias similes vnusquisq; pertractans anguium proprietates, imaginari, & componere potest. *Li.1.de Insom.c.35.*

D

SIMVLACRA, ET STATVÆ.

EMISSO Serpentis ænei simulacro, quod iussu Moysis olim in Deserto erectum fuit indicans Constantiam, & Continentiam, quod aspicientes Hebræi à morsibus anguium sanabantur: cum tamen in eo nulla vis sanandi esset, sed solus Deus sub conditione inspecti Serpentis ægros curaret. Attamen Populus hæbraicus existimans se à Serpente sanatū, ratusq; aliquid in eo latere diuinitatis, illud simulacrum venerabatur: quapropter sacra pagina in historia Regum hæc habet. *Ipse dissipauit excelsa, contriuit statuas, confregisq; Serpentem æneum, quem fecerat Moyses: siquidem vsq; ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum.* Hic sacra pagina meminit Ezechiæ Regis: nam huiusmodi tempus ab anno quadragesimo exitus de Ægypto fuit annorum septingentorum viginti septem: neq; tamen existimandum est eo tempore simulacrum Serpentis æneipro Idolo semper fuisse cultum, sed ætate tantūmodo impiorum Regum; nam *Lib.4.Reg. cap.48.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

pij Reges, illud, Moysis reuerentia, tanquam nobile antiquitatis, & munificentiæ diuinæ monumentum, iussuq; Dei conflatum, prodigioq; nobilitatum intactum reliquerunt: donec Ezechias Rex Sanctissimus, & æquissimus in Hierusalem regnans hunc scandali lapidem sustulit. Nam postmodum Ethnici non solùm ob rationes allatas, sed quia hoc animal longeuæ sit vitæ, sine pedibus gradiatur, & deponens senectam iuuenescat, eum felicem Dæmonem appellarunt, eiq; Ophioni cognominato, veluti cæteris Dijs immolarunt. Vnde Doctor Ecclesiæ Ambrosius (atteſtante Blondo Flauio) vt rectam in Deum fidem christicolis redderet gratiorem, huius Ophionis simulacrum ab Ethnicis cultum in Mediolanensi Ecclesia conseruari voluit. Quamobrem non iniuria scribebat Bugatus, quòd in templo D. Ambrosij supra columnam marmoream iuxta aram Christi crucifixi locatum fuit simulacrum illius Serpentis ænei à filijs Israel olim in Deserto cultum; addiq; meritò iuxta prædictum altare fuisse positum; cum altissimi crucis mysterij symbolum fuerit.

L. 1. Romæ triumph.

Lib. 3. hist. Mediol.

Nonnulli volunt, Alciatum ad hoc simulacrum alludisse emblemate quadragesimo nono supra centesimum, vbi magnum anguem iuxta aram depingit, cum inscriptione. SALVS PVBLICA. Hinc cultus Serpentum in omnes ferè Ethnicos desseminatus est. Clearchus quidem, referente Æliano, scripsit solos Argiuos Serpentem non perimere, quoniam eum venerarentur. Nihilominus, ex Herodoto, Athenienses aiebant ingentem anguem arcis custodem in templo fuisse obseruatum. Amplius Iuppiter in multis Græciæ locis sub anguis simulacro colebatur. Olim quoq; Lituani Serpentes, & eorum simulacra venerabantur: propterea Æneas Syluius agens de Europa hæc habet: *Primi, quos adij ex Lituanis, Serpentes colebant. Pater familias suum quisq; in angulo domus Serpentem habuit, cui cibum dedit, ac sacrificium fecit. Hos Hieronymus iussit omnes interfici, & in foro adductos publicè concremari.*

Serpentes vbi culti.

Alij demùm ex Antiquis humana cum brutis copulantes, quasdam icones figurabant, & pro Dijs colebant: vnde D. Athanasius rectè pronunciabat simulacra pro Dijs constituta fuisse, quæ in natura dissimilia erãt: nimirùm ophiocephalos, cynopephalos, & onocephalos scilicet picturas habentes caput Serpentis, canis, & asini exhibebant adorandas. Quid plura? non solum Serpentes passim ab Ethnicis erant culti, sed etiam pro Genijs locorum habiti, quia omnibus mysterijs ipsos interesse opinabantur. Immò ad conciliandam alicui loco reuerentiam, simulacra anguium pingebant: quemadmodum hodie crucis simulacro Christicolæ vtuntur. Itaq; huc proculdubiò respexit Poeta satyricus, quando si cecinit.

Angues picti ad conciliandam loco reuerentiam.

——— hic veto quisquam faxit oletum,
Pinge duos angues, pueri, sacer est locus, extra
Meite.

Præterea iconibus etiam aliorum Deorum, simulacra anguiũ addere solebant: quapropter Rauisius Textor Saturni currum ab anguibus tractum pingebat: Deæ Opis imagini non modo Leonum, sed Serpentum quoq; simulacra adiungebant. In Iunonis dextra caput Serpentis pingebant, vt superius etiam innuimus. Pausanias in Regione Attica describebat Mineruam in curru à noctuis tracto armatam, cum icone capitis Medusæ in pectore, galea cum sphinge tectam, hastam manu stringentem, cuius pars postrema ab angue circumdabatur; fortè ad significandam vigilantiam; quam Disciplinæ expostulare solent.

Tom. 1. Offic.

Simulacra anguiũ addita Deabũ simulacris.

Item Iulius Camillus in Idæa theatri ad designandam Discordiam, & rerũ vicissitudines, duos Serpẽtes inter se dimicantes in porta Martis effigiatos fuisse fatetur. Pariter Plutarchus obseruauit apud Oraculum Delphicum Serpentis simulacrum solere cõspici, qui ad singulare certamen Apollinem prouocare videbatur. Alij pedibus simulacri Apollinis tricipitem magnitudinis immensæ Serpentem subijciebant, alludentes ad prudentiam Serpenti attributam, quæ non solum præsentia examinat, sed etiam futura meditatur. Iuxta illud.

Serpẽs triceps penès simulacrũ Apollinis.

Quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahuntur.

Circa Mercurij virgam, quam caduceum appellant, duorum anguium inuolutorum simulacrum pingebant, quorum primæ partes, pressis oculis, ambitum circuli iungebant; multiq; affirmant simulacrum hoc minas, & pacem ostentasse: cum plerisq; in locis Serpentis effigies pro bello, & funesta clade vsurpetur; deinde osculum pacis, & con-

www.libtool.com.cn

A concordiæ indicium esse videtur. Hanc autem Mercurij virgam anguium simulacro exornarunt, vel quia Mercurius obiter inuentos duos angues inter se pugnantes, virga appolita, conciliauerit, vt etiam superius fuit exaratum, aut quia, referente Plinio, multi angues, aliquando in globum amicè adstricti, & complicati de iugorum vertibus ad ima peruoluantur: quemadmodum contingit in Æthiopia, vbi tanta anguium vis, conuenit, & conuoluitur in girum, vt intuentibus montis speciem reddat. Hinc gentes caduceum anguium circumdata effigie in pacis argumentum fabricarunt. *Virga Mercurij cur Serpentibus ornata.*

Amplius salubritatis Deum Æsculapium Veteres omnes tàm græci, quàm latini pingebant, vel sculpebant cũ simulacro Serpentis crura Æsculapij cauda implicantis; præterquam in templo Epidauri, vbi solum anguis simulacrum sub nomine Æsculapij colebatur. Etenim Æsculapius olim egregius medicus Dianę precibus Hyppolitum ab equis discerpeum varijs præsidijs in vitam reuocans, bilem in Iouis pectore concitauit, à quo postea fulmine percussus, post obitum, Deus sub effigie Serpentis habitus, & diuinis honoribus cumulatus est. Immò sub eadem Serpentis specie, Consulibus Quinto Fa-
B bio, & Iunio Bruto, Romam fuit aduectus, vt, pestilentia crassante, Romani liberarentur. De quo loquitur Ouidius hunc in modum. *Li. 15. Metamor.*

Cum Deus in somnis opifer consistere visus
Ante tuum Romane torum, sed qualis in ade
Esse solet, baculumq; tenens agreste sinistra,
Cæsariem longa dextra deducere barba:
Et placido tales emittere pectore voces.
Pone metus, veniam, simulacraq; nostra relinquam,
Hunc modo Serpentem, baculum qui nexibus ambit,
Perspice, & vsq; nota, visum vt cognoscere possis:
Vertar in hunc, sed maior ero, tantusq; videbor,
In quantum verti cælestia corpore possunt.
Extemplo cum voce Deus, cum voce Deoq;
Somnus abit, somniq; fugam lux alma secuta est.
C *Postera sidereos aurora fugauerat ignes,*
Incerti quid agant proceres, ad templa petiti
Conueniunt operosa Dei, quaq; ipse morari
Sede velit, signis cælestibus indicet, orant.
Vix bene desierant cum iustis auribus altis
In Serpente Deus prænuncia sibila mouit,
Aduentuq; suo, signumq;, aras q; foresq;
Marmoreumq; solum, fastigiaq; aurea mouit,
Pectoribusq; tenus media sublimis in ade
Constitit, atq; oculos circumtulit igne micantes.
Territa turba patet, cognouit numina castus
Euinctus vitta crines albente Sacerdos
En Deus est, Deus est, animis linguisq; fauete,
Quisquis adest, dixit.

D Idcirco Romani, recuperata sanitate, hunc Serpentem iudicarunt dignum, cui æterni decernerentur honores; & propterea in Insula Tiberis amplissimum, & sumptuosum illi erexerunt templũ; quam historiam elegantissimè prosequitur Ouidius, dum canit.

Iamq; caput rerum, Romanam intrauerat urbem,
Erigitur Serpens summoq; accliuia malo
Calla mouet sedesq; sibi circumspicit aptas.
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis,
Insula nomen habet, laterumq; à parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc se de Latia pinu Phœbeius anguis
Contulit, & finem, specie cæleste resumpta,
Luctibus imposuit, venitq; salutifer vrbi.

Hunc Serpentem postmodum nonnulli à D. Syluestro extinctum, & dissipatum fuisse arbitrantur. Verum Romani tali numine carere nolentes, simulacrum Serpentis aspe-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ctu terribile ex ligno, aliaue materia fabrefactum in remoto ſpecu colendum poſue- E
runt; vbi ad tempora vſq; Honorij Imperatoris manſit. Tunc enim rurſus per ſanctum
Monachum impoſtura detecta, & deſtructa Romani auito Deo prorſus caruerunt.

In lib. illuſtrat. antiq. epitaph.

Gabriel etiam Simeon meminit cuiuſdam marmoris, quod Lugduni conſpicatus eſt, in cuius ſuperiori parte humani capitis erat effigies in reliquo marmore ſimulacrum Serpentis, cum litteris inſculptis. DEO INVICTO MITHR SECVNDINVS DAT. Ideòq; ex ſimulacro anguis, colligit hoc marmor in monumentum Æſculapij cælatum fuiſſe. In quorum confirmationem ſcribit Pauſanias penès Corinthum fuiſſe ciuitatem, in qua celeberrimũ Æſculapij templum viſebatur, varijs, & pulcherrimis ſtatuis ornatum: inter quas vna ſupra Serpentem ſedebat, quam eſſe matrem Arati Æſculapij filij putabant. Rurſus in quadam Bœotiæ ſpelunca, ex qua fluuius Ericinus originem ducit, eodem Pauſania teſte, conſpiciebantur quædam ſimulacra manibus tenentia virgas Serpentibus implicatas. Hæc autem ſimulacra Æſculapium, & Higeiam eius filiam repræſentare multi arbitrabantur.

Serpentes ab Indis coluntur.

Li. 9. c. 10.

Hic autem ritus adorandi angues, eorumq; ſimulacra, ad Indicas vſq; Regiones penetrauit. Etenim, ex hiſtoria Indiæ Luſitanicæ, Incolæ Ormuz Serpentes, & vaccas magna veneratione proſequuntur, eorumq; ſimulacra magnificiunt. Item Rex Calechuti tanti Serpentes facit, vt non minus acerba morte homicidam, quam anguis percuſſorem afficiat: immò pro his animalibus mapalia fabricari curat, ne ab iniurijs aeris lædantur. ſiquidem, ex Ælliano, gentes Indicæ diuina numina à Cælo delapſa Serpentes eſſe arbitrantur, cum leui ictu demorſus celerem necem afferant. Smiliter Auguſtinus

Lib. 1. hiſt. Peruc. 4.

Zarate meminit habitantium ſub linea æquinoctiali, qui in templis multa Serpentum ſimulacra adorant. Item Balbus in Itinerario in Indiam orientalem memorat nonnullas nationes, quæ ſimulacrum Serpentis venerantur. Demùm Idolum Mexicanorum in

Lib. 4. hiſt. Ind. occid. cap. 9.

ligno cælatum forma humana in ſella, habet vtrimq; baculum capite Serpentino præminentem, & ad dextram fulcrum quoddam anguiforme conſpicitur.

Præter ſimulacra ab Antiquis diuina habita; in aliis etiam Serpentes conſpici ſolebant: propterea quod, ex Pauſania, in arce Athenarum imago Herculis Serpentes ſuffocantis viſebatur. In ſcuto eiuſdem Herois centum angues picti eſſe ferebantur: vnde G
Virgilius verba faciens de Auentino ſic canebat.

L. 7. Æneid.

——— *clypeoq; Inſigne pater num*
Centum angues, cinctamq; gerit Serpentibus hydram.

Par. 1. Icõ.

Ripa etiam ad indicandum Solem, pinxit iuuenem aureis capillis comatum, pedibus calcantem confoſſum telis anguem, alludens ad fabulam Pythonis, de qua ſupra egimus, Plutarchus in libro de Iſide, & Oſyride ſcriptum reliquit, Hermopoli ſimulacrum Typhonis videri nimirum equum fluuiatilem, cui inſiſtit accipiter Serpentem impugnans: nam per equum demonſtrabant Typhonem, per accipitrem vim, & principatum, quem violenter ſibi compatauit.

Lib. 4. Hierogl.

Goropius, & ipſe pingit ſimulacrum Harpocratis, quale apud Botios, & cæteros Ægyptios videbatur, nempè puſionem, indice ori appoſito, ſilentium indicantem, cum lunula in fronte, aure in ſuncipite, & Serpente in occipite. Serpens igitur in hoc

Serpens in ſimulacro Harpocratis.

ſimulacro pingebatur, quia quotannis, depoſito veteri ſpolio, recens natus videatur: vt tacitè denotetur humanæ contemplationi tales ineſſe vires, vt quicquid in nobis H
veteris eſt, excuti poſſit, vt noua rurſus vita ſuccedat. Neque enim Harpocrates tantummodo puer eſt, ſed etiam monitis ſuis obtemperantes è ſenibus pueros reddit, & priſtino reſtituit vigori: idq; maximè quando terrenis, & mortalibus neglectis rebus, homines æternis, & nunquam ſenio interituris toti adhærent.

Tandem in Septentrionali tabula Olai magni pinguntur paſtores cum Serpentibus depugnantes, vt gregem ab illis tueantur. Amplius ſimulacro trium Serpentum Aſia denotatur: quemadmodum Ibis Ægyptum, Elephantus Africam, Cuniculus Hiſpaniam, & Equus Italiam ſignificat, de quibus omnibus ſuo loco actum fuit: quapropter ob copiam horum animalium in Aſia verſantium vulgo dici ſolet. *Quid mali ab Aſia?* veluti dicitur, ob monſtrorum copiam, *Quid noui ab Africa?*

Par. 1. Icõ. Democratis ſimulacrum.

Inſuper ad repræſentandam Democratiã, Ripa depinxit mulierem ætatis virilis, ſiniſtra multos Serpentes ſimul iunctos ſtringentem, qui Serpentes in hoc ſimulacro duo ſignificare poſſunt; primò gubernationem plebis non multi faciendam eſſe, cum gloriam,

www.libtool.com.cn

A riam, & honorem non respiciat, immò similem Serpentibus, qui humi gradientes se se attollere non possunt: secundò naturam plebis, quæ vt plurimum peius consilium eligere solet. In simulacro Logicæ, ex eodem Ripa, conspicitur figura Serpentis: siquidem effigiat in dextra iuuenis pallescentis fasciculum florum hac inscriptione coronatum. VERVM, ET FALSVM. in sinistra verò Serpentem: quandoquidem Serpens designat prudẽtiam in hac disciplina valdè necessariam, vt veritas à falsitate distingui possit. In simulacro Medicinæ, apud Ripam, obseruatur mulier ætatis adultæ, lauro coronata, dextra gallũ, & sinistra baculũ nodosum Serpente circũdatum tenẽs: quoniam Serpens, & gallus indicat vigilãtiam illis summoperè necessariam, qui mederi volunt. *Par. 2. Icõ. Logicæ simulacrũ. Luco cit. Medicinæ Icon.*

Alioquin Salus figurabatur ab Antiquis, vt retulit Gyraldus, muliebri forma in solio sedens, & pateram tenens secus aram, in qua simulacrum Serpentis inuoluti, caputque attollentis conspiciebatur. In simulacro etiam Conscientiæ Ripa figuram anguis ponit, dum exhibet iconem mulieris eleganti forma conspicabilis, nudato pectore, cuius regionem cordis mordet Serpens: vt ostenderet stimulum, qui animam pec- B cantis continuò sauciat. Ideòq; ad rem optimè canebat Lucanus. *Symag. 1. Par. 1. Icõ. Conscientiæ Imago. Lib. 7.*

Heu quantum miseris pœnæ mens conscia donat.

Similiter pro Angore pingitur homo melancholicus vtraq; manu pectus dilatans, & Serpentum corona cinctus: cum Serpentes hominibus nil nisi ærumnas, & calamitates afferant.

Cæterũ si ad virtutes, & vicia sermo noster dirigatur: in his ferè omnibus delineandis, Ripa Serpentis simulacro vtitur. Primitus in designanda Castitate, mulierem vestibus albis indutam, columnæ adhærentem, pedibusq; Serpentem mortuum calcantem effigiat: Serpens enim hoc in loco concupiscentiam assiduè nos afflictantem demonstrat. Verùm ad manifestandum corporis robur prudentiæ animi copulatum, Ripa figurat mulierem armatam, & in dextra nudum ensem, circa quem anguis reuolutus conspicitur: etenim ensis corporis fortitudinem, & Serpens prudentiam, & animi virtutem ostentat. *Castitatis Icon. Imago roboris cum prudentiæ.*

Pariter in describenda recta Iustitia, quæ neq; precibus, neq; amicitia, neq; odio flectatur, effigiat mulierem nudato ense, corona regali redimitam, cum bilancibus, vnà C cum cane amicitiam indicante, & cum Serpente, qui odium significat. Item in representando Iudice, delineat hominem senem sedentem, cum virga angue circumdata in manu dextra: siquidem, ex mente Aristotelis, Iudices non sunt eligendi iuuenes: cum in ætate simili, neq; experientia, neq; affectuum moderatio vigeant, virga indicat dominium Iudicis erga Reos, & Serpens prudentiam, quæ in ferendo iudicio desideratur. In simulacro Concordiæ militaris depingitur à Ripa mulier armata multos pertractãs angues; vt notum sit hanc esse armis munitam ad tutelam, nec non ad nocendũ veneno, quod ab ira subministrari solet. Simulacrum quoq; Electionis non caret figura Serpentis: quoniam Ripa pingit mulierem venerandi aspectus ornatam torquẽ aurea, ex qua cordis effigies dependet, cum hac inscriptione. VIRTVTEM ELIGO. deinde addit iconem Serpentis, qui vitium probæ operationi aduersarium denotat. At pro simulacro bonæ operationis, Ripa figurauit hominem amaranthi corona redimitum armatum, & hasta ferientem anguem: vt omnibus manifestaret, homini virtute prædito assiduè cum vitijs belligerandum esse: nam hoc in loco, anguis simulacro, vitium D indicatur. *Iustitiæ rectæ figura qualis. Iudicis simulacrũ. L. 3. Topic. Concordia militaris quom. purgatur. Electionis simulacrũ. Simulacrũ bonæ operationis quale.*

Eadem ratione delineat Contemptum voluptatum, dum pingit hominem lauro coronatum cum anguibus præliantem; nam Serpentes voluptatum, & vitiorum symbola esse perhibentur. Immò ad exprimendam Intelligentiam, Ripa mulierem vestibus auratis amictam effigiauit, cum sphæra in dextra, & Serpente in leua: figura enim Serpentis hic picta, nobis insinuat, quòd ad res sublimes intelligendas, oportet prius more Serpentis, humi serpere nimirum rerum ad sublunaria spectantium principia apprehendere, antequam ad cælestium intelligentiam accedendum sit. *Contẽptus Voluptatũ. Intelligentiæ simulacrum.*

Expositis virtutum simulacris, rationi consonum est, vt ad vitiorum icones ponderandas properemus; in quibus etiam Serpentum figuras licet intueri. Etenim Ripa, in exprimenda Peccati figura, delineat iuuenem nudum, cæcum, & Serpente cinctum cum Serpens sit Diaboli symbolum, qui in dies humanum genus varijs vexat tentamentis. At descendentes ad vitia in specie: prima facie incidemus *In part. 2. Icon. Peccati figura.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Fraudis imago. in fraudem, quæ deſcribitur à Boccacio facie hominis iuſti, & reliquo corpore anguino variis maculis, & coloribus diſtincto. Eadem facie exhibetur etiam fraus à Dante in ſuo Inferno, nam homo fraudolentus, ſecundum faciem, benigna verba ſemper profert: cum in reliquo corpore Serpentinum virus abſcondat. Propterea Ripa in ſignificando Dolo, pinxit hominem cum hamis in dextra, & cum Serpente inter flores, in ſiniſtra ſiquidem fraudator hamis tectis, nempè blanditijs homines ſimplices ineſcans ad ſua tradit deſideria; faſciculus autem florum cum angue denotat ſimulatum bonitatis odorem, qui poſtea virus Serpentinum exhalat. Cæterùm pro intelligentia vitij Inuidiæ, & Obtrectationis, quod in dies latius ſerpit, & lethalius redditur, Ripa figurat anum macram liuidi coloris, cuius ſiniſtram mammam mordet Serpens. Merito pingitur macra ad mentem Horatij canentis.

Inuidiæ, & obtrectationis vitiũ.

In Epiſt.

Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.

Anguis autem ſignificat illud venenum, quo cor Inuidi in dies magis, atq; magis afficitur, iuxta illud.

Liuor edax fatuos multos, animoſq; malignos
Concitat, & ſtultos pungit ſine fine proteruos.
Naſcitur inuidiæ telum, quod liuida corda
Parturit, & multos nuſquam ſinit eſſe quietos,
Duceris inuidia, quòd ego te poſſideo plus:
Aut mihi ſunt plures nummi, ſeu maior aceruus
Rerum; vel mihi quòd plures redduntur honores.

Inſidiatoris ſimulacrum. Pro Inſidiatore, delineatur mulier armata, galea vulpina tecta, cum pugione in manu, & Serpente ſecus pedes: nam à Serpeate homo inſidioſus ſignificatur. Pariter in deſcribenda Diſcordia effigiatur mulier inſtar Furiæ infernalis, nempè paſſis capillis, inter quos varij Serpentes conſpiciuntur: quandoquidem ab anguibus prauæ indicantur cogitationes, quas Diſcordia parere ſolet. Immò ad ſignificandum Adulterium, Ripa vtitur icone Serpentis: dum exhibet picturam iuuenis ſedentis ſumptuoſis veſtimentis induti cum murena, & Serpente: quoniam ex his animantibus ſimul iunctis, Baſilius adulterium indicare videtur: præterquamquòd Ægyptij ex congreſſu Murenæ, & Serpentis collegerunt horum animalium ſimulacrum, ad adulterium hieroglyphicè demonſtrandum, eſſe peridoneum. Item in ſignificando humano appetitu, Ripa pinxit Serpentem mordentem calcaneum mulieris gradientis: ſiquidem pedes, & potiſſimum calcanei pro hieroglyphico mundanæ cupiditatis monſtrantur: quocirca Seruator noſter Chriſtus, antequam crucis patibulum ſubiret, pedes diſcipulorum abluere voluit, vt illos purificaret, & à terrenis affectibus ſegregaret: non immeritò igitur Deus in Geneſi dixit Serpenti: tu calcaneo eius inſidias tendes. Inſuper pro Ingratitudine exhibetur pictura mulieris indutæ veſtibus ferruginei coloris, quæ Serpentem ſinu fouet: cum Serpens accepti beneficij immemor, benefactori venenum communicare ſoleat: ideò de vitio Ingratitudinis leguntur hæc carmina; quæ quoniam ſcitu digna eſſe videntur, non piguit illa recitare.

Diſcordiæ ſimulacrũ. Part. 1. Icõ.

Adulterij Icon.

Humani appetitus ſimulacrũ.

Ingratitudinis figura.

Eſt fatuus, qui multa petit, ſemperq; repoſcit
Officium alterius, & negat ipſe vices.
Qui ſibi vult fieri quicquam, debebit honores
Reddere, & æquiualens munus amicitiæ.
Qui capiti alterius, curas, magnoſq; labores
Imponit, pretium conferat ille ſimul.
Dedecus eſt ingens, ſi quis bene facta laboris
Accipit; æquales denegat atq; vices.
Qui cupit ex aliqua lucrum nanciſcier arte:
Hoc ſibi proponat, menteq; conſtituat,
Eroget impenſas, nec rebus parcat auaris:
Si ſaltem laudem poſcat habere bonam.
Et ſi præcipuos acquirere tentat honores;
Munificus, blandus, ſit pius, atq; bonus.
Qui benè contentus facto nequit eſſe labore,
Quem modico pretio ſoluere habere poteſt.

Non

www.libtool.com.cn

A *Non indignetur, ſibi ſit quærimonia nulla,*
Si labor, & meritum forte vegetur ei.
Qui petit alterius operas, bene facta, labores,
Ingenioq; frui: munera rurſus agat.
Verùm à priuatis liceat deſcendere rebus;
Ingratas vrbes commemorare ſimul.
Roma quid ingrata quondam impietate Camillum
Tractaſti, pro te qui fera bella tulit?
Tu procul emeritum pepuliſti ex vrbe Camillum,
Quo duce fregiſti Gallica caſtra tamen.
Attica terra ferox pepuliſti ingrata Solonem,
Qui ſtatuit leges, & bona iura tibi.
Pro merito ingenti, pro ſudore, atq; labore
Exilium dederas Attica terra viro.
B *Nec taceo ingratos auſus, quòd Sparta Lycurgum*
Latorem legum pellis ab arce tua.
Scipio, qui fuerat patriæ ſeruator honeſtus,
Ingratam patriam ſenſit, & ille ſuam.

Ad finem, omnia vitiorum genera coronat Hæreſis, quæ nil aliud eſt, ſecundum D. Thomam, niſi error intellectus, cui voluntas obſtinatè adhæret circà id, quod credendum eſt. Itaq; pro hac indicanda effigiatur à Ripa anus horridi aſpectus, cum libro in dextra manu, ex quo Serpentes egredi videntur: vt falſa demonſtretur doctrina, ex qua poſtmodum prauæ ſententiæ, tanquam venenoſi Serpentes ad nocendum humano generi emergunt. *Lib. 4. ſententi.* *Effigies hæreſis qualis.*

De ſtatuis, narrat Contarenus in libro de Antiquitatibus Romanis, conſpici in Viridario *Beluedere*, nuncupato Laocoontis Troiani, & filiorum, cum Serpentibus ſtatuam, quam omnium pulcherrimam multi ſtatuariæ profeſſores eſſe teſtificantur: ſiquidem horum, alter ſpirare animam, alter eximio premi dolore, tertius verò erga duos C miſericordiam exercere videtur. Plinius etiam in Palatio Titi, opus hoc antiquiſſimum Laocoontis meritò cæteris anteponendum conſpicatus eſt: ideo in hanc Laocoontis ſtatuam extat pulcherrimum hexaſtichon in opere Ioannis Pauli Vbaldini huius tenoris. *Laocoontis ſtatua.* *Lib. 36. cap. 5.*

Audax ingenium fabri certare Mineruæ
Poſſet, & impunè vincere, ſculpſit opus.
Laocoonta feris gemina cum prole colubris
Depaſtum, leſæ terna trophæa Deæ.
Vt cum læta ſuos pœnas dare cerneret hoſtes,
Vincere, non vinci crederet arte fabri.

Iterum in Viridario *Beluedere* nuncupato ſupra Palatium Summi Pontificis viſitur ſtatua Apollinis integri, cum pharetra collo appenſa, & arcu fracto, manu dextra adhærens trunco marmoreo, circà quem Serpens reuolutus apparet. Rurſus Romæ in vinea *Statuæ capitis Medu-ſæ.* Cardinalis de Carpo, & potiſſimum ſupra ianuam viridarij conſpicitur magnum Me- D duſæ caput, inter cuius crines varij Serpentes videntur. Item in Palatio Farneſiorum pulcherrimæ viſuntur ſtatuæ, nimirum ſtatua Mercurij manu ſiniſtra geſtans bacillum, cum duobus Serpentibus. Item Serpens, & Leo mordentes coruum; & demum Serpens in cauato arboris trunco bibens: ibidem etiam egregia Aeſculapij ſtatua, cum *Aeſculapij ſtatua.* Serpente videtur. Amplius Romæ in ædibus Ioannis Baptiſtæ Galletti Oeconomi, Iulij Tertij Pontificis Maximi, licet varias obſeruare ſtatuas, inter quas eſt cælatum marmor referens Aeſculapium, cum magno angue in manu dextra: ibidem viſitur ſtatua mulieris, quæ ſiniſtra manu alium Serpentem magnum ſtringit: hanc eſſe vxorem Aeſculapij, vel ſimulacrum Medicinæ multi arbitrantur: ſupra Serpentem Aeſculapij, talis legitur inſcriptio. NVMINIBVS C. PVPIVS C. F. ANI. FIRMINVS. & ſupra Serpentem mulieris hæ inſculptæ ſunt litteræ. SANCTIS. DD. Deniq; Romæ in ædibus Domini Petri de Dominicis pœnes forum nuncupatum *delli Altieri*, ſcilicet in viridario eiuſdem domus, viſitur magna, & inſignis Aeſculapij ſtatua, cũ Serpente in ſiniſtra manu: ibidẽq; apud hanc licet conſpicari aliã puellæ ſtatuam, cuius ſiniſtrum brachium Serpens circumplectitur.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

VSVS IN CIBIS.

Lib. 4. PVBLICAVIT Herodotus Troglodytas, & Æthiopes Serpentibus, aliisq; huius generis reptilibus vesci. Quamobrem non iniuria scripsit Ælianus Troglodytas esse gentes anguibus formidolosas, quippe quæ eorum carnibus vescantur. Candæi etiam populi, vt recitat Plinius, qui appellantur ophiophagi, Serpentes comedunt: vnde postea tale cognomentum sibi vindicarunt. Immò Solinus narrat Arabas, quibus asper victus est, carnibus anguinis sumptuosas cænas parare. Vt omittamus Indicas Regiones, in quibus, ex Scaligero, multæ Serpentū species esculentæ inueniuntur. Quocirca Petrus Martyr Serpētes quosdam apud Indos in lautitijs epularū haberi memorat: deinde addit hos appellari Iuannas: propterea aduertendum est hanc speciem anguium ad lacertorum genus reducendam esse, de quibus in Historia Quadrupedum Digitatorum vbertim egimus. Habemus quidem in historia nauigationis in Brasiliam, quod Incolæ grandes habent Serpentes craſſitudinem humani brachij æmulantes, quorum caro valdè insipida est: illam tamen, more anguillarum, frustatim concidunt, & opipare instructam, inter alios epularum apparatus reponunt. In Cuba, esus Serpentum ita suauis reputatur, vt soli Reges anguibus in instructa epularum magnificentia vtantur, si veritatem fassus est Ælianus. Nostra etiam ætate nouimus homines, qui Serpentibus, capite, & cauda abscissis, abiectisque interaneis, tanquam suauissima vitulicarne vescantur.

L. 3. 1. De quad.

Li. 1. de quadrup. digit. ouip.

F

Lib. 9. cap. 10.

VSVS IN MEDICINA.

NON parùm vtilitatis medicinæ allaturus est Serpens. Verùm antequam in medicamentis adhibeatur, diligēter præparandus est. In libro igitur manuscripto cuiusdam Innominati, Serpentis sanguis, trucato capite, & cauda, vase vitreo colligendus, & seruandus est: deinde ablatis interaneis, ritu anguillarum, deglubitur, pelliscq; supra lignum posita exiccatur; & carnes diligenter lotæ, in olla cum duabus vini partibus coquuntur, iureq; cum aromatibus condito, laudantur in lepra, omni genere scabiei, epilepsia, & surditate. Quamuis Auicennas agens de medicamentis ad lepram attinentibus, commendet potius oleum, in quo Serpentes potissimum nigri, & decorticati incocti fuerint cum modico aceti, aquæ thapsiæ, & radice dractunculi.

G

Oleum de Serpētibus.

Podagræ remediū.

Alibi autem idem author oleum de Serpentibus describens, coquit Serpentes nigros in oleo sesami, lento igne, donec caro ab ossibus separetur. Postea, in cute detergenda, & auferenda impetigine illud summopere prædicat. Alij cum floribus herbæ paralysis Serpentes in oleo communi decoquunt; & hoc tanquam insigni medicamento, in podagra fæliciter vtuntur. Alioquin platearius in paralysi potius Serpentem rusum, quam aliud Serpentis genus adhibet. Plinius suffitu Serpentis inueterati, in mensibus prouocandis vtitur.

Cinis Serpentis ad quid.

H

Cinis etiam Serpentis combusti cum sale miscetur, & admentem Plinij, cum rosaceo, in contrariam aurem infunditur, vt dolor dentium sedetur. Prædictum cinerem Olaus Magnus in fistulis sanandis summoperè magnificat. Nicolaus Myrepsus Serpentes in olla concremat, & cinere cum æquali portione fœnu græci, & mellis Attici mixto, strumis medetur. Demùm, referente Plinio, baculus, quo rana ab angue excussa sit, parturientes adiuuat. Sed notandum est hic aliquem potius Serpentem aquatilem intelligendum esse, cum rana in aquis ferè semper versetur.

Strumarū remedium.

Lib. 29.

Cor Serpētis ad quid. Iecur.

L. 2. c. 40.

Modò si ad virtutes medicas singularum partium Serpentis accedamus. In primis Plinius oculum dextrum Serpentis, ad epiphoras, nempè ad oculorum inflammationes cum humoris copia, vtiliter alligat: dummodò Serpens viuus dimittatur. Ex eodem authore, cor anguis si mordeatur, aut alligetur, in odontalgia efficax esse perhibetur. Item iecur huius animalis si quis degustauerit, deinceps à nullo Serpente lædetur. Fel quoq; suis non caret virtutibus: nam Paulus Venetus promulgat, in Prouin-

cia

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A cia *Caraiam*, hoc caro vendi pretio; cum demorsos à cane rabido sanet, & mulier partus difficultate laborans, degustato huius fellis tantillo, facilè enitatur, nec non patiens hemorrhoidas, facto ex hoc felle linimento, paucos post dies liberetur. Extra Serpentū aduersus omnium Serpentum ictus impositā, mirandum in modum valere Plinius opinatur. Sanguinem etiam, ex libro manuscripto Innominati, pluris, quàm balsamum, faciendum esse arbitramur: quandoquidem pallida labia eo linita rubicunda reddun-tur, facies hoc perūcta nullam contrahit maculam; deinde dentibus eodem perlinitis, omnis gingiuarum fœtor aufertur. Succedunt pinguedinis virtutes: hac enim cum oleo mixta Plinius strumis medetur. Matthiolus hanc cum vnguentis ad luem gallicam expugnandam spectantibus permiscet. Ex scriptis Innominati, aruina Serpentis cum butyro Maij in olla probè vitreata, & pasta obducta ne quidquam expiret, reponitur: postea lento igne, spatio horarum duodecim coquitur, pannoq; lineo percolatur, deinde in vasculis aureis, vel argenteis clauditur, ne quicquam exhalet: nam ad annos vsq; quadraginta, ad podagram, & paralysim efficax conseruatur. Hunc et-

B iam adipem Plinius ad disruptas oculorum partes cum ærugine miscet: cui adstipulatur Quintus Serenus, dum canit.

Anguibus ereptos adipes ærugine misce:
Hi poterunt ruptas oculorum iungere partes.

Tandem ad sterilitatem ob partus noxam, non solum Plinius, sed etiam Hippocrates hunc adipem commendant, si eo cum felle tauri mixto pessi imbuantur. Postmodum ex carnibus Serpentinis vsilitatem immensam percipiendam esse fatetur Porta: dum perpendens anguinas exuuias colligit ex hac signatura carnes horum animalium ad mundandam, & detergendam humanam cutim valere: in cibis enim sumptæ cunctas corporis superfluitates ad superficiem pellunt, iuuentutem conseruant, & alopecias; nec non lepræ medentur.

Auicennas verò, in detergenda lepra, has carnes inhumat, donec vermes ab illis enascantur: postmodum vnà cum vermibus illas exsiccat, & drachmam huius pulueris cum syrupo de melle, leproso exhibet. Immò his carnibus, elephantiasi, & strumis

C Tagautius medetur. Amplius secundùm alios, vsu carnis anguium, more anguillarum, lendes auferruntur. Item prædictæ carnes ad vulnera, & incisos neruos admodum conferre, ex signatura, Porta attestatur: quandoquidem Serpentes dissecti breui temporis spatio, & facili negotio coalescunt.

Cæterùm inter alias anguium partes, spolium in variis affectionibus insignem videtur habere prærogatiuam: nam primùm Galenus senectam anguinam combustam, & illitam ad casum pilorum conducere autumat. Hinc fortè Timotheus, ad prohibēdum capillorum defluuium, didicit senectam anguium comburere, eaque, cum axungia mixta caput inungere. In affectibus oculorum, hæc Serpentum membrana, sed potissimum viperina commendatur; nam Galenus illam, ad fugillationes cum aqua manna tritam adhibet. Immò sola huius frictione, ex Plinio, claritas oculorum augetur. His fortè verbis fretus Cardanus pronunciauit non corripi heberudine visus, aut suffusione, qui quotidie de lecto surgens senecta anguina oculos fricauerit. Refert Galenus quosdam scripsisse senectam anguium in aceto coctam ad odontalgiam valere: quamuis

D Dioscorides hac in vino decocta, ad os colluendum, vtatur. Plinius verò hanc mixtam cum cera, ad dentes eradicandos, adhibet.

Similiter in otalgia corium anguium non est contemnendum: nam Dioscorides illud in vino coquit, deinde in aures dolore vexatas instillat. Theophrastus, ad prædictum affectum, in oleo coctum imponit. Alij ad aurium graueolentiam, pellem anguis in testa candefacta cum rosaceo vstam applicant. Alij fel testudinum cum senecta anguium, & aceto purulentis auribus prodesse opinantur. Tandem Archigenes apud Galenum, senectam anguium cum capitibus papaueris in oleo coctam auri dolore vexatæ infundit. In affectu colico, Galenus in vase æneo spolium anguis frigit, donec comburatur: deinde hoc in oleo dissoluto, partem laborantem inungit. At Plinius hoc spolium cum rosaceo in vase stāneo coctum, ad dysenterias, & tenesmones laudat: immò ex aceto, in omnibus vitijs sedis, efficax esse promulgat. Amplius propter antipathiam huius animalis cum homine, vt animaduertit Porta, suffimentum ex senecta anguium paratum, difficultates partus soluit: cui sententiæ Plinius quoq; assenti-

tur,

Fel anguis. Hemorrhoidum remedium. Sanguis anguium ad quid valent. Pinguedo. Podagra & Paralysis remedium. In lib. de steril. Li. 5. Phyt. cap. 12. Carnes anguium ad lepram. L. 1. Instit. chirurg. Li. 5. Phyt. cap. 12. Li. 2. Expo-rist. Part. 2. Arican. c. 53. Part. 2. Arican. c. 53. Senecta anguium ad varios affectus. Lib. 9. de subtil. L. 11. de simp. med. fac. Lib. 2. de mat. med. cap. 17. Lib. 3. de comp. med. sec. loc. Li. 2. Expo-rist. Li. 1. Mag. nat.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

tur, dum lumbis parturientis hanc membranam alligat, ſed à puerperio illam protinus remouet. Verùm noſtra ætate, non ſenectam, ſed pellem deglubitæ viperæ exſiccatam fœmori mulieris alligantes faciliorem partum reddere profitentur, nec præter rationem, cum ex libro manuſcripto Innominati, pellis, & non ſenecta anguium ſupra ventrem mulieris in partu laborantis imponatur. E

Pellis Viperæ exiccata partũ faciliorem reddit.

Arnoldus autem Villanouanus ex ſpolio Serpentis cum opopanace, myrrha, galbano, caſtoreo, ſtercore columbino, vel accipitris parat ſuffimen; indeq; fumum dimanantem per embotum in vterum recipi curat, vt fœtus mortuus, & viuus educatur. Inſuper Plinius ſenectam anguium cum maſculo cancro tritam morſibus canis rabidi imponit. Immò, ex eodem, hæc vino incocta cicatrices ad priſtinum colorem reducit, nec non omne verucarum genus delet, & in pelle taurina alligata ſpaſmos fieri prohibet. Myrepſus hanc membranam cædit ad formam magni numiſmatis, & caricis intrudit, quas ieiuno, & inſcio ægrotanti præbet edendas, vt ſpatio trium, vel quatuor horarum, internæ, & externæ eminentiæ decidant. Pariter pellis hæc ſputo lanata, & ſupra apoſtema poſita grauem dolorem ſedat. Deniq; Auicennas lapidem Serpentis in lithiaſi ſummopere commendat. F

Morſus canis rabidi remedium.

VSVS IN VARIIS.

QVICVMQVE coniectamus eſſe exploratiſſimum, ex doctrina Plutarchi in Alexandro, Bacchantes tyrſigeras non ſolum angues impunè tractaſſe, verùm quoq; in tripudijs, & choreis, anguibus ſe cinxiſſe. Id ſignificauit Catullus his verſibus.

Euoe Bacchantes euoe capita inflectentes,
Harum pars tecta quatiebant, cuſpide thyrſos,
Pars ſe ſe tortis Serpentibus incingebant.

Item apud Ægyptios veteri conſuetudine receptum fuit Reos capitali iudicio damnatos in foueam Serpentibus plenam præcipitare: ideòq; hac occaſione virtus citrei mali aduerſus angues cognita fuit, dum duo Rei, quorum alter malum citreum comederat, ad lacum Serpentum condemnati eſſent: hunc enim Serpentes, altero deuorato, intactum reliquerunt. Apud cæteros etiam Ethnicos, prædictum anguium ſupplicium Sanctiſſimi Chriſti Martyres paſſi ſunt: nam Baptiſta Mantuanus de martyrio S. Teclæ verba faciens ſic canebat. G

Vſus anguium in ſupplicijs.

Tortilibus fatam colubris, fatam aſpide, & hydris
Mittitur in foueam, ſine veſtibus, inter atroces
Nuda Feras.

Item in puniendis parricidis olim Serpente vtebantur; dum Reum cum Simia, gallo gallinaceo, & Serpente in culeo inſutum in mare tanquam omni elemento indignum præcipitabant: addebatur Serpens tanquam homini inimiciſſimus, vt in reum crudeliter ſæuire poſſet. Cur autem alij adderentur animantes ſuo loco explicatum fuit.

Parricidæ pœna.

India quoq; aduerſus Elephantos, Serpentes nutrit longiſſimos, quibus tanta vis inſit in vinciendo, vt poſtica ſui corporis parte, elephanti animalis omnium robuſtiſſimi pedes ligent, & immotos contineant. Immò Ioannes Hugo agens de moribus Indorum recitat ibi multos circulatores magos verſari, qui Serpentes è corbibus cantionibus eductos ad ſonum muſici inſtrumenti tripudiare coguut: deinde eos tanquã domeſticos oſculis, amplexu, & collocutione coram populo facillimè contrectant, vt à ſpectatoribus pecunias corradant. H

Vſus Serpentum in India.

Tzetzes narrat alium Serpentum vſum, dum olim Serpentes per fundas in exercitum Barbarorum, ad illos perterrefaciendos, immiſſos fuiſſe ſcribit. Neq; hoc à ratione alienum videtur; quoniam legimus apud Egnatium, quòd Annibal patria pulſus ad Anthiocum Syriæ Regem profectus eſt; cui, aduerſus Romanos, nauale victoriam Serpentum ſtratagemate comparauit: nam Romanam claſſem ingenti vi Serpentum, quos ſiglinis incluſerat vaſis, adortus, illos in hoſtem nihil tale ſperantem, de improuiſo eiaculatus eſt: hinc trepidatio, ex trepidatione pugnæ obliuio, ex obliuione turpis hoſtium fuga orta eſt.

Vſus anguium in bello. Lib. 6. var. hiſt.

His

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A His animaduersis, nunc varias Serpentum partes ponderabimus, quæ in varijs vsibus locum habent. In primis Mizaldus linguam Serpentis cera virginea inclusam in aure sinistra equi reponit, vt animal tanquam mortuum humi procumbat, qua ablata, non solum à terra surgit, sed quoq; animo alacriori currit. Olim Prisci maxilla Serpentis, ante serram inuentam, ad secundam vsi sunt: hinc puerum Attalum, instar maxillæ Serpentinæ, serram fabrefecisse multi arbitrantur. Carnibus anguinis vtitur auceps ab Oppiano edoctus, vt aues citius pennas mutent. Quamuis Mizaldus pulpamentum gallinæ carnibus Serpentum nutritæ, pro mutatione plumarum accipitri exhibeat. Præterea adeps Serpentis apud Veterinarios est ex vsu: nam ad equorum stranguriam, Hierocles cuidam medicamento permiscet stercus lacerti, sanguinem columbæ, & στέαρ ἐρπετῶν, nempè sebum Serpentis, vt multi interpretantur.

Centur. 2.
Lingua Serpentis.
Serræ inuentio.
Centur. 8.
Adipe anguium Veterinarij vtuntur.

Rursus idem author in sanando vlcere maligno dorsi equorum ex compressione nato, nec non in equina scabie delenda, adipem Serpentinum adhibet. Iterum ad fistulas in vngulis equorum ortas commendat vnguentum ex adipe Serpentis collecto, dum
B frusta Serpentum in vetu assantur. Albertus, qui partibus Serpentum perpetuò nugatur, sumit corium vnius, sanguinem alterius, & alterius adipem, permiscens omnia in panno exequiarum accendit in lucerna, vt tota domus viridis, plenaq; Serpentibus appareat. Alibi ex pinguedine Serpentis, modico salis, & panno exequiarum quatuor format elychnia cum oleo sambucino in lampade noua penès quatuor angulos domus accendenda, vt domus lacum Serpentum repræsentet. Aliter spolio Serpentis nigri in cauitate lampadis viridis, vel nigræ collocat; deinde ex adipe eiusdem Serpentis, & panno exequiarum concinnatum ellychnium, & accensum in oleo sambucino suspendit, vt totam ædem iconibus anguium repleat, donec lampas extinguatur. Neq; omittendum est Serpentis ouum, quod aliqui in litibus superandis, & cõtrouersijs dirimendis minimè infrugiferum se expertos esse fatentur: quapropter quidam eques Romanus hac superstitione motus, ouum Serpentis secum deferebat, dum coram Claudio Augusto litigaret: ideò Serpentis ouum gestare deprehensus tanquam veneficus, iussu Principis, interfectus fuit; inde comparata sibi nece, vnde, ad referendam victoriam,
C opem expectabat. Demùm tabem Serpentum ab vsu remouendam non esse asseuerat Porta: quandoquidem ad communicandam ferro talem temperaturam, vt marmor porphyriticum incidat, illud candefactum in tabe Serpentis extinguit.

Nugamento Alberti.
Anguinũ ouum ad quid.
L. 13. Magnal. Tabes anguina ad quid.

Demùm senecta, & corium anguium varios etiam habere vsus dicitur. Primitus Amazonibus, referente Pierio, coria anguium tegumentorum bellicorum vsum præstabant. Palladius, vt poma florem continerent, vrinam veterem cum æquali portione aquæ temperabat: deinde totius anni spatio id radicibus ter infundebat, vel corio anguis inuoluebat. Corium quoq; Serpentis in templo Apollinis, olim adhibitum fuisse nonnulli affirmant: nam tripus ille, vel sedes cum vase aureo à tribus pedibus fulta, collocata in templo Apollinis, vbi sedentes Phæbi sacerdotissæ dubia petentibus soluebant, cortinam æream habebat, secus quam prædictæ Phæbi ministræ responsa dabant: de qua Virgilius sic cecinit.

Corij Serpentini vsus varij.

——— *neq; te Phœbi cortina fefellit.*

Lib. 6. Æneid.

Hanc autem cortinam antiquitùs ex pelle Serpentis ab Apolline interfecti fabrefactam
D fuisse multi asseuerant. Insuper senectam anguineam ad varios vsus tractam fuisse legimus: etenim Antiqui Serpentum exuuias tanquam amuleta pharmaca, in armillis ligare consueuerant. De his igitur Suetonius Tranquillus hæc habet. *Deprehensis in lecto eius, circa ceruicalia, Serpentis exuuijs, quas tamen aureæ armillæ, ex voluntate matris, inclusas dextro brachio gestauit.*

Lib. 6. de duodecim Cæsaribus.

Postmodum de hac anguium senecta, Cardanus miranda prædicat nugamenta: nimirum si cinis huius crematę, Luna Soli opposita, & primam Arietis faciem occupante, inspergatur capiti alicuius, somnia terribilia excitabit: si ex eo diluto facies lauetur, horribilis ante conspectum hominum apparebit: si sub lingua teneatur, bonarum litterarum, ac linguarum præsidijs quis instructus esse videbitur: si sub planta pedis gestetur, apud Principes, & magistratus gratiosus erit. Addit incertus author, quòd puluis anguini spolij paratus, Luna ad Solis oppositionem properante, & per primam Arietis partem gradiente, in scutella lignea, vel metallica si supra mensam collocatus, si aderit ibi venenum, dispergetur. Verùm his omissis, ad seria, & vtiliora descendemus. Plinius enim

Lib. 9. de subtil.
Pellis Serpentinæ vsus.

www.libtool.com.cn

enim hanc pellem tritam cum sale, & serpillo injicit in fauces boum, vua matureſcente, vt per totum anni curriculum valeant. Alij hunc puluerem inſpergunt, vt apes ad aluearia reuertantur. Deniq; Odoardus Vuot hanc ſenectam anguium in capſis, & armarijs inter pannos reponit, vt illos à tineis tueatur. E

L. 6. de diff. Anim.

DE VIPERA.
Caput II.

ÆQVIVOCA.

VT nihil non diſtinctè, & adamuſſim de hac beſtia exprimatur, à qua, inter cæteros Serpentes, hiſtoriam inchoamus: cum hæc θηρίον, nimirum fera Græcis κατ' ἐξοχήν, ideſt per excellentiam dicatur, tum quia inter Serpentes maximè inſignis, ob veneni facultatem habeatur; tum etiam, quia Medici ex hac fera vtilitatem immenſam accipiant, vt ſuo loco vbertim agetur. Primum huius feræ nomen, cùm apud Latinos, tùm apud Græcos non eſt ſitum extra omnem dubietatis aleam: ſiquidem prima fronte Vipera dicitur fuiſſe quædam anus venefica, in quam Petrus Crinitus carmen ſcripſit elegantiſſimum. Deinde, ex Alberti, & Iſidori ſententia, Vipera eſt piſcis marinus, aliter araneus nuncupatus. Amplius Vipera ſecundùm alios appellatur cancer minimus, nonnullis pinnothera cognominatus, qui, vt voluit Plinius, vacuis oſtreorum teſtis ſe condit, deinde auctus in capaciores migrat: hac de re à Lucano hæc vipera cuſtos pretioſæ conchæ nominatur hunc in modum. F

Vipera nomen anus.
Vipera piſcis.
Vipera cæteri ſpecies.

Non Arabum volucer Serpens, innatag; rubris
Æquoribus cuſtos pretioſæ vipera conchæ.
Li. 6. Pharſal.

Alioquin apud Lexicographos græcos huiuſmodi cancellus πινοθήρας dicitur, qui, ex Athenæo, pinnam ſemper concomitans, illam hiantem obſeruat, num piſciculi in eam ingreſſi ſint; ſiquidem leui morſu comprimendam concham, prædamq; illapſam capiendam eſſe docet. Quamuis alij fuerint huius opinionis, Lucanum, loco citato, non de prædicto animalculo verba feciſſe, ſed de vipera Serpente in mari rubro potiſſimum verſante, quæ conchas margaritiferas ibi diligentiſſimè obſeruat. Demùm illam ophitis marmoris ſpeciem punctis nigris in liuido corpore conſtantem Lithotomi noſtræ ætatis viperam Ægypti appellant. Ex altera parte apud Græcos, vocabulum, ἐχίδνα, quod viperam denotat, maiori æquiuocatione laborare videtur: Nam Sanctius in commentarijs ad Alciatum, vbi icon Bellerophontis Chimeram extinguentis repræſentatur, echidnam chimeræ fuiſſe matrem retulit; idemq; Cælius aſſeuerat. Gyraldus verò Echidnam fuiſſe nympham prodidit. Verùm Heſiodus in Theogonia, Echidnam ſtatuit eſſe nympham, parte ſuperiori ſpetioſam puellam, infima verò immanem Serpentem, in ſpecu quodam verſantem, & cruda mandentem: quæ tandem cum Typhone mixta Cerberum Inferorum canem, & Hydram peperiſſe dicitur. Hæc fortè apud Euſtathium vocatur ἐχίδνα μιξοπάρθενος, nimirum vipera virgini mixta. Immò Tzetzes hanc memorans ſic legit. ἡ ἐχίδνα περὶ λυδίαν σφίνα, ἧς κεφαλὴν κόρη, τὰ δὲ κάτω ὄφις. Hæc igitur erat virgo vmbelico tenùs, reliqua Serpentis ſpecies, quæ poſtmodum, Herodoto teſte, compreſſa ab Hercule Agathyrſum, Gelonum, & Scythum concepit: nam Hercules boues Geryonis agens, cum in Scythiam peruenisſet, accidit, vt equæ eius à curru ſolutæ paſcentes, ipſo interim dormiente, aliò migrauerint; quare experrectus eas iadagans in antrum quoddam à prædicto monſtro ex virgine, & vipera integrato habitatum ingreſſus eſt: quod monſtrum ſe illi equas reſtituturum promiſit, dummodo cum ipſo prius congrederetur. G

Vipera Ægypti quid ſit.
Embl. 14.
Echidnæ æquiuocationes.
Lib. 4.

Echidna eſt quædã muſcæ ſpecies.
Lib. 3.

In genere muſcarum quædam ſpecies viperis valdè ſimilis, echidna appellatur, quam multi authores non proletarij ab hac ſignatura, aduerſus viperarum ictus non mediocriter valere aſtruunt. Ad finem hoc nomen (echidna) à Poetis pro hydra, ab Hercule ſuperata accipitur. Id præſtitit Ouidius in Faſtis, quando cecinit. H

Sangui-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A *Sanguine Centauri, Lernæa ſanguis echidnæ*
Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat.

Interdum echidna pro quocumque Serpente ſumitur; ideòque Ouidius in hoc ſenſu ſic canebat.

Oris cerberei ſpumas, & virus echidnæ. *Lib. 4. Metam.*

Alibi quoq; idem author echidnam in eodem ſignificatu vſurpauit canens.

Pars quoq; Lernæa Serpens eius vnus echidnæ. *Lib. 9. Metam.*

SYNONIMA, EORVMQVE ETYMVM.

B VIDAM Grammatici viperam, quoniam vi pariat nuncupatam fuiſſe opinantur: quandoquidē Priſcorum nonnulli à fœtu exeunte aluum matris lacerari commenti ſunt. At ſecundùm rei veritatem, vipera dicta eſt quaſi viuipara, & per contractionem vipara, & vipera: cum hæc, in genere Serpentum, oua intra aluum concipiat, deinde fœtum vitum enitatur. Ideo Nicander in Theriacis ſic canebat.

Sola etenim vino grauidatur vipera fœtu,
Mortua cum reliquum paſſim genus oua reponat,
Squamigeroſq; greges per inhoſpita teſqua propaget.

Quicquid ſcribat Sueſſanus in Commentarijs ad Ariſtotelem, quòd vipera non ſit Serpens: cum Serpens à Philoſopho appelletur ὄφις, & vipera ἔχις. Clariſſimus Mercurialis optimo iure hoc Sueſſani nugamentum admiratur: propterea quòd Ariſtoteles alibi viperam in genere ὀφιῶν, ideſt Serpentum collocauit. Quamuis, ad mentem ipſius Philoſophi, vipera duabus conditionibus reliquo Serpentum generi non conuenientibus gaudeat: prima eſt, quòd vipera fœtum viuum edit; altera eſt, quòd brumali tempore cæteri Serpentes ſub terra, viperæ autem ſub ſaxis ſtabulantur. In aſſerti confirmationem, doctrinam Auicennæ, & Plinij in medium afferremus, qui nominantes Serpentem, viperam per excellentiam intellexerunt: ſicuti hoc nomen ὄφις apud Græcos, quod per excellentiam aliquando pro vna ſpecie Serpentis, ideſt pro vipera vſurpatur. Immò Oppianus de congreſſu murenæ, & Serpentis verba faciens, nominando Serpentem viperam intelligere voluit. Inſuper vipera, ex mente Phyſiologi, nepa cognominatur: cum nepa ſtimulo libidinis agitata caput maris præcidat, & tandem ipſa ab exeunte fœtu necetur. Hæc opinio abſurda eſſe videtur: cum nepa, ex probatorum authorum ſententia, ſcorpius eſſe perhibeatur. *L. 1. de Gener. Anim. cap. 10.* *Lib. 5. de Gen. An. c. vlt.* *Nepa num ſit vipera.*

C Cetèrùm animaduertendum eſt, quòd vipera eſt Serpens in marem, & fœminam diſtinctus. Quamuis Latini vocabulorum inopia coacti, vna, & eadem voce, tam marem, quàm fœminam complectantur: nam habent infinita alia nomina, velut Simia, muſtela, columba, & ſimilia, quibus vtreq; ſexus denotatur. At Græci cópia nominum redundantes, duobus diſtinctis vocabulis, viperam marem, & fœminam deſignant: cum ipſis vipera mas ἔχις, fœmina verò ἔχιδνα nominetur. Circumfertur enim hoc vulgatum carmen.

D *Vipera Romanis, Græcis dicetur ἔχιδνα.*

Quapropter Græci ſuas de vipera hiſtorias inſcribunt. Περὶ ἔχεως, καὶ ἐχίδνης. Quòad etymum, grauiſſimi authores retulerunt viperam Græcis nuncupari ἔχιδναν παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὸν γονὸν ἄχρι θανάτου, nimirum quia ad interitum vſq; fœtum contineat: quandoquidem ventrem matris, hora parturitionis, à fœtu lacerari credebant. At Suidas, & author etymologici tradiderunt ἔχιδναν dici poſſe παρὰ τοῦ ἔχειν αὐτὴ τὸ ζῷον; quòniam vipera intra aluum animal contineat, ad aliorum differentiam Serpentum, qui oua concipientes, eadem enituntur. Hæc autem etymologia, vt noſtra fert opinio, magis probanda eſt. Hodie in Græcia (teſte Bellonio) quidam Serpens, echedra cognominatur corrupto nomine, ab echidna: nihilominus hic Serpens ipſi vera vipera eſſe non videtur. Varinus πιαλέας ὄφεις pro viperis vſurpat: cum tamen prædictæ voces pingues Serpentes denotent; πίος enim pinguedo exponitur. *Echidna etymum.* *Echendra quod nomen ſit.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Italis, ex Nipho, & Leoniceno, hæc beſtia maraſſus nominatur. Quod autem maraſ- E
In Miſcell. ſus, & vipera ſint ſynonima, authores inter ſe ſententijs variant. Primitus tradit Budeus ſe Romæ viperam, quam Itali circulatores, ſub nomine Maraſſi, oſtentant, ſæpè diuq; aſpexiſſe, atq; Priſcorum viperam haudquaquam ſibi viſam fuiſſe. Alij pronunciarunt Maraſſum eſſe Serpentem venenoſum longitudine vnius cubiti, coloris cinerei, & oculis minimis, nec non igneis refertum, quæ conditiones in vipera minimè obſeruantur. Præterea Quatramius in ſua hiſtoria Theriacæ, & Mithridati, maraſſos contemplatur vario colore inſignitos, nempè ſubrubro, ſubflauo, cinereo, nigro, leucophæo, & varium arenarũ colorem imitante; cum vera vipera ſubflami, & ruſi coloris eſſe perhibeatur. Inſuper addit maraſſi oculos eſſe rubicundos; cum oculi viperæ ſubrubri conſpiciantur. Item vipera quaſi ſummirati caudæ innixa incedit, quem greſſum natura maraſſis non conceſſit. Ad finem maraſſum marem quatuor armatum dentibus eſſe atteſtatur, cum vipera mas duobus tantummodo muniatur. Quare hic author omnes maraſſorum conditiones potius aſpidibus, quàm viperis competere aſſeuerat.

Ex altera parte viri doctiſſimi affirmant viperam Antiquorum à maraſſis Italorum F
In lib. de Dipſ. & Ther. minimè diſcrepare. Nicolaus Leonicenus hoc argumento licet leui viperam eſſe maraſſum aſtruit: nimirum quoniam Ariſtoteles, & alij authores non vulgares à ſola vipera inter cæteros Serpentes viuum fœtum in lucem edi ſcripſerint; qui partus Maraſſis Italorum competit. Leue autem prædictum opinamur eſſe argumentum, cum etiam Ceraſtes, ſeps, & alij Serpentes huius generis, ad inſtar viperæ, & maraſſi, viuum animal enitantur. Præterea Cælius Rhodiginus viperam vulgò maraſſum nuncupari, & *Lib. 6. lect. Ant. c. 16.* nomenclaturam minimè barbaram eſſe ſuſpicatur; cum à Populis Marſis deducatur, qui huiuſmodi Serpentum genus familiariter pertractant, & viperam appellitant. Prædictis addere poſſumus maximam viperæ Antiquorum cum maraſſis Italorum conueniẽtiam; ſiquidem Actius ſcriptum reliquit viperam eſſe flauam, & Nicãder illam Ceraſti aſſimulauit. Nihilominus hunc viperæ colorem melius expreſſit Galenus, quan- *In lib. de Ther. ad Piſ.* do viperam ſubruſam prædicabat, qui color, ſi maculæ nigricantes Maraſſi demantur, optimè quadrat.

Deinde Ceraſtis, cui, ex Nicandro, vipera eſt ſimilis, demptis corniculis, prædicti G
coloris eſſe celebratur. Itaq; Nicander viperæ colorem ſilentio inuoluit, ſatis eſſe arbitratus viperam Ceraſti comparaſſe; cum huiuſmodi Serpentes viuos fœtus, & non oua pariant. Amplius Nicander viperæ fœminæ plures dentes, mari autem binos aſſignat, pariter Actius totidem. Verùm hic dentium numerus Maraſſo Italorum, & fœminæ, & mari competit. Neq; refragatur noſtræ opinioni Nicander, quando dentes viperæ latos deſcribit; cum tamen in Maraſſis noſtris exiles obſeruentur: ſiquidem lati in comparatione ad dentes aliorum Serpentum Nicandro dicebantur. Inſuper cauda Maraſſi fœminæ magis κολοβὴ nempè mutila, quàm mari ineſt: quemadmodum de ſua vipera Nicander toties decantauit. Immò maraſſi ictus eadem generat ſymptomata, quæ de morſu quæ viperæ Veteres prædicabant. Accedit, quòd ſoli Marſi, qui (teſte Plinio) Italiæ ſunt populi, viperas venari ſoleant, à quibus huiuſmodi beſtiæ nomenclaturam deduxerunt. Item ruſtici Bononienſis agri, Serpentes, quos peiores eſſe iudicant, nempè
L. 11. c. 37. viperas Magaraſſos indigitant. Prædictis etiam addamus, quòd Plinius viperæ duplicem vuluam tribuit, quam prærogatiuam in Maraſſo fœmina, & duplicem penem in ma- H
re olim clariſſimus Anatomicus Gaſpar Taliacotius manifeſtiſſimè, ſecans huiuſmodi beſtias, demonſtrauit. Idem poſtea repetit Baldus Angelus Abbatius in ſua viperæ hiſtoria, veluti inferius in Anatomicis enucleabimus. Non eſt tamen negandum ad mentem Quatranij, quòd multis in locis aſpides etiam maraſſi nominentur.

Sueſſanus in Cõmentarijs ad Ariſtotelem viperam Scurtionem vocitat. Et apud Ni- *Lib. 5. de hiſt. An.* colum Florentinum Scorzonei viperæ nominãtur: quamuis ſint, qui ſcribant hoc vocabulum (Scorzone) apud Italos eſſe nomen generale ad omnes Serpentes, quirepunt, & dentibus feriunt; apud Hetruſcos populos, Oſcorzones appellantur viperæ; hocq; antiquum nomen deducunt ab Oſco, qui olim Hetruſcis imperauit, & pro Inſigni, Serpentis Icone delectabatur: hunc autem anguem fuiſſe ſpeciem Serpẽtis celeberrimam nempè viperam, multi affirmant. Sed tandem temporis tractu, dempta litera O. ſcurzones huiuſmodi Serpentes nuncupati fuerunt. Alij referunt hoc nomen, Scurzo, eſſe Hiſpanicum; nihilominus eſt Catalonicum, nec viperam propriè ſignificat, ſed illum

Serpen-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A Serpentem viperæ similem, cui herba Scorzonera aduersatur. Alioquin Hispanis vipera Biuora, & Bicha, Gallis autem Vipere nominatur. Alij tradunt, quòd Arabes, & barbaram sectantes medicinam, Thyri vocabulo, omnes Serpentes, sed viperas potissimum intelligant: Idcircò affectio illa Græcis cognominata ophiasis, ipsis Thyria nominatur, vocabulo à Græcis detorto, qui hac voce, θηρίον, feram indicant. Neq; hoc videtur admiratione dignum: siquidem Andromachus, & ipse viperinos pastillos ferinos appellauit, non alia fortè ductus ratione, nisi quia πηὶ, seu πηίον nonnunquam pro vipera vsurpatur. Ideòq; pastilli, seu trochisci ex viperis parati, non immeritò theriaci cognominantur: cum tamen in hanc antidotum carnes viperarum, & non aliarum ferarum ingrediantur. Aliter vipera Labane, & Alfahay Arabibus dicitur. Alfe quoq; ad mentem Leoniceni, viperam in scholis Arabum denotat. At secundùm Andream Bellunensem Alafarai, & Alfahai est nomen proprium viperæ, ex qua, illa celebratissima antidotus nempè theriaca paratur. Cæterùm leguntur apud Syluaticum nomina barbara, Eosman, Synon, & Afis, quibus vipera designatur. Afis tamen esse videtur B nomen detortum à voce græca ὄφις, ophis, quæ interdum per excellentiam viperam indicare solet. Tandem hæc bestia Germanis secundum Matthiolum, Brandischlangen, secundum alios, Ein Nacer Sotter, & secundùm Gesnerum, Ein Bectnater, Viper nater appellatur.

Nomina Arabica viperæ.

GENVS, ET DIFFERENTIÆ.

PERSONANT Suessani monimenta, ad rem nostram, nulla consideratione digna in commentarijs ad Aristotelem, viperam ad genus Serpentum minimè reduci posse: cum Aristoteli vipera ἔχις, & Serpens ὄφις nominetur: & tamen Aristoteles (annotante clarissimo Mercuriali) viperam inter Serpentum genera enumerauit: vt etiam paulò ante attestati fumus. Similiter explodenda est illorum opinio, qui ἔχιν C ἀπὸ τῆς ἐχίδνης, scilicet viperam marem à fœmina genere, & natura discrepare arbitrati sunt, his potissimum moti rationibus, primò quoniam ἀπὸ τοῦ ἔχεος percussus conuulsione, non similiter ἀπὸ ἐχίδνης afficiatur: deinde quia ἐχίδνης morsus albus, & ἔχεως liuidus esse feratur: tertiò, quoniam ad mentem Nicandri, cuorum vestigia dentium appareant, dum morsum infligit ἔχις, plurium verò, si momorderit ἐχίδνα. Has rationes nullum pondus apud viros eruditos habere arbitramur: siquidem classici authores conueniunt vniuersi, ἔχιν ἀπὸ τῆς ἐχίδνης, non genere, non natura, sed sexu tantummodo differre; cum illum marem, hanc fœminam esse pronuncient. Auicennas species viperarum diuersas constituere videtur, dum scribit viperas esse Alesilati, inter quas, quercinas, & sitim inducentes reponit. propterea ad aures Auicennæ (vt notat Leonicenus) vipera non erit nomen speciei, sed generis sub se multas species comprehendentis. Vnde etiam colligendum est hunc authorem assignare viperis multas conditiones, quæ ad alios etiam Serpentes pertinent.

Lib. 5. de gener. An. c. 10.

Echis, & Echidna differũt sexu, nõ specie.

Præterquamquod idem Auicennas videtur existimasse Thyrum esse Serpentem à vi- D pera valdè diuersum: quandoquidem in varijs theriacæ descriptionibus interdum trochiscos Thyri, aliquando trochiscos ex viperis nominauit. Hinc postea aliqui authores nuperi nixi Auicennæ authoritati trochiscos thyri, à trochiscis viperinis discrepare crediderunt. Gentilis Auicennæ interpres viperinã naturam non vni speciei, sed multis Serpentum generibus communem esse exponit. Nicolus Florentinus verba faciens de speciebus anguium, quandoq; viperam inter Serpentes cornutos, in Ægypto nascentes reponit, & paulò post, ex Aristotelis authoritate, thyrum inter Serpentes ouiparos memorat: deinde addit Serpentes graciles, & oblongos esse viperas apud nos inuentas, quarum aliæ maioris, aliæ minoris malitiæ esse perhibentur: immo ipsas tanquam surdis proximas inter aspides collocat.

Serm. 4. fe. 18.

Idem author alibi scriptis mandauit paruas viperas in nostris regionibus stabulari, inter quas breues, & crassas nostro idiomate *Scorzoni* dictas enumerat. Hinc colligendum est hunc authorem, sub nomine viperatũ, plures Serpentes, & etiam aspides comprehendisse. Nec mirandum est ipsum fuisse hallucinatum: siquidem citat etiam Ga-

Scarzoni q Serpentes.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

lenum loquentem de Regina Ægypti semetipsam interficiente imponendo manum supra thyrum, cum tamen Galenus scribens de theriaca ad Pisonem, interitum huius reginæ, nec thyro, nec viperæ, sed aspidi attribuerit. In eodem errore (teste Leoniceno) versatus est Montagnana, dum echidnam, nempè viperam, siue thyrum ad aspidum genus reduxit. Et tamen Galenus in sermone de theriaca ad Pisonem, aspides à viperis manifestissimè distinguit. E

In lib. de Thyro.

Albertus Magnus multas viperarum species constituit, & interdum speciem pro summo genere vsurpat: cui sententiæ non est adhærendum, cum doctrina Aristotelis aliud nobis insinuet. Est quidem verùm in doctrina Nicandri, Æmni, & Aetij, hos angues, nempè hæmorrhoim, ceraitem, & dipsadem ad viperas referendos esse: etenim more viperarum oua concipiunt, & fœtus viuos excludunt. Id autem inferius ad aures Euangelistæ Quatramij diligentius contemplabimur. Prædictis Serpentibus nonnulli addunt aspidem, tanquam fœtus viuos parientem: cui sententiæ refragantur Historiographi dicentes oua Crocodili, & aspidis sub terra occultata, & ab Ichneumone inuenta frangi, nisi per oua aspidum, oua aliorum Serpentum intellexerint. Præterea Galenus viperam longè diuersam esse à dipsade prodidit; quod Hieronymus Cardanus minimè animaduertens viperam cum dipsade confundebat. Hinc colligendũ est viperam illam veram esse, cuius carnes compositionem theriacæ ingrediuntur: quamuis postmodum detur aliud genus Serpentis catulos, & non oua enitens, quod etiam nomine viperæ donandum est. F

Quatrione varij Serpentes ad viperas referãtur.

Lib. 11. de simp. med. fac.

Idcircò Euangelista Quatramius in historia theriacæ, & mithridati, asseuerantius dicit plures viperarum species assignari, cum propriis oculis obseruauerit aspidem, sepam, & Ammoditem catulos, & non oua excludere: quamobrem non est contemnenda sententia Pierij Valeriani, qui ad mentem nonnullorũ, scriptum reliquit quædam Serpentum genera, præter viperas, animal parere; quamquam has Serpentum species non nominauerit. Immò suspicatur Quatramius, præter nominatos Serpentes, inueniri etiam alios, ritu viperarum, parientes quemadmodum vousquisq; varias anguium species in capsulis distinctis claudendo obseruare, & conspicari poterit.

Serpẽtes fœtus viuos excludentes.

L. 14. Hierogl.

Præter hæc, ratione coloris, viperæ inter se differre dicuntur: nam Porta fatetur se obseruasse mutatione Soli, in quo huiusmodi bestiæ viuunt, alias virides, alias rubras, alias rufas, alias albas, alias nigras inueniri. Vnde Cardanus quoque magnam diuersitatem viperarum in colore, ob locorum, & regionum situm, annotauit. Neque admiratione vlla teneri debemus: siquidem Pausanias in Æthiopia, & Libya viperas nigras esse testificatur: etenim illud clima non solum indigenas, sed etiam aduenas, temporis tractu fuscat. Deinde meminit Cardanus, in recensendo tabis remedio, cuiusdã viperæ rubræ crassæ, & breuis ab Italis *Milori* nuncupatæ: quamuis postea Matthiolus in commentarijs ad Dioscoridem hanc opinionem explodat dicens, Serpentem, quem Mediolanenses, & cæteri Insubres vocant *Milore* à vipera discrepare: cum hoc animal sit innocentissimum, & domibus familiare; vipera autem ictibus perimat. In prædictorum cõfirmationem addemus verba Bellonij pronunciantis, quòd curiositas, & desiderium cognoscendi viperas effecit, vt ipse in Anglia, Gallia, Italia, Græcia, Asia, & Ægypto, viperas colore, & forma diuersas obseruauerit. G

Differẽtia ratione coloris.

Li. 4. Phyt. c. 28.

Li. 2. c. 16.

Nonnulli, ratione veneni, viperas inter se discriminare conantur, dum alias venenatas, alias non venenatas esse constituunt. Non venenatas autem magnas, & capri mulgas nuncupatas esse asserunt; quia libenter caprarum, & vaccarum vbera fugant: cum tamen hoc Serpentum genus à viperis omninò segregandum sit. Alij ponderantes symptomata morsus illius Serpentis *Escurzo* nominati esse similia symptomatibus inductis ab ictu viperæ, talem Serpentem ad viperarum genus retulerunt: cum tamen, toto cælo, à vipera discrepet: est enim animal longitudine sesquipalmari, parte infima tenui, & paulatim ad caput vsq; crassescente, capite crasso, & quadrato, ore magno, & hiante, lingua nigra, & mucronata, dentibus pusillis, quibus ferit, licèt etiã lingua instar aculei scorpionis pungat, præditũ est colore cinereo nigricante maculis distincto, tardè incedit, & deniq; (teste Nicolao Monarde) eius morsui sola herba Scorzonera occurrit. H

Differẽtia viperarum ratione veneni.

Ratione magnitudinis, & paruitatis, promulgat Atheneus bestias ex vipera mare, & muræna genitas esse alijs viperis minores, variegatas, & quodammodo alteram viperarum speciem repræsentare. Item Amatus Lusitanus in Dioscoridem animad-

In lib. de ijs, quorum morsus est venenatus

www.libtool.com.cn

A animaduertit viperas in Hiſpania nonniſi cubitales inueniri. Ex altera parte viperas etiam immenſæ magnitudinis reperiri, Strabo retulit: quandoquidem Porus Indorum Rex Augusto dona miſit, viperas ingentes, Serpentes decem cubitorum, teſtudinem ſiuuiatilem trium cubitorum, & perdicem vulture maiorem. Ælianus quoq; ex aliorum ſententia, viperas Troglodiræ Regionis ita grandes conſtituit, vt longitudinem decem, & nouem cubitorum æquent. Cardanus etiam tradidit viperas longitudine viginti pedum in aurea Caſtillia verſari; quam veritatem Scaliger ſibi perſuadere non poteſt. Cùm tamen hoc à veritate penitus alienum eſſe nequeat: nam quemadmodum homines pro varietate Regionum, & natura, & proceritate differunt; idq; fit ratione caloris innati, qui in alijs imbecillis, in alijs validus dominatur. Ita etiam reliqua animantia, & quicquid eſt vitæ particeps, pro diuerſitate climatum, inter ſe diſcrepare ſolent: quocirca Nicander iure optimo ſcriptum reliquit magnas, & paruas viperas inueniri. Itaq; Europa paruas, & breues nutrit viperas; cum hoc clima, in comparatione ad Aſiam, frigidum ſit: & viperæ veluti, & cæteri Serpentes frigidæ ſunt naturæ, &

B incolentes Regionem frigidam calorem innatum habent robuſtiorem, & maiorem cibi copiam aſſumunt, quàm habitantes regionem calidam. Pari ratione caliditas Aſiæ defectum naturæ frigidæ viperarũ ſupplet, veluti frigiditas Europæ earum incrementum remoratur. Propterea Nicander in Theriacis hanc diuerſitatem Viperarum memorat hunc in modum.

Hic quoq; vipperam, quæ cernit acuta, figuram
Aſpicias, vt non vno ſe corpore prodat,
Et nunc hæc longum, paruum trahat illa volumen,
Ne pare conſimiles forma ſit vbiq; dracones
Cernere, nam gignit noſtra hæc Europa minores.
Tum qui molle ſupra prætendat cornua guttur,
Et quodam candore micent, alij ad ſcopuloſos
Scironis montes, alta & Pannonia, & ipſum
Riphæum, & dictum Corui cognomine pagum,
C *Et canentem habitant Aſelenum quin, & alumna*
Fert Aſia vltra tres longis qui tractibus vlnas
Se tendant, rigidum quales Boccatteron, atq;
Arduus Ægages, & celſus Cercaphus intra
Se multos refouet.

Viperis igitur, & alijs Serpentibus redundant Europæ montes, nimirum Sciron, Pannonia, Aſelenus, Corax, & Riphæus. Sciron autem celebratur mons ſaxoſus in Græcia apud Athenas, ita cognominatus à Scirone latrone, cuius oſſa (poſtquã fuit à Theſæo ſuperatus) in prædictum montem conuerſa eſſe perhibentur, vt monimentis mandaret Ouidius. At Buccateron, Ægages, & Cercaphus montes Aſiæ viperas Europeis multò longiores nutriunt. Hoc verum eſſe nobis perſuadet Bellonius, qui viperas Ægyptiacas, ratione amplitudinis pellis, à noſtris diſcrepantes obſeruauit: etenim pelles illarum tomento repletæ duplo maiores apparent, quod viperis aliarum regionum contingere minimè conſpicatus eſt. Tandem vt differentijs coronidem addamus Proſper

D Alpinus ſermonem habens de medicina Ægyptiorum, ſcriptis mandauit in Illyrio ſtabulari viperas vnico in fronte cornu inſignes, Italorum viperis valdè ſimiles, capite latiore, & compreſſiore, mas album gerit cornu, fœmina duo tanquam acus in ſyncipite geſtat, Ceraſtes tamen non ſunt, immò ictu eadem, quæ vipera, patientibus ſymptomata afferunt; haſq; Ægyptij Thair vocant, voce non longè diuerſa à θὴρ, quo nomine multi authores, vt relatum fuit ſuperius, viperam indigitare ſolent: immò id in maiorem admirationem trahit Proſperum Alpinum, quòd Ægyptij ex his beſtijs cornigeris ſuam theriacam conficiant.

Viperæ mũranis locis delectantur.

Lib. 5.

Li. 9. c. 33.

Exercit. 175.

Viperæ Europeæ quales.

L. 8. *Metã, Li. 2. obſer. cap. 70.*

Lib. 4. c. 8.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

FORMA, ET DESCRIPTIO.

VIPERA est venenosus Serpens, pollicis crassitudine, duorum cubitorum longitudine, plus minusue, varij coloris, plano, latoq; capite, recta incedens cervice, reliquo corpore reptans, & saltuatim in animalia irruens. At rectius possumus asseuerare, quòd vipera sit longitudine cubitali, & sæpè prolixiore, colore subflauo pluribus maculis conspersa. Mas habet caput angustum, & acutum, collum crassius, & reliquum corpus tenuius, quàm fœmina: paulatim cauda illius, ritu aliorum Serpentum gracilescit, non autem aceruatim vt cauda fœminæ, squamas habet circa extremitatem caudæ asperiores, quas ira percitus subrigit; quemadmodum plumæ galli gallinacei inter dimicandum eriguntur. Meatus excrementorum in cauda est ventri propinquior. Dentes canini illi duo insunt, fœminæ verò plures, veluti Nicander in Theriacis elegan- F
ter decantauit his versibus.

Τοῦ μὲν ὑπὲρ κυνόδοντε δύο χροὶ τεκμαίρονται
Ἰὸν ἐρευγόμενοι, πλέονες δὲ τοὶ αἰεν ἐχίδνης.

Idest.

Huic gemini apparent dentes in carne venenum
Fundentes, verubus sed fœmina pluribus atrox.

Vel rectius.

Quem gemino natura armauit dente canino,
Vulnere tabifico, sed plures semper echidnæ.

Vtrum modo prædictus dentium numerus tam in viperis maribus, quàm in fœminis reperiatur nec ne; hoc inferius in Anatomicis disputabitur. Itaque omnia, quæ hactenus de figuris viperarum dicta sunt, in iconibus tam maris, quàm fœminæ manifesta consperientur. Hanc autem descriptionem menti tum veterum, tum nuperorum authorum conformem esse ex eorummet doctrina patefaciemus. In primis Galenus G
scribens de Theriaca ad Pisonem, vbi, pro theriaca concinnanda, viperas fœminas su-
Descriptio viperę ad mentē Galeni. mendas esse præcipit: sic inquit. Viperæ sunt subflaui coloris, admodum agiles, collum maximè porrigentes, oculis subrubentibus, inuerecundis, atq; feri ingenij, capite latiore quàm in mari, quem etiam viperæ fœminæ reliqua corporis mole excedunt. Meatus excrementorum propius caudam situs est. Canini dentes mari duo, fœminæ verò plures insunt.

Auicennas sermonem habens de venenatis, viperas celebrabat habentes caput pressum, & latum, vbi ceruici annectitur, & corpore admodum longo attribuens fœminæ dentes plures vtrinq;, eum mares in omni latere, vno tantùm muniantur. Nam fieri potest ad mentem Galeni, vt mares etiam plures habeant dentes, non loquēdo tamen de caninis; quemadmodum inferius in Anatomicis explicabitur.

Aetius viperam fœminam colore subflauo, & multis notis instar rotarum exornatam prædicabat, magnitudine tamen cubitali, cauda aceruatim in tenuitatem desinente, oculis subrubris, capite latiore, collo angustiore, aluo sinuosiore, & deniq; dentibus H
quatuor caninis præditam, quæ innixa caudæ graditur. At vipera mas, ad mentem eiusdem Aetij, prædicti est coloris, capite angustiore, & collo crassiore, cuius cauda paulatim imminuitur, & alacrius mouetur. Cardanus in præstantissimis viperis caput latum, erectum, & cauum, figura rhombi, oculos viuaces, breue corpus, & motum
Lib. 2. de anim. alacrem commendabat. Clarissimus etiam Mercurialis viperam marem à fœmina in hoc differre scribebat: quoniam fœmina caput latius, ceruicem minus elatam, dentes quatuor, corpus crassius, & breuiorem caudam habeat, tardiusq; incedat: cum viciissim mas capitis sit angustioris, ceruicis magis elatæ, corporis longioris, & tenuioris, duobusq; tantummodo dentibus refertus. Cùm postmodum viperæ omnes coloris cinerei, interdum subflaui, & maculis nigris, vt plurimum distinctæ conspiciantur. Quæ omnes notæ apud Nicandrum in theriacis habentur, dum his versibus in latinum sic translatis canit.

Fœmina

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Vipera Mas



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Vipera fœmina cũ capite ſeparato, dentes monſtrante



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A *Fœmina pone trahit ceu mancam vipera caudam,*
Perpetuo duris horrentem tergora squamis,
Et per opaca pigrum reptat dumeta volumen.
Ipse sed acre caput mas fert prolixior illa
Quandoq; & quandoq; minor sed non ita lato
Ventre patet, mutila est, similisq; per omnia cauda.
Prolixi semper tractus, similes quoq; squamæ.
Atque irritato quoties excanduit ira,
Sanguineo facies, oculiq; rubore coruscant,
Dissaq; micans celer incrispanteq; lingua
Obliquam sinuat postremo in corpore caudam.

Cæterùm Amatus Lusitanus retulit viperam in Hispania esse cubitalem, capite presso, & acuto, in quo veruca conspicitur, dorso veluti quadam catena depicto. Quicquid asseruerit Belluacensis ad mentem Physiologi, de vipera ad vmbelicum vsq; faciem humanam habente, deinceps verò crocodili specie decorata, tribusq; tantummodo dentibus armata, cum meatu excrementorum parvo, ad instar foraminis acus, itaut per os tantùm concipere perhibeatur.

B

PHYSIOGNOMONICA.

ANIMALIVM descriptio speculandi ansam præbere solet Physiognomis, quos hominum mores ex corpore, vultuq; disquirendi labor agitare solet. Itaq; hi meditantes in humanis oculis quasdam rubentes maculas, quales vt plurimum in oculis viperinis conspiciuntur, tales esse homines opinantur, qui non à domesticorum sanguinis effusione, neq; ab vlla impietate, & vaframentis abstinent. Propterea insignis ille vir Io. Baptista Porta huiusmodi oculis Ezelinum de Romano humani sanguinis inexplebilem, prædituſ fuisse suspicatur. Hac de re Iouius non temerè illi vipereos oculos, atrocem pallorem, & feralem frontem attribuebat, qui moribus plusquam barbaris imbutus ferro, & flammis, vrbes, & multa corporum millia excidit. Item Ioannes Maria Vicecomes vipereis oculis, & venenum ferè spirantibus insignitus, sæuus princeps fuisse perhibetur: etenim carnificinam inauditæ crudelitatis in suos ciues exercuit, dū præ grandibus, & voracibus canibus humana carne nutritis, fera immanitate homines sibimetipsi inuisos obijciebat, vt, incredibili horrore populi, cōfestim ab illis discerperetur.

C *Lib. 3. Physiog. 5.*

ANATOMICA.

IN dissectione viperini capitis cerebrum subnigri coloris conspicitur, & adeò pusillum, vt vix quantitatem quatuor granorum milij adequet: propterea hoc animal à quibusdam calidum, & siccum esse creditur; quoniam immodicus calor cordis à frigiditate cerebri temperari nequeat. Auriculis viperæ carent, sed earum loco quasdam cauernas habent: etenim Plinius tradidit animalibus fœtum viuum parientibus aures inesse eminentes, exceptis cartilagineis, vitulo marino, Delphino, & viperis, quæ quibusdam foraminibus, pro auribus, vtuntur. Quoad dentes, Gesnerus tradit quosdam viperinum caput secantes, quatuor oblongos dentes in superiori mandibula spectasse; cum alij dentes tam superioris, quàm inferioris maxillæ, ob paruitatem, non apparent, sed maxillam acu fricando asperitatem, & stridorem percepisse; hos pusillos dentes, tàm in viuis, quam in mortuis viperis, nisi auferatur vesicula, in qua condantur, nemo vnquam intueri poterit. Baldus Angelos Abbatius quatuor dentes caninos tàm mari, quàm fœminæ viperæ attribuit, cum hoc tamen discrimine, vt mas duos habeat deciduos; ideoq; non admirandum esse putat, si interdum maris dentes duos tantummodo esse conspiciamus. Quamobrem Authores Nicandrum secutos proculdubio hallucinari statuit; quando pronunciat demorsos à vipera mare duo tantùm vlcu-

D *Cerebri viperini quantitas.*

In l. de nat. viperæ ca. 16.

www.libtool.com.cn

Dentes viperini, quot & quales sint.

vleuscula, & à fœmina quatuor reportare: cum duos dentes maribus, & quatuor fœminis semper ineſſe crediderint. Et tamen vipera mas, antequam illi duo dentes cadant, quatuor etiam vulneribus poſſit patientes afficere; hæc autem ſententia ſi ſit vera nec ne, indiget animaduerſione: quã doquidem noſtri circulatores viperas quotidie pertractantes, duos tantùm dentes tam in mare, quàm in fœmina ſe obſeruaſſe referunt.

Ordo dentium viperæ.

Nos igitur, decocto viperæ capite, & carne diligenter à cranio ſeparata, duplex dentium genus conſpicati ſumus, vnum, quo hæc beſtia ſe tuetur, & mordendo venenat, alterum, quo ad mandendum vtitur. Hi autem ſunt dentes quatuor ſupra triginta ab Antiquis non deſcripti: cum in gingiuis occultati non appareant. Horum autem talis eſt ordo, nam præter quatuor caninos nominatos, duodecim in ſuperioribus maxillis, nimirum ſex in vtroq; latere conſpiciuntur; ſuntq; ad inſtar ſerræ verſus gulam, & aliquantò maiores dentibus armantibus inferiores maxillas. Inferiores dentes ſunt viginti duo, nempè vndecim in quolibet latere, quocirca, quando authores memorant vulnera à dentibus viperinis inflicta, eos de caninis dentibus verba facere opinamur; cum cæteri dentes horum animalium illis ignoti fuerint. Quandoquidem Veteres, harum ferarum caninos tantummodo dentes deſcripſerunt, quos vidimus perforatos, & veſicula veneno plena munitos, quæ nouo toxico quotidie repletur, dum primum in ictu conſumptum fuerit. Etenim quemadmodum in ſingulis animalibus aliqua ſemper generantur excrementa, quæ per partem determinatam extra corpus eruduntur: ita etiam viperæ venenoſum excrementum per dentes euacuant, dum ſe defendentes, mordendo cætera animalia venenant. Hoc etiam præſtat ſcorpio, qui in cauda aculeum perforatum inſtar dentium anteriorum viperæ poſſidet, & ſub aculeo habet veſicam veneno plenam, quod punctis animalibus communicat.

Priſci omnes dentes viperæ non cognouerunt.

Canini dentes viperarũ ſunt ad tutelam.

Neq; mirandum eſt viperas caninis dentibus ad tutelam tantùm ſibimet à natura comparaſſe: ſiquidem accidit idem piſci piſtrici roſtrum hinc inde dentatum poſſidenti, quos dentes huic animanti nonniſi ad tutelam natura impertita eſt. Quod autem noſtri viperarum venatores pronuncient ſe tam in mare, quam in fœmina duos tantùm dentes conſpicatos fuiſſe, inde natum eſſe credimus, quoniam cæteri in gingiuis latentes non videantur: deinde hoc genus hominum tanquam rude, & imperitum nunquam anatomen harum beſtiarum exercuit.

Pulmo viperarum.

Pulmo in viperis veluti veſicula oblonga membranoſa, varijſq; meatibus plena, & aere turgens obſeruatur. Item cor grandiuſculum apparet, & mobile in pericardio; hoc q; quando animal alexipharmaco necatur concitatius mouetur, quam ſi ferro interimeretur, ob repugnantiam alexipharmaci ad venenum. Iecur eſt oblongum vena admodum craſſa per medium percurrente, quæ dimanans à corde ad extremam vſq; caudam Serpentis progreditur. Ibi etiam viſuntur venæ, ſeu arteriæ, quæ à corde, & hepate ad gingiuas, ſeu veſiculas dentium aſcendunt: cum in veſica fellea tanquam in propria lacuna contineatur hæc materia venenoſa, quæ inde ad dentes defertur. Poſſumus autem neceſſariò atteſtari hãc venenoſam materiam in cyſti fellis reſidere, quoniam neq; hepar, neq; cor, neq; ſanguis viperæ venenum participant.

Cor viperarũ quale.

Iecoris viperini figura.

Ventriculi viperini locus.

Ventriculus ſub iecore latitat, cui æſophagus adhæret cum aſpera arteria ad pulmones vſq; deſcendente. Splen eolo inteſtino annectitur. Colon flexuoſum eſt, & in latere ſiniſtro terminatur. Rectum autem inteſtinum à fundo ventriculi dimanare videtur, ſed poſtquam de inteſtinis viperinis fit ſermo; Hic vnum animaduerſione dignum eſt; nam accidit hoc anno trigeſimo octauo ſupra milleſimum, & ſexcenteſimum, dum hæc ſcriberemus, vt in inteſtinis multarum viperarum, pro trochiſcis ad parandam theriacam diſſectarum, multi vermiculi albeſcentes, omnium pharmacopœorum admiratione, inuenti ſint. Quemadmodum oculatus teſtis Excellentiſs. D. Ouidius Montalbanus Mediceus Collegiatus nos monuit, & ſingulari humanitate hoc lumbricorũ genus miſit ponderandum. Quare non valdè demirati ſumus, in auſtrina cõſtitutione, hoc animantium genus in cunctis animalibus procreari poſſe, dũ pituita iuſtò copioſior in inteſtinis colligitur, quæ poſtea calido prædita putreſcit: immo dum validus pituitæ calor in pituitoſam, & putreſcentem materiam agit, ſole concurrente, vermes producuntur, iuxta vulgatum carmen.

Lumbricos crudus perſeminat humor in aluo.

Veluti in quacumque alia corporis parte, prædictis confluentibus in vnum cauſis, gigni

www.libtool.com.cn

A gni possunt, nimirum in dentibus, in pulmonibus, secundum Alzarauium, in renibus, & vasis seminarijs, secundum Plutarchum: superiùs enim in Rubrica de Serpentum generatione, Icon cuiusdam animalculi per lotium excreti fuit exhibita. Et demum Conciliator in capitibus arietum vermes aliquando genitos vidisse attestatur.

Tandem renes etiam ibi obseruantur. Quoad partes generationi destinatas, scripsit Aristoteles nullum piscem testes habere, neq; animalia pedibus carentia, vt Serpentes. Verùm hanc Aristotelis doctrinam sectio anatomica redarguit: quandoquidem inter pisces oblongos, delphini, & vituli marini testibus insignuntur. Item vipera mas non solum duos, sed quatuor testes, & duplicem penem habet, quemadmodum inspectio anatomica manifestat. Ht penes ad radicem vsq; caudæ terminantur, in quorum summa parte pelliculæ tegentes penes, & in parte anteriori asperitates quædam conspiciuntur. Idcircò non erit veritati consonum à vipera in congressu caput maris præcidi, neq; genituram per os emitti: in quem errorem grauissimi authores inciderunt. *Lib. 4. de part. An.* *Penes, & testes vipe tarum.*

B Circa genitalia viperæ fœminæ, Gerardus Bouman Medicus Cliuensis, ex Gesnero, viperam secuit, in qua vterum bifidum conspicatus est, vbi receptacula ouorum veluti in gallinis, vasa seminaria, & bina orificia obseruantur. Vtrum modò semen per vtrumque penem in hæc duo oscula mas eiaculetur, an interdum per vnum, & quandoque per alterum, hactenus nobis ignotum est: cum hoc in animalibus venenosis difficillimè inuestigari possit: hæc autem vuluæ oscula in postrema ferè caudæ parte residunt: vbi vuluam duplicem Plinius videtur contemplari. Vnde Nicolaus Leonicenus in hoc pliniano textu duplicem detegit errorem. Primò, quia duplicem vuluam viperæ, & cæteris animantibus intra se animal generantibus assignet, quasi vipera non habeat locum inter illa animalia, quæ extra se viuum fœtum emittunt: secundò, quoniam duplicem vuluam ei tribuat; cum tamen vipera vnam tantùm habeat, veluti cæteræ animantes, quæ intus oua concipientes, fœtum deinde viuum excludunt. Etenim ea pars vteri oua continens lumbis adhæret, cum ostio supra intestina sito; sicuti Aristoteles testificatus est. Deinde si Plinius per duplicem vuluam bifidam, bipartitam intellexit, hæc proprietas alijs etiam animalibus tam intra, quam extra animal generantibus, communis esse fertur. Itaq; vulua viperæ veluti, & illa cartilagineorum dissimilis est matrici tàm viuiparorum, quàm ouiparorum: siquidem supra ad septum, & infra etiam porrecta est. Cæterùm non est intelligendum, vt idem corpus vteri sit in duobus locis situm, sed debemus intelligere vuluam quasi mediam inter prædicta duo loca esse collocatam. Huius autem rei causa est, quoniam, & ouum, & animal generant. Ideòq; vulua viperarum quasi naturam vuluæ generantis animal tantùm, & naturam vuluæ generantis ouum tantùm participat. Quamobrem fuit necessarium, vt matrix horum animalium medium quemdam locum occuparet. *Genitalia viperæ fœminæ.* *L. 11. c. 37.* *Vteri pars oua cõtinẽs vbi sita sit.* *Viperæ vuluæ locus.*

C Circa cognitionem viperini fœtus, multæ viperæ prægnantes, & non prægnantes in capsulis seruandæ erunt, & octauo quoq; die vipera grauida, & non grauida erit secanda, vt magnum discrimen earum innotescat: ideq; ad mensem vsq; Augusti præstandum erit: vt quonam tempore fœtus in ouo formari incipiat, distinctè cognoscatur. Nostra enim obseruatione, circa calendas Iulij initium distinctæ formationis viperini

D fœtus apparere solet. Hoc etiam experimento in anatome oui gallinarum vsi sumus; dum singulo die aperiebamus ouum ex viginti duobus, quæ gallina fouebat, vt quænam pars pulli formabatur, in dies pateret. Quandoquidem singulo die aliquid semper noui in ouo obseruatur. Vt autem, quod de viperæ anatome hactenus explicauimus manifestarium euaderet, placuit ex Baldo Angelo Abbatio eiusdem anatomes viperæ tàm maris, quàm fœminæ ante legentium oculos repræsentare.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Partes interna viperæ maris.

AA. teſtes, & eorum ſitus.
BB. orificia penium ſita iuxta anum.
D. Iecur.
E. Ventriculus.
H. rectum inteſtinum.
LL. vaſa præparantia ſemen in penibus.
MM. pelliculæ tegẽtes penes.
Q. R. penes terminantes ad radicem caudæ.
XX. vaſa deferentia ſemen.
YY. Renes.
Z. Splen.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Partes internæ viperæ fœminæ.

A. & B. orificia intrinſeca vterorum.
D. & E. vaſa ſeminaria.
F. & C. exitus fœcum.
G. pars infima ventriculi.
H. & I. receptaculũ ouorum.
K. veſicula fellis.
L. ventriculus.
M. iecur, per quod vena excurrit.
N. Cor in pericardio.
O. vena deferens ab hepate venenũ ad radices dentiũ.
P. & Q. venæ, ſeu arteriæ aſcendentes à corde, & ab hepate ad veſiculas dẽtiũ.
S. Oeſophagus.
T. & R. aſpera arteria.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

NATVRA.

Li.8.c. 17. HOC viperis insitum esse à natura, vt Vere, & Autumno spolium deponant, in historijs animalium testificatus est Aristoteles. Quapropter Authores naturæ arcana peruestigantes, ab hac signatura collegerunt carne horum animantium laborantibus scabie exhibita, cutim renouari. Amplius ad mentem Auicennæ, viperæ tempore vernali, oculos fœniculo affricare dicuntur; vt hebetudinem visus hyeme in speculbus contractam tollant. Insuper inter alias viperæ proprietates, hanc à natura congenitam habent, vt grauissimum spirent odorem. Ideò capsulæ, in quibus viperæ, ad concinnanda varia medicamenta, à Pharmacopolis seruantur, quando recluduntur, ob tetrum odorem quamdam veluti nauseam generant. Immò caucrnæ, in quibus, brumali tempore stabulantur, magis quàm prædictę capsulę pestiferum odorem exhalant. Hęc proprietas non fuit ignota Martiali, quando Bassam malè olentem prædicauit hunc in modum.

Viperarum teter odor.

F

L.5.Epigr. epigr.43.

Quod vulpis fuga, viperæ cubile
Males, quàm quod oles, olere Bassa.

Demùm viperæ fœminę hoc natura ingenerauit, vt morsus sit acerbior, & corpore pinguior appareat. De cæteris autem moribus huic bestiæ congenitis nullum sermonem in præsentia habere necesse est: siquidem hos cum alijs Serpentibus communes participat, de quibus omnibus in primo huius libri capite satis superq; egimus.

SYMPATHIA. ET ANTIPATHIA.

Viperæ, & murænæ amicitia.

CARDANVS agens de rerum varietate, monimentis mandauit viperam, inter plantas, eruca potissimum, & sabina maximoperè delectari: hac de causa plures semper, & subtus arborem sabinæ gradiuntur, & super ipsam serpunt. Præterea vipera singulari fauore murænam prosequitur; dum, antequam cũ ipsa congrediatur, venenum euomere perhibetur, ne sponsam læthali humore inficiat: hoc autem elegantissimè expressit Philes his versibus iambicis.

G

Ἔχις δὲ καὶ μύραινα συν διαζέτην,
Ὁ μὲν πρὸς αὐτὴν τῆς ὀπῆς ἐξερπύσας,
Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ἐκ ῥοῆς ἀνημμένη.
Καὶ πρὶν δὲ, βασιλεῦ, συνδραμεῖν εἰς τὸν γάμον,
Ἐμεῖ τὸν ἰὸν ὡς γλυκὺς ὁ νυμφίος.

Hi autem versus interprete Bersmano sic latinè exponuntur.

Muræna amore, & vipera ardent mutuo,
Hæc ex latebris ad puellam prodiens,
At illa fluminis relinquens alueum.
Sed ante iungant, quàm vicissim gaudia,
Sponsus venenum vomitione reijcit.

H

Atqui hæc bestia, odio capitali ab homine, à multis brutis, à quibusdam plantis, nec non à lapidibus dissidet. Primitùs ob agreste odium inter ipsam, & hominem, si viperæ collum cautè contineatur, & in os diductum, sputum humanum injiciatur, itaut in ventrem dilabatur, tanta pernicie, Æliano teste, afficitur, vt vipera paulò post contabescat. Deinde ob eamdem antipathiam, si vipera mulieri grauidæ occurrat, partum abortu vitiat: immò, ex Porta, idem accidere mulieribus prægnãtibus perhibetur, quæ sonum citharæ audiuerint, in qua fides confectæ ex intestinis Serpentum, & præcipuè viperarum accõmodatæ sint. Inter bruta animantia, viperę muribus inuisę pronunciantur: etenim, ex Æliano, hi statim atq; vocem felis, aut sibilũ viperæ audiunt, musculos à proprijs cutis aliò transferunt. Item magnũ dissensum inter viperam, & ossifragam collocat Auicennas; cum fateatur se vidisse hanc auem cum vipera dimicantem,

L.20.Mag. nat.

Ossifragæ, & viperæ odia.

& ex

www.libtool.com.cn

A & ex gugna ad herbã similem foncho se recipientem, quam cũ quidam, periculi causa, euulsisset, auis rediens, nec herbam inueniens interijt. Amplius inter viperam, & terrestrem testudinem, acre odiũ cadere, narrat Ælianus: quocirca testudo deuorato prius origano, viperam preclarè contemnit, quo non inuento, ad rutam confugere dicitur, qua degustata contra viperinos ictus armatur: hinc fortè colligenda erit causa, propter quam Apuleius rutam viperalem appellauerit. His autem herbis deficientibus, testudo planè conficitur. Quæ omnia ab Aristotele desumpta fuisse arbitramur: hic enim in Mirabilibus, Origanum pro testudine aduersus viperam prædicat. Plinius autem de antipathia prædictorum animalium agens, id, quod Aristoteles Origano attribuit, cunilæ herbæ assignat, dicens. Testudo si viperam ederit, mox cunilam gustat, quòd cum sæpius quidam ita factum animaduertisset, deuorata à testudine vipera, herbam eradicauit, quo facto, testudo interijt.

Testudinis & Viperæ inimicitia.

Immò inter Parias Serpentes, & viperas acerbissimum odium intercedere promulgat Suidas: propterea quòd Pariæ sunt Serpentes mansueti, hominibus minimè nocui,
B & inuentas viperas deuorant. Scorpioni quoq; vehementer infensam esse viperam nonnulli retulerunt. Vnde Gaspar Vuolfius huius rei se periculum fecisse testatur, dum inuentũ Scorpionem iniecit in phialam, in qua viua vipera seruabatur: quare paulò post ictibus, & morsibus hinc inde datis, ambas animantes interijsse conspicatus est. Vtrum modò Scorpius, vel vipera prius obierit, se non rectè meminisse fatetur. Tandem inter animantes, Ælianus tradit vespas in viperam maligne esse: vnde postea fit, vt pernicioſiores ictus imprimant.

Paris Serpentes, & viperæ hostes.

Scorpionis, & viperæ certamen.

Præter animalia, ad uersus nonnullas plantas viperæ odium contraxerunt, sed præcipuè contra allium, vt Theophrastus pronunciauit; ideòq; allij odorem vitant consequenterq; Scordium, & alliariam fugient, cum folia harum plantarum contusa tetrum allij odorem emittant. Ex Auicenna Luph, nempè Arum inimicum viperis esse perhibetur: hinc huius radix manibus affricata morsus viperarum arcere dicitur.
C Idem author sinapim viperis aduersari promulgat. Rursus inter fagum, & hanc bestiam antipathia cadit non contemnenda: siquidem Andreas à Lacuna recitat, ramulo fagi viperam leuiter contactam obstupescere. Idem de fraxino Mercurialis publicat: nam hæc bestia tantoperè ab illa abhorret, vt constituta inter folia fraxini, & prunas, potiùs per ignem quàm per folia transire eligat. Deniq; Solanum viperis inuisum esse volunt: quare Galenus aduersus hos Serpentes, manus succo solani madefaciebat. Inter lapides smaragdus viperæ odiosissimus celebratur: cum ex Rhasi, viperæ oculi optimum intuentes smaragdum liquari, & mox à capite effluere dicantur.

L. 6. de causis plant.

Fagus viperæ inimicus.

Solanũ viperis inuisum.

Smaragdus viperis aduersatur.

COITVS. PARTVS.

D VIPERAS olim ex capite Cerberi natas esse, multi fabulantur: ideòque Goropius hæc verba protulit. *Aconitum verò illud ex eo lethale virus contraxisse volunt, quod Hercules paulo ante Cerberum apud Heracleam extractũ hominibus ostenderit, è cuius capite viperæ natæ sint, quarũ tabo aconitum fuerit infectum.* Quamuis postea Goropius hanc fabulam ad veram reduxerit historiam. Legitur etiam apud interpretem Theocriti viperam, ad mentem Aristotelis, ex lacerta exsiccata dimanare. Quidam ex cinere tanquam ex putri materia viperam oriri pronunciant. Sed nos opinamur Serpentem, & non viperam simpliciter intelligendam esse. Quamquam credendum sit ex putredine etiam generari posse: narrat enim Iulius Obsequens, vigentibus bellis ciuilibus inter Cæsarem, & Antonium, Padum inundasse, & ingentem viperarum copiam visam fuisse. Et apud Sabellicum legimus, mulierem pro infante viperam peperisse; quæ animantia ex nulla alia materia, nisi ex corrupta originem habuisse arbitramur. Verumtamen, his posthabitis, pronunciandum est viperas ex congressu maris, & fœminæ oriri: propterea recitant multi authores, & præcipuè Herodotus in Thalia, quòd vipera mas congrediens caput in os fœminæ inserit, quæ, postmodum, re peracta, dentibus illud præcidit, iuxta illud distichon Reusneri.

L. 8. de orig. Antuerp.

Viperæ ex lacerta.

Lib. 3.

L. 25. de Anim.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Cum ruit in venerem blanditur echidna marito. E
Mox ſatura inſertum præſecat ore caput.

Quamobrem non eſt mirandum, ſi Albertus in hanc venerit ſententiam, quod fœmina libidine inſaniens caput maris ore apprehendens illud amputet, & ex ſpurco illo concipiat: fœtus autem perfectionem adeptus exiens aluum matris erodat, vt paulò inferius recitabitur. Canit enim Reuſnerus hunc in modum.

Dum coit, emoriens infauſto vipera partu:
Dente caput reſecat coniugis ipſa ſui.

In Theriacis. Quare id totũ explanauit Nicander verſibus græcis in latinum ſermonem ſic translatis.

Cum durum fugiens morſum igneſcentis echidnæ
Frendit ebis, vel vbi feruente libidinis æſtu
Sæuo dente ſui reſecat caput illa mariti.
Aſt vbi poſt vegetam ceperunt pignora vitam,
Iamq; propinqua adſunt maturi tempora partus F
Indignam cari mortem vlciſcentia patris,
Eroſa miſeræ naſcuntur matris ab aluo.

Aliter etiam carmina græca Nicandri ſic verti poſſunt.

Vipera ſæua caput lethali dente mariti
Mordicus abſcindit, ſed nata ex ſemine proles
Viſcera dilaniat matris ſtratamq; relinquit,
Sic patris vindicatum ſub primo vlciſcitur ortu.

Cæterùm Ariſtoteles, & Plinius, more aliorum Serpentum, nimirum viperas ſimul complicatas congredi pronunciarunt: cum id veriſſimum eſſe experientia doceat. Immò mares viperarum teſtibus inſigniti ſunt, & penibus in permixtione vtuntur: quemadmodum in Anatomicis enucleauimus. Cum tamen Ariſtoteles in his explicandis non multam diligentiam adhibuerit. Fuerunt igitur ætate noſtra, qui viperas vtriuſq; ſexus in viuarijs incluſerunt, illaſq; inſtar aliorum animalium iungi, concipere, parere, & fœtus ſuos educare obſeruarunt. His addit Amatus Luſitanus in Dioſcoridem, quòd viperas in pyxidibus prægnantes ſine vlla læſione eniti conſpicatus eſt. G

Congreſſus viperarum qualis.

Ex altera parte, hiſtoria huius congreſſus alia premitur difficultate: quoniam Scholiaſtes græcus Nicandri prodidit Archelaum exiſtimaſſe murænas ad litus exeuntes cum viperis coire: & Plinius de murenis loquens, Serpentum permixtione impleri arbitratus eſt. Ælianus etiam recitauit, quòd muræna libidinis impetu acta in aridum locum progreditur, & deſiderio ſponſi iniquiſſimi mota, latibulum viperæ ingrediens ipſi copulatur. At vulgaris opinio eſt viperam venereis ſtimulis concitatam ad mare accedere, & ſibilando murænam euocare, immò antequam venereo complexu inngantur, venenum deponere; vt in conſpectu fœminæ decorus, & innocens ſponſus appareat, & peracto congreſſu, murænaq; ad pelagus regrediente, veneno rurſus abſorpto, domeſticam ſedem repetere. Quam opinionem Oppianus poeta græcus, Baſilius, Cæſarienſis, & alij ſecuti ſunt; quoniam hanc ab Oro Apolline in hieroglyphicis confirmatam legerunt. Huic autem falſæ opinioni Ariſtoteles, & Theophraſtus anſam præbuerunt, cum diſcrimen inter myrum, & murænam recenſerent. Siquidem tanta eſt myri, & murænæ cum anguibus ſimilitudo, vt myrum murænæ coniunctum intuentes, viperam marem eſſe crediderint: eoq; magis, cum, Serpentum, & viperarum ritu, permiſceantur. Hae de cauſa Athenæus validis rationibus hanc murenæ, & viperæ permixtionem deſtruere conatur. Primò, quia neq; viperæ in mari, neq; murenæ humi ventur: deinde, quia viperę, & murenę marem, & fœminam ſui generis habeant. Tertiò, ſi murenę cum Serpentibus congrederentur (quod eſt abſurdum) potius cum marinis, quàm cum terreſtribus miſcerentur. Ad roborandam Atheneĩ ſententiam addenda eſt authoritas Rondeletij, qui varij generis Serpentes in vaſis includens obſeruauit viperam marem coire tantummodo cum compare, neq; alio congreſſu delectari. H

L. 12. c. 23.

Coitus murænæ & viperæ.

Explodituropinio congreſſus viperæ & murænæ.

De partu viperę inualuit opinio apũd Vulgus, catulos viperinos, nonniſi lacerata matris aluo in lucem exire. Referunt enim naturam ita cauiſſe, ne huius tam perniciosi animalis ſpecies ſupra modum augeſceret: ideòq; viperam, quemadmodum & leęnam bis parere negarunt. Quapropter ad rem, Baptiſta Mantuanus canebat.

Languet, & ipſa ſuo periens vt vipera partu.

Pari-

www.libtool.com.cn

A Pariter Iulius Cæsar Scaliger in ænigmate ſpumæ maris ad partum viperæ alludens ſic
cecinit.

Inſtabilis mater, cum rupta eſt, naſcor; vt olim
Vipera, ſed rurſus priſtina fio parens.

In hoc genere etiam circumferuntur pulcherrima carmina Aurelij Clementis, quæ quoniam lectu ſunt digna, non piguit nos hoc in loco illa recenſere: hæc autem ſic ſe habent.

Si licet exemplis vti, ſic vipera, vt aiunt,
Dentibus emoritur fuſa per viſcera prolis
Author morte ſua non ſexu fertilis, aut de
Concubitu, diſſinĉa vterum, ſed cum calet igne
Percita fœmineo, moriturum obſcœna marisum
Ore ſitit patulo, caput inſerit ille trilingue
Coniugis in fauces, atq; oſcula fœmidus intrat
B *Inſinuans oris coitu genitale venenum;*
Nupta voluptatis vi ſaucia mordicus hauſta
Frangit amatoris blanda inter fœdera guſtur.
Infuſaſq; bibit, caro pereunte, ſaliuas;
His pater illecebris conſumitur, & genitricem
Clauſa necat ſoboles: nam poſtquam ſemine adulto
Incipiunt calidis corpuſcula parua latebris
Serpere, moratumq; vterum vibrata ferire.
Æſtuat interno feritatis crimine mater
Carnificemq; gemit damnati conſcia ſexus
Progeniem ſi pri rumpentes obſtacula partus,
Nam quia naſcendi nullus patet exitus, aluus
Fatibus in lucem nitentibus excruciata
Carpitur, atq; viam lacerata per ilia pandit.
C *Tandem obitu altricis prodit grex ille dolentis*
Ingreſſum vitæ vix eluctatus, & ortum
Per ſcelus exultans lambunt natale cadauer.
Reptantis catuli proles dum naſcitur orba
Haud experta diem, miſera niſi poſthuma matrè.

Hanc abſurdam de partu viperæ ſententiam protulerunt Herodotus, Nicander, Ortus Apollo, Plutarchus, Solinus, Arnoldus Villanouanus, Valerianus, Gillius, Volaterranus, & multi alij, qui in eadem nauì parùm accuratè verſati ſunt. Sed inter hos maximoperè admiramur Authorem de theriaca ad Piſonem, qui non ſolum in hoc erratum, ſed etiam in multa incidit, quæ hunc librum Galeno minimè adſcribendum eſſe nobis perſuadent. At hic error inde fortè dimanauit, quia nonnulli viperam aliquando extinctam, fœtu ſuperſtite obſeruarunt. Animaduertendum autem eſt, quòd vipera prius oua vnius coloris, & mollia inſtar ouorum piſcium concipit: deinde viuum fœtum excludit, ad differentiam aliorum anguium, qui oua concipientes eadem pariunt. Hæc
D autem animantia mediam quodammodo naturam inter ouipara, & viuipara participantia nullam nobis admirationem afferre debent: cum hoc etiam plantis contingat: etenim planta Aparine, & Græcis Philanthropos nuncupata cõcipit florem ab hirſuto, & aſpero globulo non exeuntem; immò intus perfectionem adeptus ſemen producit. Idem in viperis manifeſtum conſpicamur, quæ intus oua concipientes animal poſtmodum foras emittunt, vt Nicander his verſibus expreſſit. *In Ther.*

Οἴη γαρ βαρύθει ὑπὸ κύμαται τοὶ δὲ καθ' ὕλην
Ὠοτόκοι ὄφιες λεπτυρὴν θάλπουσι γενέθλην.

Qui verſus in latinum translati ſic ſonant.

Sola etenim fœtu grauida eſt, cum cætera in altis
Ouipara excludant teſtacea pignora ſiluis.

Vel etiam rectius ſic exponi poſſunt.

Hæc etenim ſolum fœtu grauis vndiq; fertur;
Cum tamen oua alia paſſim per deuia fundant.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Quare nõ immeritò refert Apollonius apud Philoſtratũ, viperam fuiſſe viſam, quę catulos nuper in lucem editos quodammodo expoliẽs lambebat. Itaq; ratione huius fęturę moti graues authores, viperas à cęteris Serpentibus ſegregarũt: cum tamen hęc ſententia multis non arrideat: etenim Ceraſtes, & multi alij Serpentes, more viperarũ, eniti ferũtur; quãdoquidem ex Bellonij obſeruationibus, in Ægypto huiuſmodi beſtię ſtudio diſſectę, & catuli in ouis inuenti fuerunt. Hac de cauſa Nicander non iniuria Ceraſtes inter viperas enumerabat. Et Greuinus hos Serpentes, exceptis cornibus, à viperis minimè diſcrepare aſſeuerabat. Præterea, ſecundùm Horodotum, in Arabia Serpentes ſubalati ritu viperarũ congredientes, & parientes ſtabulantur. Hinc colligendũ eſt non à ſola vipera viuum fœtum edi, quamuis ſcribat Leonicenus, hoc argumento ſententiam Ariſtotelis minimè deſtrui, cum ex alato, & non alato, ad mentem eiuſdem Philoſophi, ſpecies non varietur, quoniam formicæ etiam alatę, & non alatę ad eamdem ſpeciem referantur. Verùm, licèt viperæ viuum fœtum enitantur, vt hactenus explicatum fuit. Nihilominus, ex Ariſtotele, in partibus internis oua prius generantur, quę ſupernè verſus præcordia continentur, molli cortice tecta, veluti oua piſcium: deinde, tempore partionis, catuli membranis obuoluti ab vtero egrediuntur. Bellonius verò aduerſus Ariſtotelem, catulos ſine vllis membranis in lucem prodeuntes ſe pluries obſeruaſſe fatetur. Huic difficultati ſequenti diſtinctione poſſumus ſatisfacere. Nam partus viperę bifariam conſiderari poteſt: primùm, quatenus catuli membranis inuoluti figuram oui repręſentantes ab vtero exeunt, è quibus diſruptis paulò poſt erumpunt, & hic partus vocatur naturalis, quem noſtri viperarum venatores pluries ſe obſeruaſſe teſtificantur. Secundò, conſideratur hęc fętura, quatenus catuli inuolucris ſciſſis in vtero nudi ab aluo egrediuntur, quem modum Bellonius obſeruatum explicauit. Quapropter ex prędictis ouorum pelliculis eroſis dimanauit opinio in vulgus, catulos viperinos abroſa matris aluo in lucem prodire.

In Thalia.

In l. de Diſp.

L. 1. de par. An.

L. 5. de hiſt. An. c. vlt.

Fętura viperarũ qualis.

Idcircò Albertus Magnus hanc opinionem roborare volens affert in medium authoritatem Plinij dicentis, propter anguſtiam alui, & copiam catulorum, viperam difficulter eniti, & vltimos tędium inuadere, qui, corroſis matris viſceribus, confeſtim in lucem egrediuntur. Quare Albertus aſſertum mendax alio mendacio ſtabilire nititur: cum liquidò omnibus conſtet naturam in neceſſarijs non deficere. Theophraſtus tamen poſt Ariſtotelem ſolers arcanorum naturę inueſtigator, vterum viperarum à catulis perforari negauit; & ſuperiori ſęculo Nicolaus Leonicenus huiuſmodi errorem patefaciens extirpauit. Quando autem Plinius ab Alberto citatus hanc falſam opinionem videtur inſinuare: doctrinam Ariſtotelis ab ipſo peruerti notandum eſt, etenim vbi Ariſtoteles ſcriptum reliquit, catulos interdum membranis obuolutos, & quandoq; abroſis membranis, ab aluo exire; Plinius tranſcripſit poſtremos catulos tarditatis impatientes latera alui maternæ ad exitum lacerare.

Opin. Theophraſti circa partum vipęræ.

Quoad numerum catulorum, & pariendi tempus, tradunt aliqui, ex mente Ariſtotelis, ſingulũ catulũ ſingulo quoq; die ab vtero exire: itaut iuxta numerũ catulorum, tot dies in partu abſumantur. Cum tamen experientia demonſtret, quòd vnico die catuli membranis inuoluti vterum referent, & tandem die ſexto aliam tenuem membranam ſenectam anguium æmulantem deponant: vt multi Pharmacopolę fide digni obſeruarunt. Hic autem error, circa viperinum partum, ex Plinio, & Theodoro Garza dimanauit, qui verba Ariſtotelis, quę in textu græco ſic ſe habent, τίκτει δ' ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καθ', τίκτει δὲ πλέω ἢ ἕνεκεν. Theodorus Garza, & Plinius ita interpretantur. *ſingulis diebus ſingulos parit, plures quam viginti numero.* Cum tamen hæc verba ita eſſent exponenda. Parit autem vna die ſingulos, & parit pluſquam viginti numero. Vt hæc verba talem ſenſum nanciſcantur; non quòd ſingulis diebus pariat, ſed quod vna die pluſquam viginti catulos, ſingulos tamen, nempè vnum poſt alterum, vipera enitatur.

Numerus catulorum vipęræ.

Circa numerum fętuum, vipera viginti quinq; ad ſummum catulos effundit. Immò Ioſeph de Sauijs vir fide dignus, & pharmacopęus celeberrimus, qui toties viperas pro varijs concinnãdis medicamentis pertractauit, tres ſupra viginti catulos ab vna vipera in pyxide cuſtodita exeuntes obſeruauit; deindeillos à matre ſegregans, quatuor tantummodo cum illa reliquit, quos alacriores in dies, & audaciores, reliquos verò ſeparatos inertes, & ſegnes fieri conſpicatus, id à ſolo viperę halitu prouenire poſſe exiſtimauit. Ad ſiccam vipera non per longum temporis ſpatium vtero gerit: idq; ex eo con-

ſecta-

www.libtool.com.cn

A iectamus, quoniam viperæ concipientes initio Veris, fœtum ad menſem vſq; Auguſti geſtant.

LOCVS.

NEGABANT olim Marſi populi, qui in Italia Serpentes impunè venabantur, & contrectabant viperas ob cœli temperiem, & molliorem ſoli naturam, in noſtro orbe haudquaquam generari. Quod Galenus iuſtis de cauſis ſibi perſuadere non potuit. In hanc quoq; ſententiam venit Leonicenus, qui de thyro ſermonem habens, in Italia optimas viperas pro nobiliſſimis concinnandis medicamentis, naſci affirmabat. Et Renodeus addit non modò in Italia, ſed etiã in Gallia, & præcipuè in agro Putauienſi verſari; ex quo loco numeroſæ viperæ Lutetiam pro varijs pharmacis, æquehuntur. In Luſi-
B tania, & Hiſpania, ex Amato Luſitano, viperæ infinitæ non deſunt. Apud Indos eſſe viperas, narrat Chriſtophorus Acoſta Africanus: ſiquidẽ in Malabar viperæ multæ, & alia Serpentũ genera viſuntur. Item Syagro promontorio Arabię proxima eſt Inſula, in qua, vt retulit Arrianus, Crocodili, viperæ plurimæ, & lacertæ permagnæ verſantur. In Melitenſi Inſula viperæ non deſiderantur, vbi D. Paulus Apoſtolus à vipera demorſus nihil mali paſſus eſt, vt in Actis Apoſtolorũ traditur. Numeroſæ etiam in Cypro, & Chio naſcuntur. Circa Amyclas, quas antea Græci condiderant, frequentes viperas morſu inſanabili eſſe, narrat Solinus. Quamobrem viperæ in vniuerſo terrarum orbe viuunt, vt ſcripſit Herodotus: & Bellonius veritatem eſt aſſecutus, quando pronunciauit ſe in Anglia, Gallia, Italia, Aſia, Græcia, & Ægypto viperas reperiſſe. Cordus tamen in Dioſcoridem ſe nunquam in Germania viperam conſpicatum fuiſſe memorat. Item Ariſtoteles viperas in Creta naſci inficiatur. Nihilominus Serpentes in Græcia Bellonius verſari aſſeuerauit, qui vulgò *Chendre* nominantur; quæ vox ab echidna detorta eſſe videtur. Itaq; Ariſtoteles forſitan atteſtari voluit Serpentes nõ ita perniciioſos diuagari.

In Com. ad Dioſc.

In lib. Aro mat. c. 33.

In Polyhiſt.

In Mirab.

Loca peculiaria viperarum.

C Circa loca peculiaria ab his feris adamata, notandum eſt, loca montana à viperis libenter frequentari. Idcircò Dioſcorides prodidit ratam in Macedonia circa Haliacmon fluuium creſcentem eſſe venenatam; cum hic locus montoſus ſit, & viperis ſcateat. Naſcuntur etiam copioſè in Luganeis montibus Patauinis, vt tradit Marcus Oddus, quæ pro theriaca componenda, optimæ ab ipſo celebrantur. Inſuper nonnullæ etiam propè aquas ſtabulantur: hac de cauſa Martialis meminit viperæ verſantis circa populos arbores humectis locis gaudentes, & ſuccioum ſtillantes, quæ tandem in electro incluſa perijt, his verſibus.

In Medit. Ther.

L. 4. Epigr. epigr. 59.

Flentibus Heliadum ramis, dum vipera ſerpit,
Fluxit in obſtantem ſuccina gemma feram.
Quæ dum miratur pingui ſe rore teneri,
Concreto riguit victa repente gelu.
Ne tibi regali placeas Cleopatra ſepulcro,
Vipera ſi tumulo nobiliore iacet.

D Ampliùs nonnullæ maritimis, & arenoſis locis delectantur, quarum carnes pro antidotis à Galeno reprobantur, quoniam ægrotantibus ſitim inextinguibilẽ afferre ſoleant. Vnde ratione huius loci legitur pulchertimum epigramma de naufrago in arenis iacente ictu viperæ lethaliter vulnerato huius tenoris.

Æquoris infandas euaſit naufragus vndas,
Triſtius Afra ſalo præbet arena ſolum.
Dum iacet, ecce graui preſſus propè litora ſomno,
Nudus, & infeſto feſſus aduſq; freto.
Vipera trux perimit, fruſtra fugis æquora fruſtra
Heu miſer, in terris debita fata tibi.

Alioquin, hyeme aduentante, pro ſede propria hæ beſtiæ latebras eligunt, vt Virgilius innuit canens.

L. 3. Georg.

Anteris, & curuis fruſtra defenſa latebris
Vipera.

Alia.

www.libtool.com.cn

Lib. cit. Aliquando etiam ex eodemmet Virgilio, sub præsepibus immotis libenter stabulantur, E in quibus simus, & immunditiæ immotæ diù manent his versibus.

Sæpè sub immotis præsepibus, aut mala tactu
Vipera delituit: cælumq; exterrita fugit.

Lib. 10. de hist. Anim. c. 62. Aristoteles autem, accedente bruma, sub saxis condi statuit; cum cæteri Serpentes sub terra occultati hyemem transigant. Plinius tamen Aristotele forsan malè intellecto, totum scripsit oppositũ, nimirum vrgente frigore, viperas ad terræ cauernas con-
Li. 8. c. 39. fugere, cum cæteri Serpentes sub saxis condantur. Vnde Martialis sententiæ Aristote-
Li. 3. Epig. 16. lis adhærens vitalibus auris commisit epigramma scitu dignum de vipera in faucibus statuæ lapideæ referentis vrsam iacente, circa quam puer ludens, inserensq; manum in os statuæ, lethali ictu à vipera percussus fuit. Versus autem sunt huius tenoris.

Proxima centenis ostenditur vrsa columnis,
Exornant fictæ quæ platanona feræ.
Huius dum patulos alludens tentat hiatus
Pulcher Hylas, teneram mersit in ora manum. F
Vipera sed cæco scelerata latebat in ore,
Viuebatq; anima deteriore fera.
Non sensit puer esse dolos, nisi dente recepto,
Dum perit: o facinus, ausa quod vrsa fuit.

Nos tamen scimus, ex longa rusticorum obseruatione, viperas non solum sub lapidibus, sed etiam sub terra hyeme occultari. Nam quando ipsi altius terram ligonibus fodiunt, has viperas simul glomeratas sæpissimè inueniunt.

VICTVS.

In Bœot. Cap. 13. PAVSANIAS scriptis mandauit viperas in montana Phenicię parte, herbis vesci, sed vt plurimum quasdam radices libenter vorare, quibus deinde magis efferari traduntur. In libro autem de theriaca ad G Pisonem legitur, quòd viperæ non solum herbis venenatis, sed etiam animalibus, scilicet bupresti bus, erucis, cantharidibus, phalangijs, mure araneo, stellionibus, scarabeis, bufonibus, salamandris, & alijs huius generis victitare. Erucis quidem delectantur, vt voluit author de theriaca ad Pisonem, ijsq; potissimum, quas pytiocampas appellant. Præterea mures non solum araneos, sed mures cuiuscũq; generis paruos appetũt, magnos autem ictibus interimũt.

L. 8. de hist. An. c. 29. His addamus sententiam Aristotelis, qui voluit Scorpiones à viperis deglutiri, horumq; pastu venenosiores fieri: siquidem quando animal venenatum alio pariter venenato pro cibo fruitur, eius morsus venenosiores fieri creduntur. Insuper viperæ auibus etiam in cauitatibus arborum nidulantibus insidiantur: quare Albertus narrat historiam cuiusdam picæ, cuius pullos in nido adhuc implumes vipera deuorauerat; tuncq; superueniens mater acerrimè cum vipera dimicabat, interim coxa dentibus viperæ apprehensa, & clamore edito, socia aduolauit, & viperæ caput rostro ita percussit, vt vipera interiens ab arbore decideret. Cumq; hoc ignotum non esset Baptistæ Mantuano, H sic canere solebat.

Viperæ nidis auium insidiãtur.

Sicut vbi implumes inuasit vipera nidos;
Ingemit, & querulò carmine plangit auis.

Nostra tamen ætate multi viperas in capsis, & pyxidibus contentas furfuribus nutrire profitentur. Venatores quidam viperarum illis in vasibus inclusis, quinto decimo quoque die præbent potum aquę simplicis cum herba quadam trita, quam neminit quam arcanum reuelare volunt; hacq; ratione viperas pingues, & alacres conseruare co-
Potio viperarum. nantur. Nos autem hunc effectum non herbæ, sed solo potui attribuimus, quandoquidem alij potu aquæ simplicis vtentes, viperas alacres, & pingues per longum temporis spatium conseruant.

Li. 2. obser. c. 50. Circa potum, scribit Bellonius viperas, & Cerastes, inter reliqua Serpentum genera, à potu diu abstinere. Verumtamen summopere delectantur vino, itaut nonnullæ illo allectæ facili negocio comprehendantur. Verùm, ad mentem Alberti, viperæ ve-

neno

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A neno vinum inficiunt: quod à veritate alienum esse constat, cum multi vini viperini potione à variis affectionibus liberati sint, vt multis in locis testificatus est Galenus. *Li. 2. de An. cap. 1.*

TEMPERAMENTVM.

CIRCA temperaturam carnis viperinæ, sententiæ doctissimorum virorum sibi inuicem reclamant: quandoquidem Aristoteles eam frigidam esse arbitratur, dum animalia viuipara ab ouiparis distinguens, sic ratiocinari videtur. Si viperæ natura calidæ essent, proculdubiò putamen oui viperini illam duritiem adipisceretur, quam in ouis gallinarum obseruamus: quoniam autem frigida gaudent temperie, ideò putamen oui molle intra se generant, cum ob inopiam caloris illud ad perfectam duritiem perducere nequeant. Altera ratio non spernenda est illa, quam ex natura animalium hyeme latibulantium colligimus, quam in primo capite huius libri frigidam esse statuimus: etenim viperæ ad illorum animãtium naturam referuntur; quæ & ipsæ, absq; cibo, diù in cauernis morantia, ob calorem imbecillum, non ita citò alimentum conficere possunt. Quoniam si calor in illis dominaretur non solum alimentorum, sed propriam etiam substantiam absumeret. Quod in alijs animalibus contingere conspicamur, quæ ab innato calore valido reguntur. *L. 1. de Gener. An. c. 9. & 10.* B *Natura viperarũ frigida.*

Ex altera parte Galenus, Dioscorides, & alij antiquiores Medici viperarum carnem excalfacientem, & siccantem esse iudicarũt; dum oleo, sale, anetho, porro, & aqua conditam præbent. Immò Galenus multos elephantiasi laborantes his carnibus liberauit, euacuato per cutim humore peccante, qui effectus caloris esse solet. Præterquamquòd à viperis demorsi cõtorquentur, & magna siti afficiuntur, qui affectus, & effectus non à frigida, sed à calida causa proueniunt. Demùm, qui viperas interficiunt, & mortuas pertractant, quamdam veluti pruriginem cutis persentire fatentur, quam nonnisi acres, & calidi vapores generare possunt. *Li. 11. de simp. med. fac. cap. 2.*

Cæterùm ad destruendam hanc difficultatem, & ad conciliandum Galeno Aristotelem, confugiendum est ad illa, quæ Galenus ad calcem libri secundi de locis affectis explicauit: vbi retulit animantia frigidiora, hyeme ob frigoris violentiam, non secas ac essent mortua, latitare. Huius autem generis sunt viperæ, quæ tunc temporis contrectatæ non mordent, æstate tamen, & potissimùm sub caniculæ ortu, vehementer æstuant, & feruorem quemdam præ se ferre videntur. Animantia igitur huius generis, ex Aristotelis etiam doctrina, parùm caloris habere, consequenterq; frigidæ naturæ esse dicuntur: quamuis caloris aduentitij acrimonia polleant, qui calor postea, hyeme, eximio ambientis frigore retunditur, & quasi extinguitur. At quando aer incalescit, & in dies magis, atq; magis calidior redditur; tunc etiam calor horũ animaliũ quotidie maiorem vigorem adipiscitur. Itaq; natiuus calor in viperarum primordijs, vt docuit Arist. parùm vigere perhibetur. Sed catuli dum in dies augescunt, multum etiam adscitij caloris acquirũt: hinc fit, vt earum carnes feruorem aliquem præ se ferant. Quare ex mente Galeni, vehementi facultate digerendi, & mediocriter exsiccandi potiuntur. Non erit igitur admirandũ, si quandoq; carnes viperinæ sitim in patientibus generent: quamuis non omnes viperæ, sed tantummodo loca maritima incolentes id præstent. Ex his igitur fundamentis facilè respõdendum est viperas à cauernis exeuntes frigidas, & siccas, æstate verò calidiores esse, vt Galenus sæpè recitauit. Et si alibi authores viperam frigidam esse pronuntiarunt, tunc id dictum fuisse existimare oportet, non quia hoc animal refrigerandi facultatem participet, sed tale in comparatione ad alia animantia calidiora iudicatur. Immò quando Galenus carnem viperæ calidam esse promulgauit, ipsam cum sale, porro, & anetho coctam intellexit. Quamuis alij respondeant in vipera duas partes, nimirùm venenatam, & bezoarticam perpẽdendas esse: nam ratione partis venenatæ, calidam esse asseuerant, quod signa viperini veneni à Dioscoride proposita demonstrant: cum frigiditas alijs partibus viperæ dominetur. Tandem pro coronide huius tractatus referre possumus, calorem viperæ videri imbecillũ; cum viscidis humoribus, & lentis immersus sit, quibus à calore Solis, & feruore æstatis digestis, atq; attenuatis sit validior, suasq; operationes melius, & felicius exerceat. Qui plura de huius animalis temperie scire cupit, ad caput de Serpentum temperamento confugiat. *Solutio difficultatis.* C *Quo tẽpore, viperæ maiorẽ habeant calorem.* D *Li. 1. de Antid. cap. 8.* *Caro viperina cur edulis.* *Lib. 6. de mat. med.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

CAPIENDI, ET FVGANDI RATIO.

SOLEBANT Veteres varijs technis, & vanissimis cantionibus non solum viperas, sed etiam omne Serpentum genus comprehendere. Ideò memoratur à Virgilo quidam sacerdos Vmbro nuncupatus, qui & viperas, & alios angues simili artificio capiebat.

L.7. Æneid.

Vipereo generi, & grauiter spirantibus hydris,
Spargere qui somnos, cantuq; manuq; solebat,
Mulcebatq; iras, & morsus arte leuabat.

Indi verò, in coercendis viperis, non cantionibus, sed herbis vtuntur. Quare Ferdinandus Cortes narrat, quod Incolæ illarum regionum Dijs sacra facturi venatum se conferunt, & quas apprehenderint ferociores belluas, nempè ex quadrupedibus tigres, & ex Serpentibus viperas, suis Numinibus immolant. Prædicti igitur venatores in capiendis huiusmodi Serpentibus, quadam herba viperas sopiente vtuntur, quam propria lingua *Piciethl* cognominant. Præterea non est tantus dolus in quolibet animali, qui ab æquali non vincatur, vel à vino. Virum enim fortem, aut vir pari fortitudine præditus, aut vinum superabit. Id Alexandro Magno accidisse fertur, qui à nemine, nisi à vino deuictus fuit. Pariter viperis hoc contingere traditur, quæ licèt sint pernicioſa animalia, nihilominus vino allectæ, iuxta Aristotelis doctrinam, capiuntur. Quamobrem venatores viperarum, vino in fictilibus circa sepes collocato, illas tandem nullo negocio coercent.

Lib.7. hist. Ind.

Herba Indica ad coercēdas viperas.

Lib.8. hist. An. cap. 4. Vino capiūtur vipere.

Circumforanei, qui ex stirpe Diui Pauli se prognatos prædicant, viperas facillimè capiunt: quamuis omnes sint Apuli ex Liceia vrbe oriundi, aut ex locis circumstantibus, origine fortè etiam deducta à Marsis eorum vicinis, qui sexcentis, vel etiam fortasse millenis annis, ante ætatem Diui Pauli vixerunt. Hi infrascripto vnguine manibus diligenter perunctis viperas facile coercent, & contrectant. Hoc autem vnguentum constare dicitur ex oleo seminis raphani syluestris, succo radicis asphodelli, & draconculi, cerebro leporis, foljis saluiæ, baccis lauri, additis quibusdam alijs, quæ tanquam arcana reuelare renuunt. Huic simile linimentum præscripsit Nicander, quod integratur ex medulla cerui, oleo rosaceo, cera, & Serpentibus, qui vnà cum prædictis simplicibus medicamentis incoquuntur. Itaq; hoc Marsi, & alij viperarum venatores pertingi dicuntur, vt viperas, & cæteros Serpentes facilè apprehēdant: captos aūt illicò saliua perfundunt, cuius cōtactu villescere, & violentiam veneni deponere creduntur.

Vnguētum Circumforaneorū ad capiendas vipe. In Theriacis.

Saliua humana ad quid.

Nostra ætate, venatores Serpentum, & viperarum, forcipibus ex ferro, aut arundine paratis vtuntur. Quandoq; etiam minori bombarda, & viperas, sicuti & alios Serpentes quidam interimunt. Sed aduertendum est hoc instrumentum infidum esse; siquidem anno decimo quinto supra millesimum, & sexcentesimum, iuuenis quidam sclopo munitus, & arua peragrans in viperam eminus conspectam instrumentum direxit, vt plumbeam glandem exploderet, interim disrupto ob violentiam ignis instrumento ipse perijt. Quamobrem de hoc circumfertur epigramma huius tenoris.

Iuuenis ne cans ab instrumento, quo viperā necare studebat.

In quinto lustro lustrans Octauius arua.
Anguis viperei tergora fusca videt.
Tunc glandem igniuomo in spiras cum dirigit arcu,
Ferrea vi flammæ fistula scissa crepat.
Sibilat, atq; fugit bombo perterritus anguis,
Saucius Arcitenens eiulat, atq; perit.

Hæc, & cætera artificia pro viperis comprehendendis in capite primo huius libri legenda sunt, vbi de modo capiendi, & fugandi omnes Serpentes agitur. Fugantur etiam viperæ multis præsidijs, sed præcipuè fumo corij combusti cum semine lini: idcirco Gatinara recitat se, in Nosocomio Papiæ, nouisse quemdam in ventriculo viperam habentem, vnde multis remedijs adhibitis, nihilq; conferentibus, tandem suffimentis corij, & seminis lini, bestia per anum egressa est.

Iuc. de cura Prefocat. matricis.

VI-

www.libtool.com.cn

A

VIPERÆ VENENVM QVALE.

TRIA venenorum genera in hoc terrarum orbe reperiuntur, quibus humanum genus graui noxa premitur: primum reſidet in animalibus, ſecundum à plantis elicitur, & tertiũ à fodinis eruitur. Animalia igitur exitioſam vim participantia ſunt potiſſimũ Serpentes, inter quos vipera poſtremũ locum non occupat. Etenim viperinum venenũ, ſiue admotum, ſiue aſſumptum facultatem interimendi poſſidet, veluti alimentum optimè concoctum nutrit. Eſt enim veneni ſubſtantia alimentis prorſus contraria: immò ſubſtantiam humani corporis in naturam ſibi ſimilem, & venenatam conuertit. Cæterum Nicolaus Florentinus, & alij authorum Arabum aſſeclæ, tres venenorum ordines conſtituunt, primum eorum, quæ illicò interimunt, ſecundum eorum, quæ

Poteſtas veneni qualis.

B breui interpoſito ſpatio, & tertium eorum, quæ paulò ſerius enecant: deinde inter has poſtremas ſpecies viperinum virus collocarunt: quare iuxta eorum ſententiam, viperæ venenum ſerò interimet, quæ opinio veritatem ſemper non aſſequitur: cum hoc animal in aliquibus regionibus lethalius eſſe perhibeatur, vt ſuo loco explicabimus. Verumtamen non eſt dubitandum alicubi venenum viperæ eſſe adeò exitioſum, vt citò perimat: nam ab authoribus ita terrorimum cenſetur, vt virus efficaciſſimum indicare volentes, viperinum nominauerint. Huc igitur reſpexit Horatius, quando cecinit.

Vipera in omnibus regionibus nõ eque necat

Cur timet flauum Tiberim? cur oliuum
Sanguine viperino
Cautius vitat? &c.

L. 1. car. od. 8.

Alibi quoq; idem poeta ſic ſcribit.

In li. Epod. ode 3.

Quid hoc veneni ſæuit in præcordijs
Num viperinus hic cruor
Incoctus herbis me fefellit?

C Quibus in locis poeta per ſanguinem viperinum, venenum viperæ intelligere voluit, cum ſanguis huius animalis minimè ſit noxius, vt ſuo loco explicabitur. In eodem ſenſu legantur illa carmina in epitaphio Archilochi.

Archilochus iacet hoc in litore tectus, amara
Cuius vipereo carmina felle madent.

In eodem etiam intellectu Martialis ſcripſit.

Lib. 7. epigr. epigr. 11.

Vipereúmq; vomant noſtro ſub nomine virus.

Nam ex alimento herbarum, & animalium, quibus veſcuntur, venenato; in cyſti fellis tanquam in quadam lacuna viperinum virus generatur; hocq; experientia docet; quoniam fel viperæ recens canibus datum illos interimit: cum ex ſicco felle nullum detrimentum reportent. Ex felle poſtea hæc materia venenata ad gingiuas demandatur, ad augendum, & fouendum illud venenum, quod in primordio; ex vi ſeminis genitalis ibi à natura implantatum fuit. Id in catulis viperinis liquidò conſtat, qui ſtatim arq; ab vtero exeunt, dentibus lethales ictus inferunt. Id præterea patefit in dentibus

D viperæ mortuæ, qui etiam ad lædendum apti ſunt. Hinc colligere oportet hoc venenum ab extrinſecis originem non ducere; quemadmodum in canibus rabidis contingit: etenim ſi hoc eſſet veritati conſonum, proculdubiò vipera nõ ſemper eſſet venenata; quod abſurdum dictu eſſe opinamur.

Venenũ viperæ nõ ducit originẽ ab extrinſecis.

An verò vipera dentibus ſæpè ferieus venenum amittat, vt apis aculeum: quemadmodum Author de theriaca ad Piſonem aſſeuerantius dixit, id nullo modo atteſtari poſſumus; quandoquidem dentibus viperinis venenum implantatum eſſe manifeſtum eſt; quoniam dentibus viperæ etiam mortuæ vulnerati non aliter patiuntur, quàm illi, qui paſtinacæ marinæ radijs transfiguntur. Nec mirandum, quoniam caput viperæ à reliquo corpore ſeparatum, noſtra ætate, homines exanimauit. Id Patauij accidit, dum viperæ fœminæ ad componendam theriacam necarentur: nam pharmacopæi maeus icta fuit à capite viperino iam per ſpatium quatuor horarum ſeparato, & parùm abfuit quin periret: quoniam incidit in illa ſymptomata, quibus viperæ morſus ſolet patientes affligere. Matthiolus quoq; recitat ſe nouiſſe ruſticum, qui in ſecando prato,

Dens viperæ mortuæ lethale vulnus infigit.

vipe-

www.libtool.com.cn

viperam falce diuisit, hanc cum putaret mortuam, frustum alterum, è quo caput pendebat, intrepidus manu prehendit, sed fera irritata, vibrato capite, digitum momordit: vnde rusticus nihil mali cogitans, protinus digitum ori admouit, sanguinem fugendo expressurus, & repente exanimatus est. Alium casum iuuenis à vipera interfecti memorat Amatus Lusitanus, qui peragrans vnà cum socio contendebat se viperam conspectam absq; nocumento capturum esse: cum autem alter derideret, ipse porrexit manum, mox bestia, eleuato capite, digitum punxit, quem incautus ori admouens suxit, sicq; infælix breui temporis spatio extinctus est. Iulius etiam Scaliger meminit cuiusdam Liguris, qui calcando viperam, ab ea demorsus vnà cum bestia demorsa interijt, versus sunt huius tenoris.

Centur. 3. Casus nonnullorum, qui ictu viperæ interierunt.

Vipera tartareum Ligurem calcata momordit,
Ipsa, & obit, par mors vtraq; vtriq; fuit.

Lib. 3. sect. 15. Legitur quoq; pulcherrimum epitaphium in Anthologio græco, de aucupe à vipera occiso: nam viperæ in agris, viridarijs, pratis, & vinetis latere solent, quæ etiam si leui pede premantur, illicò exitiosum vulnus infligunt, vnde statim, vel paulò post homines percussi commoriuntur, nisi antidotis patientibus succurratur.

Li. 3. de Insom. Hinc Cardanus potentiam viperini veneni contemplans commentus est, quòd mulier grauida, & viperâ se eniti somnians, breui temporis spatio, sit interitura: quemadmodum, & Belluacensis nugatus est scribens, eum, à quo reues viperæ mortuæ incautè pedibus comprimuntur, talem inde noxam relaturum, qualem à morsu ipsius animalis reportaret. Nicander quidem scriptum reliquit fungos crescentes propè latibula viperarum lethales esse. Immò alij narrant catulos glirium à viperis in nido inuentos partim vorari, partim excæcatos nutriri, donec vnumquemq; eorum comedere voluerint: interim si accidat, vt ab homine inuenti, in cibum trahantur, tunc veneno viperino nutriti comedentem interimere dicuntur: cuius rei fides sit penès authorem. Hoc vnum scimus viperæ venenum esse atrocissimum, quoniam Nicander illud comparat ad toxicum, quo Prisci sagittas linibant: vt ratione ferri, & etiam veneni, lethalia, & incurabilia vulnera hostibus inferrent: quocirca de his sagittis quidam sic canebat.

Fungi quinam sint lethales.

Venenũ viperæ quale ex Nicandro.

An nescis causas mortis habere duas?

Præterquamquòd legimus apud Plinium, quòd Scythæ tela sanie viperina, & humano sanguine imbuebant, vt leui tactu hostibus interitum afferrent. Modus autem, quo genus hoc toxici parabatur (referente Rhodigino) intelligere licet ex libro Admirabilium Aristotelis (si tamen Aristotelis est ille liber) vbi Scythæ obseruabant viperas, quæ nuper peperissent, & captas diebus aliquot liquescere permittebant, mox putrefactas in ollam sanguine vnius hominis plenam infundebant, & vas diligenter obturatum sub fimo obruebant, quibus putrefactis, & vase recluso, super natantem aquam viperinæ saniei permiscentes illud lethale toxicum componebant.

L. 23. c. 10. Toxicum quo Prisci sagittas imbuebant.

Ratione regionum, viperinum venenum potentiam, & qualitatem variare solet. Narrat enim Bellouius cum Arabibus itinerans versus montem Sinai, quòd Camelorum dux, conspecta eminus vipera proclamauit, & geminauit, suo idiomate, viperæ appellationem, tunc comites statim accurrentes, lapidibus viperam obruerunt: hinc collegit author illas gentes à viperis, ob violentiam veneni, maximoperè abhorrere.

L. 2. obser. c. 70.

Viperæ venenosiores vbi.

Item Ioannes Hugo tradit in descriptione Guineæ, quòd, in Prouincia Congi, viperæ sunt tales veneni, vt ab ipsis demorsi spatio viginti quatuor horarum pereant. Immò ex Cardano, in Numidia, viperæ, & Scorpij sunt venenosiores. Amplius Pausanias, referente Æliano, pronunciat se vidisse hominem ab impetu viperæ ascendentem arborem, & viperam accedentem, & halitu pestilentem in arborem efflasse, & hominem illicò cadentem perijsse. Vice versa, viperę circa Arabicas arbores balsami versantes, mitiores sunt, quia succo suauissimo vescuntur: vnde si quis ab huiusmodi viperis percussus fuerit, vulnus non est exitiale, veluti si à ferro inflictum fuisset: quoniam nonnulli viperinum venenum odoratissimo pabulo temperari arbitrantur.

Li. 9. c. 16.

Viperæ quando lethaliores.

Pariter ratione loci particularis aliæ alijs sunt venenosiores: siquidem montana incolentes loca, non solũ maiori copia veneni redundantes, sed etiam mordaciores censentur; quæ verò propè aquas stabulantur, virus minus pestilens possidere creduntur, quemadmodum, & ratione temporis anni, vipera dicitur venenosior, & præcipuè Vere à cauernis exiens; quoniam tota hyeme proprio phlegmate nutrita est: veluti etiam

quando

www.libtool.com.cn

A quando nuper senectutem exuit. Hoc non fuit ignotum Nicandro quando cecinit hunc in modum.

Tunc etiam caueas horrendam quando senectam
Exutus serpens renouat, seu pube resultat.

Præterea, æstiuo tempore, viperarum morsus deteriores sunt, & præsertim si à vipera irritata inflicti fuerint, quia concipiens iram læthaliùs ferit. quamobrem Ouidius furorem Lænę catulos lactantis ad viperam ira agitatam comparauit tali ratione.

Nec Leacum catulis lactentibus ubera præbet. *Lib. 2. de art. am.*
Nec Lea ignaro vipera læsa pede.

Ratione sexus, Paulus Aegineta fuit huius opinionis, minori cum periculo liberari quos vipera mas, quàm quos fœmina momordit. At Aetius scribebat demorsis à vipera mortem impendere septem horarum spatio, & maximè ijs, qui à vipera fœmina percutiuntur. Nam ictus fœminæ ideo malignior, & venenosior creditur, quoniam quatuor dentibus feriat. Idem testatur Nicander his versibus.

B *Porrò ex vipereo, quod noris, germine petor*
Fœmina, quæ veluti maiori accenditur ira,
Sic vehemente magis fert noxia vulnera morsu,
Et plus gliscenti se cauda, & corpora voluit,
Vnde citatior hac ictos mors occupat artus.
Noxius est autem reliquo plus corpore morsus
Obseruandus, vbi victori proxima Tauro
Turba, subexoriens monstrauit Pleiades astrum.

Quibus carminibus Nicander innuit fœminas viperarum non solum esse mordaciores, sed etiam hoc genus bestiarum esse præcipuè vitandum tempore æstiuo, quod tempus per ortum Pleiadum nobis demonstrat.

Ex altera parte Auicennas in hanc venit sententiam, viperarum & draconum mares potius quàm fœminas esse deteriores. Propterea clarissimus Mercurialis prædictas ponderans opiniones ambigit an morsus viperæ fœminæ, vel maris sit lethalior: ideo, *Lib. 4. fen. 6. tract. 1. cap. 32.*

C re accuratè considerata, vnica distinctione, authores conciliari posse, & omnem difficultatem dissolui arbitratur: scribit enim tam à mare, quàm à fœmina exitialem morsum infigi: siquidem fœmina quatuor dentibus munita, quatuor etiam vulnera parti imprimit; ficq; maiorem veneni quantitatem, pluribus vlcusculis, patienti communicare videtur. Mas verò, licèt duobus tantum dentibus armatus, consequenterq; duo solùm vulnera inferat: attamen eius vis ad venenum viperæ comparata acerbior, & efficacior censetur: itaut authores, qui maris, & qui fœminæ virus iudicarunt lethalius, vtriq; veritatem assecuti esse videntur. Tandem veneni viperini vim multifacie- dam esse opinamur, propterea quòd non solum homines, sed cæteros quoq; animantes afficiat. In primis viperæ bobus potissimum obsunt, vt canit Virgilius. *Lib. 2. de morb. vet. Vtrũ mor- sus viperæ fœminæ sit lethalior maris mor su.*

Sapè sub immotis præsepibus, aut mala tactu *L. 3. Georg.*
Vipera delituit, calumq; exterrita fugit;
Aut tecto assuetus coluber, succedere, & vmbra
Pestis acerba boum, pecoriq; aspergere virus.
D *Fouit humum.*

Ouidius quoq; decantabat.

Parua necat morsu spatiosum vipera taurum.

Præterea manifestum est canes, feles, gallos, anseres, anates, aliaq; animalia simul, & semel viperis puncta, breui temporis spatio, mortua concidere. Quamobrem Columella iure merito monimentis mandauit, quòd instruendis anserum cellis, seruanda sunt eadem præcepta, quæ in alijs generibus pullorum, ne vipera, mustela, vel aliud genus noxij animantis intrare possit. Pariter, ex eodem Columella, tota maceries Nes- sotrophij, nimirum viuarij anatum, extra, & intus opere textorio leuiganda est, ne vipera, aut feles prorepere valeant. *Quæ animantia visu eadem perimo mor su conci- dant.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

VENENI VIPERINI SIGNA.

ANTEQVAM medicus accedat ad præsidia, quibus vipereum virus profligatur, primùm signa diagnostica contemplari debet: inter quæ connumerantur dolor pungens, tumor partis sauciæ, sanies crassa à vulnere dimanans, vesiculæ ambustis similes circa plagam emergentes, inflammatio gingiuarum, sitis vehemens pallor totius corporis, vomitus biliosæ materiæ, singultus, nec non animi deliquium cum sudore mortis prænuntio, nisi partibus nobilioribus, remedijs opportunis, præsto simus. His nonnulli addunt, ad mentem Ciceronis, ventris cruciatum, dum venæ viscerum veneno imbuuntur. Cælius Rhodiginus narrat quemdam aulicum, cum à vipera demorsus esset, statim in colorem porraceum incidisse, neq; mirandum est: siquidem nonnulli scribunt demorsos à vipera confestim ictericia affici. Hoc signum doctissimus Mercurialis non perpetuò verum esse opinatur: cum Authores neq; Græcos, neq; Arabes inueniat, qui hoc atteſtentur. Est quidem veritati consonum à vipera vulneratos modò pallidos, modò viridos, modò flauos fieri: ratio inde nascitur, quoniam proprietas huius veneni est talis, vt natiuum calorem dissipet, atq; expugnet: ideoq; pro varietate naturæ patientis, varij etiam colores conspiciscolent. At si interdum accidat, vt ictericiā hanc affectionem consequatur, id contingere arbitratur Mercurialis in patiente copiosa bile redundante, quæ agitata, & commota, tandem ad cutis superficiem diffunditur.

In Tuscul. quæst.

Ictericia an consequatur morsum viperæ.

F

Alioquin ex Dioscoridis sententia, ob viperarum morsum, corpus intumescit, arescit, subalbidum colorem acquirit, pustulæ similes ambustis erumpunt, vulnusq; dilatatur; cum non solum extima, sed etiam intima occupet, gingiuę suffunduntur cruore, iecur inflāmatione vexatur, tormina, & humoris bilioſi vomitus succedunt, & sopor, & tremor, & vrinæ difficultas subsultant. Paulus Aegineta in morsu vipereo tam maris, quàm fœminæ, statim ab initio dolorem membri affecti, mox totius corporis meditatur, necnon sanguinem, & humorem sanioſum, & etiam æruginoſum à duobus foramini bus inter se parū distantibus fluentem, & viperarum virus nuncupatum. Præterea iuxta morsum contemplatur subrubros tumores, postea patientis vertiginem, animi deliquium, bilis vomitum, necnon vrinæ difficultatem. Hæc omnia signa in scriptis Auicennæ leguntur: hic enim verba faciens de veneno vipereo sic scribebat. *Egreditur ex loco duorum dentium, aut plurium sanguis, deinde virus feruens, & fortasse incipit aquosus, deinde spumosus, deinde vt erugo aeris, dolet locus, postea apparet apostema calidum, rubeum habens bothor, & vesicas sicuti in adustione. Deinde apostema fit viride, viscera inflammantur, in corpore apparet rubedo cum rigore, deinde sudor frigidus, & corruptio coloris vergentis ad viriditatem. fit commotio vertiginis, frequentia anhelitus, nausea, & singultus cum vomitu humoris cholerici. Accedit difficultas vrinæ. Grauatur caput quandoq; cum fluxu sanguinis narium.*

Symptomata morsus viperæ ex Paulo Aegineta.

G

Signa morsus viperini ex Auicenna.

Greuinus testificatur se obseruasse prædicta signa in pharmacopola quodam, qui fortè ictus fuit ab vna viperarum, quas in officina pro varijs medicamentis seruabat. Nicander autem, quem in assignandis huius affectus signis, secuti sunt alij authores, retulit, quòd ex vulnere liquor oleosus, interdum cruentus, & quandoq; ad pallorem vergens dimanat. Idq; ob contagium veneni accidere scribit; siquidem corpore à veneno occupato, humores nutritioni destinati corrumpuntur, itaut non solum particula læsa, sed etiā totū corpus intumescat. Qua de re cutis aliquando color ē purpurascentem, interdum viridem, & identidem amethistinum repræsentat: quæ colorum varietas insignem putredinem indicare solet. Immò aliquando excitatur singultus, veluti conuulsio quædam ventriculi, qui generatur, vel à copia humorum, vel ab inanitione, vel à repentina repletione, vel ab acrimonia materiæ stomachum vellicantis. Non potest enim fieri, quin ventriculus, dum sentit humorem malitia veneni corruptum, totis viribus noxiam materiam expellere conetur. Ab hac putredine maligni cruoris ad caput vsq; pernitiosus vapor attollitur insignem generans grauitatem.

H

In corpore venenato humores nutritioni seruientes corrumpuntur.

Verùm quia venenum per venas maiores dilabens, & partibus nobilioribus se se insinuans

www.libtool.com.cn

A nua assecuta inuadit, hinc fit, vt tantus feruor ibi procreetur, vt paulò post febris ardens excitetur; deinde paulatim alias reliquasq; partes proximas ita exiccet; vt patiens vehementi sitì afficiatur. Vbi verò virus totam corpus occupauit, statim signa properantis interitus se se offerunt: nam vagues ob caloris defectum liuidi fiunt, & corpus refrigeratum grandinem veluti congelantem sentit, & tremorem patitur: cum in his partibus semper aliqua portio humoris acris, & neruis molesti contineatur: propterea partes labefactatæ, & à veneno superatæ, facilè, quod in se habent, effluere sinunt. Hinc fit vt ventriculus humore bilioso redundet, in quem totus sanguis à venefica vi transmutatur. *Cur febris ardens excitetur.*

Reliqua etiam viscera exiguum alimenti exire sinunt, quod in sudorem frigidum Cur color cutis fiat varius. ænuersum per totum corpus disseminatum à cute paulatim egreditur: tunc q; color eiusdem cutis plumbeus, aliquando cæruleus, interdum etiam viridis æmulans florem æris conspicitur. Sic igitur canit Nicander.

——— *porrò ipso ex vulnere quædam*
B *Et sanies, quæ nunc pinguis, nunc esse cruenta*
Cernitur, & nullum præfert quandoq; colorem,
Sed quæ circumdat plagam caro, turgida moles
Tollitur interdum rubicunda, ac palmæ videtur
Liuida, nonnunquam quædam velut hydrope glisçit;
Præterea quales ambusto in corpore bullæ
Exteriore solent summatim emergere pelle:
Inde subexoriens plagam, & vicina putredo
Occupat, & tristem ciet in præcordia mortem:
Aspera quandoquidem vehementer, & ignea noxa
Totum corpus edit, miseræ arcto ex gutture voces
Perstrepitant, cæcaq; caput vertigine nutat;
Multaq; debilitas membra anxietasq; fatigat,
Et grauis oppressum vexat caligo cerebrum.
C *Arida faux sæpè, extremos it frigus in vngues,*
Atq; hyberna statim cadit omnis grando per artus
Crebri etiam bilis vomitus, fit pallidus æger,
Atq; imitante niues circum sudore madescit.
Plumbeus est aliquando color, quandoq; nigrescit,
Fuscus & interdum similatur floribus æris.

Prædictis addamus assertum Aetij, qui nixus authoritatibus Nicandri, & Authoris de theriaca ad Pisonem, tradidit in demorsis à vipera mare, bina vulnera, & inde morsis à fœmina quatuor conspici. Licet Baldus Angelus Abbatius retulerit hoc signum esse fallax: propterea quod mas etiam vipera quandoq; quatuor vulnera imprimere potest, antequam ei duo dentes cadant. Verumtamen Paulus Ægineta manifestè docet in ictu tam maris, quàm fœminæ, duo tantummodo parua foramina impressa videri. Quam sententiam nostri viperarum venatores confirmant. *Signa mortis de vipera. Sus vipera ex Aetio.*

Deniq; quoad signa prognostica, quando percussus à vipera adhibitis aliquibus re-
D medijs, & propinatis antidotis, nonnihil quietis inuenit, tunc illum conualiturum iudicabimus. Vicissim quando sequntur accedunt Symptomata, vt spirandi difficultas, faciei rubor, inquietudo, sitis inexhausta, oris fœtor, somnus grauis, venarum tumor, syncopis, & virium dissipatio, tunc patientem pristinæ sanitati nullo modo restituendum esse pronunciabimus. *Signa prognostica.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

VIPEREI VENENI REMEDIA.

QVAMVIS in omnibus Serpentum morſibus eadem ferè proficiant, quæ in capite primo huius libri fuerunt recitata, quando de vulnere inflicto à quolibet Serpente actum fuit. Nihilominus in præſentia, nos imitati Priſcorum mentem, pro ſingulis anguium generibus, peculiaria etiam præſidia proponemus. Sunt igitur, ex Pareo, qui in virulentis viperæ ictibus, medicamenta ad canes rabidos cõmendata præſcribant: cum tamen communis ſit harum punctionum medela, quam in Arte curatiua docuit Galenus; vbi in ictu Serpentum duplicem medendi ſcopum proponit, primus eſt veneni euacuatio, alter verò eiuſdem alteratio. Euacuationem moliri debet medicus per ea, quæ vehementer attrahunt, alterationem verò per cõtraria ſecundùm qualitatem, vel ſecundùm totam ſubſtantiam. Præterea ſubdit Galenus, quæ F citra calorem attrahunt, euacuare, veluti ſunt cucurbitulæ, & alia huius generis; quæ ſubſtantiam maleficam, & veneficam educunt.

L. 20 c. 16.

Cap. 3.

Alterantia quãdo adhibẽda sũt.

Aliud genus auxiliorum eſt illud, quod alterat qualitatem per contraria: nam ſi calor ingens ſecundùm particulam affectam, vel ſecundùm totum corpus perſentiatur, tunc medicamenta refrigerantia præſcribenda ſunt; ſin verò ægrotus à frigore patiatur, tunc calefacientia adhibeantur. Quæ medendi ratio ex libro ſexto Dioſcoridis deſumpta eſſe videtur, vbi de curatione virulenti ictus vbertim pertractauit.

Remedia chirurgica.

Cæterùm ſi lubet ad particularia præſidia accedere; in primis iuxta præcepta chirurgiæ pars læſa ſupra vulnus arctè conſtringenda eſt, non tamen tam vehementer, vt torpeat: deinde cucurbitula appoſita venenum confeſtim eſt extrahendum, ſi locus affectus id ferat, dummodo prius pars circa vulnus gladiolo incidatur, vt vitioſus, & venenatus ſanguis melius effluere poſſit. Sin autem pars ſaucia cucurbitulam non admittat; tunc ſcarificato prius vulnere deplumatus galli, vel gallinæ anus parti vulneratæ applicetur, vt citius venenũ elici poſſit: vel etiã opportunũ præſidium eſſet fugere G vulnus, ſi homo inueniatur, qui præmio allectus id præſtare audeat. Legitur enim in epigrammatibus græcis, de caprea, nempe dorcade, cuius vber vipera momordit, & mox hinnulus accedens, lacq; fugens matrem ab impendente morte liberauit. Quidam arctis vinculis partem ſauciam ligantes, eamq; amputantes viperæum expugnant virus. Idcirco Galenus narrat ſe Alexandriæ nouiſſe agricolam non procul ab vrbe habitantem, qui, cum eſſet à vipera demorſus in digito, illum ſtatim arctiſſimo conſtrinxit vinculo: deinde accurrens ad medicum ſibi in vrbe familiarem, totum digitum ab ipſa articulatione ad palmam vſq; amputandum præbuit, & abſq; alia ope ſanus euaſit. Rurſus nouit Galenus alium ruſticum, cuius digitum vipera momorderat, qui falce, quam ſecum fortè ferebat (erat enim vinitor) ab vltimo articulo partem reſecauit, deinde cicatrice inducta, nullo; medicamento ſumpto, ſanatus eſt.

Lib. 3. Anthol. ſect. 33.

L. 3. de loc. affect.

Partis amputatio.

Loco cit.

Alij in hoc affectu, ſolis ligamentis, & antidotis priſtinam ſanitatem recuperarunt. Habemus enim, ex Amato Luſitano, quod puella annos treſdecim nata, per arua vagans, puncta fuit à vipera in pede, vnde mater id animaduertens, confeſtim corrigijs ex H frutice Thymeleæ paratis partem ſupra morſum vinxit, & puellam ad Amatum duxit: iam crus multis maculis liuidis variegatum erat, & tremores cum vertigine iam patientem inuadere cæperant. Tunc Amatus iuſſit partem profundioribus vleuſculis ſcarificari; deinde facta larga ſanguinis effuſione, emplaſtrum ex allijs contuſis vna cum theriaca paratum affecto loco admouit, & drachmas tres theriacæ in vncijs quinq; vini meratioris ægrotæ propinauit. Sequenti die diminuto tremore, vncias quatuor ſucci foliorum fraxini exhibuit; quoniam hunc verum huius veneni alexipharmacum eſſe opinatur: ſicq; his, & alijs præſidijs puella priſtinæ ſanitati fuit reſtituta.

Centur. 1.

Fraxinus eſt verũ alexipharmacum huius veneni.

Non deſunt præterea pharmaca tam ſimplicia, quàm compoſita, quæ in hac affectione inſignem habent prærogatiuam. Primò igitur, ſi animum dirigamus ad ſimplicia: hæc vel ab animalibus, vel à plantis deſumuntur. Inter animalia ipſa vipera deglubta interaneis abiectis, & anguillarum modo, cocta non modicam frugem comedentibus affert; cum eius caro facultatem poſſideat pellendi virus ad cutim: ratio eſt, quia caro

Vipe-

www.libtool.com.cn

A viperina omni veneno careat, cum illud totum ad veſicam fellis, indeq; ad gingiuas detrudat; quemadmodum partes venenatæ huius beſtiæ ictui applicatæ, familiaritate quadam ad ſe omne venenum trahunt. Anſeres etiam, & anates, peculiari quadam prærogatiua, viperæo aduerſantur veneno: ideoq; vis horum animalium in tali caſu commendatur. Item gallus, & gallina multas habent partes, quæ huic affectioni occurrunt: propterea Sextius cerebrum galli cum poſca, adiecto pipere à vipera demorſis, Eriſiſtratus autem cum vino propinat. Immò Auicennas fel galli, nec non reliquarum auium præſcribit. Deniq; ſtercus etiam gallinarum, ad ciendum vomitum, in iuſce ab aliquibus exhibetur. *Simplicia medicamenta ex animalibus.* *Fel, & ſtercus galli.*

At multum adiumenti affert, ex Dioſcoride, genitale cerui maris; ſicuti etiam coagulum leporinum menſura terni obuli datur. Quamuis Galenus drachmam coagulihinnulorum, vel cerui probet. Muſtelæ venter ſalitus, nempe eius caro aceto & ſale condita, ad mentem Auicennæ non vulgariter prodeſt. Amplius ex eodem authore, caneri fluuiatiles, quibus deficientibus, marini, nec non Scorpio aſſatus laudantur. *Coagula animalium.*

B Ex Galeno etiam ſanguis fulicæ cum oleo potus, quemadmodum & ſanguis marinæ teſtudinis cum aceto, non ſolum à venenatis medicamentis, ſed etiam à morſibus viperæ liberare dicitur. Ex ranis etiam coctis, & vnà cum iuſculo ſumptis ampliſſimum fructum à vipera demorſi ſunt conſecuturi. Mirum eſt, quòd excrementa etiam animalium in hoc caſu commoditatis plurimum afferant: ſiquidem Dioſcorides ipſam patientis vrinam hauſtam commendat: cum hæc, venena omnia debellare dicatur. Auicennas ſtercus caprinum, & præcipuè montanum in aceto decoctum, vel tritum in vino, ad proſtigandum huiuſmodi virus, præſcribit. Alioquin butyrum vetus laudat, & patientem ſedere in vaſe lactis pleno, deinde vigilare, & deambulare præcipit. *In Euporiſt.* *Lib. 2. de mat. Med.* *Excremẽta variorum animalium.*

Si ad plantas venenatis ictibus conferentes accedamus, vulgatum eſt medicorum dogma, quod herbis ſerpentum ori iniectis, ſi pereant, illas eſſe talis veneni antidotum. Quocirca legimus apud Dioſcoridem de anchuſa Onochilo cõtra Serpentes valde efficace, quoniam manducata, & in fauces anguium proiecta eos perimat. Auicennas folia radicem, & corticem Ariſtolochiæ laudat. Aetius, priuſquam vrina cruenta prodeat, C allium deuorandum, & vinum meracum prębet. Quamuis Dioſcorides, loco allij, porrum, vel porri ſuccum, dimidiæ heminæ menſura præſcribat. Crollius agens de internis rerum ſignaturis, aconitum cum vino repido, demorſis à vipera, & à ſcorpione, ſalutiferum prædicat; quandoquidem venena interdum venenorum remedia eſſe conſtat: Biſtortam Herbariorum, nempe britanicam, ſeu colubrinam, quia cõtortis ſuis radicibus, conuoluti Serpentis figuram repræſentat, Porta, ex hac ſignatura, aduerſus viperarum, & aliorum ſerpentum ictus commendat. Dioſcorides ſemen braſicæ tritum, acerabuli menſura, & etiam braſicę ſuccum cum vino, Matthiolus verò bryoniæ radicem exhibet. Item caſſia ſpõte naſcẽs in tractu Arabiæ odoriferæ, pariterq; coſtum arabicum ex eodem Dioſcoride, viperarum ictibus auxiliatur. Citri ſemen, & ſuccus, vt voluit Rhaſis, pauctiones viperarum ſanat. Echium, ſiue viperaria, ex ſignatura (teſte Porta, quia caput viperinum è ſemine repræſentatur) aduerſus viperarum ictus valet; & propterea in antiquis Dioſcoridis nomenclaturis hæc planta Alcibia dum cognominatur, quoniam Alcibius à vipera demorſus ſolo huius plantæ ſucco ſanatus fuerit. Item fraxi- D nus, & ſua xinella, quæ dictamnum album nuncupatur, intrinſecus ſumpta, & extrinſecus admota Serpentes fugant, aq; necant. Ferula, ex Dioſcoride, cõtra viperas in vino bibitur: obſeruarunt enim hanc murenis eſſe inſeſtam, immo hac tactæ pereunt hac de re etiam contra viperas commendatur. Ex eodemmet Dioſcoride iuniperi baccæ folia, & ſuccus cum vino adhibentur. *Lib. 1. Mag. mat.* *Alcibius quo remedio ſanatus fuerit.* *Lib. 3. de mat. Med.*

Nonnulli drachmas quatuor melanthij præbent, ne ægrotus ob talem ictum pereat. Porta quoq; myricam, ex ſignatura, quia folio ſit ſquaroſo, viperis perutilem prædicat. Etenim plantæ Serpentum ſquamas æmulantes ad eorumdem ictus profuturas. Aetius naſturtium tritum cum vino, Matthiolus ſuccum radicis rubiæ, & Dioſcorides rubum in vino præſcribũt. Raphanus in cibo ſumptus, deinde vomitu reiectus percuſſis à vipera auxiliatur, dummodo theriaca Andromachi poſt vomitionem ſumatur. Matthiolus ſcribit non eſſe omittendam radicem illius plantæ, quam Gotticnſes ab auxiliati virtute Serpentinã nuncupant. Immo taxus arbor ab his remedijs ſimplicibus non eſt arcenda: ſiquidem, ex Suetonio Tranquillo, Claudius Imperator cenſuram agens, edi- *Lib. 4. Phyſ. cap. 7.* *In Vita Claud. Cæſ.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Taxus arbor aduenena peruſtilis.

ta propoſuit, inter quæ hoc erat vnum, nihil æquè facere ad viperæ morſum, quàm taxi E
arboris ſuccum. Plinius efficaciſſimum putat Tragoriganum. Alij ex Dioſcoride,
digitum in liquida pice mergunt, deinde vinum, in quo digitus ablutus fuerit, bibunt.
Tandem ſemen viticis ab Aegineta, nec non Zedoaria, & gingiber ab Auicenna in hoc
caſu mirificè extollunturr. Viperæ etiam aduerſatur philanthropos, nempe aperine, ex
figuatura, vt volunt Porta: cum hæc planta flores intra globulos, quemadmodum vipe-
ra intra ouorum putamina fœtum procreet. Galenus ex remedijs Dorothei Helij,
acetum calefactum, & porum, ad heminæ dimidię menſuram, laudat. At radicem Aco-
ri, & Agaricum, necnon ſemen Alharmel cum ſucco porri, vel ſucco cardui magnificat
Auicennas.

Philantropos auxiliatur morſui viperæ.

Inter compoſita medicamenta per os ſumenda, Dioſcorides in primis præſcribit il-
lud, quod recipit infraſcripta ingredientia in vino cretico trita, ſcilicet dimidium ace-
tabulum myrrhæ, piperis, caſtorei, floris, & ſeminis portulacæ. Galenus vtiliſſimam
putat antidotum ab Apollodoro paratam, quæ à teſtudinis ſanguine nomen accepit:
comprehendit autem ſeminis cumini ſylueſtris acetabulum, ſanguinis marinæ teſtu- F
dinis exſiccati drachmas quatuor, ſanguinis hædini tantumdem, coagulihinnulorum,
vel leporis drachmas tres: huius autem antidoti portio ad magnitudinem oliuæ de-
mortis à vipera exhibetur. Iterum Galenus antidotum ruſtici medici ad morſus vipe-
ræ non improbat. Recipit autem trifolij, ſtachios, erui, ſeminis rutæ ſylueſtris, ariſto-
lochiæ rotundæ ſingulorum drachmas octo, quæ omnia cum vino mixta rediguntur in
rotulas, quarum drachma vna in vino, data occaſione, ſumitur. Denuò Galenus non
excludit à remedijs compoſitis antidotum ab Eudemo verſibus conſcriptam, quæ An-
tiochi Philometoris theriaca inſcribitur, & conſtat ex drachmis duabus radicũ Mei, &
ſerpilli, drachma opopanacis, acetabulo ſeminis trifolij, acetabulis duobus ſeminum
anili, fœniculi, ammeos, & apij, deinde omnia trita cum ſufficienti quantitate vini in ro-
tulas rediguntur, quæ pondere trium obulorum à patiente ſumendę ſunt. Amplius Ga-
lenus inter medicamenta compoſita huic affectioni conferentia recenſet antidotum,
quam Gallus ex Arabia reuerſus Cæſari obtulit. Integratur autem drachmis viginti
quinq; farinæ erui, drachmis ſex radicum vitis albæ, drachmis duodecim ſeminis rutæ G
ſylueſtris, drachmis octo iridis, opopanacis, & ariſtolochiæ longæ, drachmis ſex ſucci
papaueris, gingiberis, cumini Aethiopici, myrrhæ, ecingij, ſucci cyrenaici, croci, ſer-
pilli, coſti, & ſagapeni. Ex his cum vino conficiantur rotulæ, quæ percuſſis à vipera in
vino exhibentur. Auicennas amplectitur in hoc caſu antidotum, quæ recipit myrrhæ,
caſtorei, piperis, arſenici rubri ſingulorum drachmas duas, vncias duas ſeminis anethi,
deinde cum vino conficitur. Actius componit medicamen ex carnibus cancrorum
fluuiatilium, & modico ſale addito, necnon calamentho formatpaſtillos, quos in vm-
bra exſiccatos cum aqua mulſa exhibet. Amatus Luſitanus dum recitat hiſtoriam cu-
iuſdam puellæ à vipera demorſæ, proponit hoc compoſitum medicamentum conſtans
ex vncijs duobus Ariſtolochiæ longæ, vncia bryoniæ, & haſtulæ regiæ. Crollius propo-
nit remedium contra omnia venenata tàm theriaca pertum, quàm prophylacticum in-
tegratum ex viperis, quod apud ipſum videndum eſt. Prædictis addemus celeberrimam
Andromachi theriacam tanquam antidotum anteſignanum: etenim cum vino, vel
aqua vitæ, fœlici cum ſucceſſu, in hoc caſu ſorbetur. Idcirco Porta fatetur in os vipe- H
ræ ſemidrachmam theriacæ cum aqua vitæ diſſolutæ à ſe ingeſtam fuiſſe, & beſtiam ſe-
mihoræ ſpatio expiraſſe.

Auicennæ antidotus.

Centur. 1. In Baſilica chym.

Theriaca Andromachi.

Lib. 8. magnat.

Simedicamenta morſu viperarum applicanda contemplemur, ſimplicia ab animali-
bus deſumpta primò ſe ſe offerunt. Auicennas humanos dentes adoſtos, & in puluerem
redactos, morſuiq; inſpersos commendat: Dioſcorides vrina humana calida vulnus
fouet. Verùm inter beſtias primitus ipſa vipera proprio morſu confert: nã viperæum
venenum morſibus impoſitum totum extrahit virus, vt magnes ferrum; licèt caro hu-
ius beſtiæ ſumpta illud adcutim pellat, veluti lapis theramenes ferrum abigit. Nonnul-
li igitur viperinum hepar vnà cum ſelle vulneri applicant. Alij caput viperæ diligenter
amputatum, & per volſellam prehenſum morſui imponunt ea parte, quæ cruci iungi-
tur: hoc enim modo venenum mirificè extrahitur: de hoc remedio Quintus Serenus
ſic canit.

Dentes humani vſti ad quid valeant.

Viperæ morſui viperæ medetur.

Cuſpide nam quiſquam longæ neq; cade laxiſſe,

Fulmi-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A *Fulmine non gladij volucris non felle sagittæ,*
Quàm citò vipereo potis est affligier ictu.
Quare aptam dicamus opem, succosq; medentes,
Cui nocuit serpens, fertur caput illius apte
Vulneribus iungi, sanat quem saucia ipsa,
Vtq; Larisæa curatus Telephus hasta.

Ranæ quoq; ab externis præsidijs non sunt accendę; siquidem Auicennas ex illis, nec non ex caseo veteri emplastrum ad hanc affectionem componit. Kiranides sanguine testudinis marinę partem lęsam illinit. Dioscorides pullum gallinaceum recenter dissectum, vel stercus caprinum vino dissolutum ad modum emplastri parti imponit: Ideo Galenus narrat quemdam medicum arua, & pagos lustrantem ad morsum viperę, & aliorum etiam serpentum, fimo caprino aceto dissoluto vtentem plurimos liberasse: quare non est mirandum si Auicennas scripserit caprinam pellem recenter ab animali detractam, & ictibus harum bestiarum superpositam iuuare. *Ranæ medẽtur morsui viperæ. Lib. 6. de simp. med. fac. ca. 10.*

B Insuperplantæ alia remedia simplicia suppeditant. Dioscorides enim abrotanum, Ætius allium, vel eius adusti cinerem adhibet, dum cum aceto emplastrum pro affecta parte componit. Ex Auicenna, cæpæ syluestris succus per os exhibetur, & ex eo, quod post expressionẽ remanet, emplastrũ p saucia particula cõcinatur. Idẽ remediũ ex chamęmelo cõtuso ad mẽtẽ Dioscoridis paratur. Paulus Ægineta excinere simplici cũ aceto mixto emplastrũ parat. Herba *de Corso* nuper apud Hispanos inuenta ad morsus venenatos, & in primis ad morsum Serpentis, quem Corso sua lingua nominant, idest viperæ efficax est: hanc fortè Cantabricam esse multi autumant. Radix ebuli in vino elixata, & vulneribus imposita à Matthiolo, & emplastrum ex farina orobi cum aceto paratum à Dioscoride probatur. Legimus apud Ætium fraxini cinerem cum succo foliorum permixtum, more cataplasmatis, conferre. Apud Ægineta, ex furfuribus cum aceto decoctis, & apud Dioscoridem decoctione rutæ elixatis malagma paratur: Pariter Dioscorides galbano, & iuniperi succo partes saucias fouet. Folia cortex, & baccæ, ex Plinio, impositæ, venenis Serpentum, & maxime Sepis, Dipsadis, & viperæ mi- *Plantæ extrinsecus applicandæ. Herba de Corso quæ sit.*

C randum in modum resistunt. Quamobrem Auicennas oleum laurinum, nec non oleum, in quo decocta fuerint lauri folia approbat. Similiter laudat Sciniar, idest lactucam asini, dummodo more emplastri administretur. Ægineta lenticula cum melle cocta locum prius scarificatum fouet. Christophorus Acosta lignum colubrinum in malabar nascens extollit, quod ita colubro assimilatur, vt qui id non norit, aut die illud non viderit, si noctu ad Lunæ splendorem intueatur, vinum colubrum esse existimabit: hoc ad viperarum morsus optimum præsidium esse fertur. Quapropter incolæ per arua proficiscentes, vt plurimum lignum hoc circumferre solent, cum in illa Prouincia multæ viperæ stabulentur. *Oleũ laurinum medetur ictibus vipernis. Lib. Arom. cap. 33. Lignũ colubrinum Arabũ.*

Aetius in simili affectu etiam desperato, melissę folia, & etiam succum vnà cum vino tanquam cuidens auxilium parti imponit. quamuis fotus muriæ cũ aceto ab Aegineta non reprobetur. Origanum viride contusum præscribit Dioscorides. At Matthiolus radicem personatæ in vino elixatam, & impositam, & Aegineta picem liquidam cum sale magnificant. Ex Theophrasto, panacis chironiæ radix in oleo cocta adhibetur; dum D partes, aduersus viperas, phalangia, & alia reptilia liniũtur. Ex porro, & pane cum sale, ad mentem Aetij cataplasma componitur. Sed Ægineta decocto pulegij sæpius plagam fouet. Sycomori folia cum pane miscenda, & extrinsecus admouenda iubet Ætius. Serpillo cum aceto Galenus, & sambuci radice cum vino Matthiolus vtitur. Scillam in aceto decoctam, & instar cataplasmatis accommodatam Dioscorides adhibet, qui, & serpentariã maiorẽ, seu dracontium commendat, cum hæc planta caule glabro maculis fuscis, pullis, puniceis, & tandem vipereis conspersa prædita sit: ex quibus signis Porta colligebat hanc aduersus viperas valere. Quare non est absurdum si Dioscorides scriptis mandauerit à vipera non feriri hominem, qui folijs huius plantæ manus confricauerit. Tribulus etiam terrestris tàm intrinsecus, quàm extrinsecus adhibitus demorsos à vipera recreat. Hermolaus autem Barbarus tormentillam laudat. Trifolium hyacintho simile, vt aliqui scribunt, Vere flores emittens, semenq; enico syluestri simile procreans, trifolium bituminosum ab alijs nuncupatum, hoc in aqua decoctum, & more fomenti, parti sauciæ impositum, dolorem à vipera, vel à phalangijs excitatum, statim *Radix personatæ iuuat. Serpentaria cur aduersus viperas valeri dicatur.*

www.libtool.com.cn

Triſolium bitumino-ſum nihil operatur.

ſtatim ſedat: ſed rem miram animaduertit Iacobus Syluius medicus, quòd remedium E
hoc ſanæ parti applicatum dolorem illi ſimilem, quem patiuntur demorſi à prædictis beſtijs generat. Tandem Dioſcorides vini fæcem, vinaceorũ, vel ſarmentorũ cinerem cum aceto permiſcet, hocq; linimento partem læſam imbuit. Præter herbas quidam etiam lapides in huiuſmodi affectione locum habent. Nam lapidem Serpentis, demorſis à vipera ſuſpendit Auicennas. Ætius verò lapide hæmatite, & heliotropio vtitur.

L.2.de Antid cap.14
L.13.c.21.

Inſuper medicamenta externa compoſita pro ſuperando hoc veneno ab authoribus proponuntur. Quocirca à Galeno emplaſtrũ ex dictamno ſacrum nũcupatum laudatur. Immò præſcribit epithemata ad morſus viperæ, ex ſagapeno, pipere, liquore cyrenaico, opopanace, galbano, ſulphure in aceto diſſoluris. Ætius eodem vtitur medicamento, ſed poſtmodum folia viticę, vel ficus ſuperponit. Denuo Ætius aliud emplaſtrum ex cardamomo radice eringij, ſulphure, pipere, myrrha, & galbano conficit. Iterum idem author ex centaurea, herba pediculari, ariſtolochia, radicibus pencedani cum aceto, in quo galbanum fuerit diſſolutum, emplaſtrum fingit: Rurſus idem author ex

Varia emplaſtra cõmendantur.

cachri, herba pediculari, ſtaphiſagria, radice vitis albę, ariſtolochię, & bryonię, myrrha, F
& opopanace cum ſufficienti quantitate aceti emplaſtrum parat. Demum idem Ætius ex contritis carnibus cancrorum fluuiatilium cum iride, calamentho, & modico ſalis paſtillos conficit, ex quibus deinde lacte diſſoluris emplaſtrum componit. Quibus

Oleum de Scorpionibus matthioli.

præſidijs addendũ eſt oleũ de Scorpionibus Matthioli, quo regio cordis & pulſus linitẽdi ſunt; nam præſtantiſſimam opem afferre ſolet. Cęterum à præſidijs externis compoſitis theriaca non eſt arcenda; cum parti affectę applicata mirum in modum operetur.

L.20.c.16

Recitat enim Pareus, cum eſſet monſpeſſuli, in pharmacopęa, in qua pro concinnanda theriaca ſplendidus erat apparatus, ſe curioſè, & incautè pertractaſſe viperam, quę in-

Pareus à vipera demorſus quo remedio curatus fuerit.

dicem inter vnguem, & carnem pupugit, vnde ſtatim dolore ſuborto, ipſe digitum ſupra vulnus arctiſſimè conſtrinxit, ne virus alijs partibus diſtribueretur; deinde theriaca antiqua in aqua vitę diſſoluta pro linimento vſus eſt, atq; intra paucos dies hoc ſolo remedio planè conualuit.

Tom.2.oſſic.

Præter remedia propoſita, legitur in monimentis Theophraſti (vt refert Textor) G
quòd cantus tibicinum fidicinum, aliaq; muſicæ artis organa modulatè adhibita quibuſdam viperarum morſibus medentur. Idem Aſclepiades medicus in quibuſdã phreneticis, & in cæteris animi ægritudine laborantibus præſtitiſſe dicitur: etenim obſeruauit tales patientes nulla alia ope, niſi ſymphonia, & vocum concentu reſipiſcere; tantus enim eſt humanæ naturæ cum harmonia conſenſus. Non deſunt etiam aquarum

Symfonia medetur morſui Serpentum.

ſcatebræ, quę venenato vipereo aduerſari perhibentur. Scribit enim Amatus Luſitanus Norcheriæ octo milliaribus à Fulgineo ciuitate, & patria Gentilis interpretis Auicennę, fontem ſaluberrimum, & aqua frigidiſſima ſcatentem conſpici, in qua ſi demorſi à vipera, & ab alijs Serpentibus, horæ ſpatio, demergantur; inde ſani, & liberi egrediuntur. Opinatur autem Amatus Luſitanus hoc inde prouenire: quoniam exceſſens illius

Cẽturia 1. Aquæ cuiuſdam fontis medetur ictibus viperarũ.

aquæ frigiditas caliditatem veneni viperei refrigerat, atq; obtundat. Clariſſimus Faloppius aliud præſidium in hoc caſu admiratur: obſeruauit enim, dum ruri verſaretur, filium agricolæ à vipera in pede demorſum: vnde pater ſenex ad clamorem filij accurrens, arcto vinculo, pedis digitum vinxit, ne venenum ad ſupernas partes penetrare poſſet: deinde, digito ſcarificato cum non mediocri ſanguinis effuſione, iuſſit ſibi lo- H

In lib. de Tum. præter nat.

cum oſtendi, vbi à vipera filius percuſſus fuit, quo cognito, vt læſum pedem ibi natus figeret, imperauit; poſtea ducendo ferulam circa pedem, illius figuram obſignauit, & ſumpto gladio, cretam intra veſtigij lineam radens in vino diſſolutam filio propinauit: quo præſidio iuuenis vomitione, & fluore alui correptus, tandem ſanatus eſt. Quamobrem Faloppius id ab occulta quadam cretę illius proprietate dimanaſſe arbitratus eſt; niſi velimus aſſerere: quandoq; arena nauſeoſa, & alui fluxum, & vomitum excitari, ſicq; & excrementa, & venena extra corpus trudi.

Creta hauſta medetur ictibus viperæ.

Præter viperę morſum, virus à veſiculis gingiuarum exemptum, & ſel eiuſdem animalis permixtum homines venenare poteſt. Idcircò Geſnerus, ex relatione Gerardi Bouman, prodidit puellam quamdam, quæ carnem, cui permixtum fuit viperinum virus, guſtauerat, in opiſtotonum, & alia grauiſſima ſymptomata incidiſſe, quę poſtea vino copioſè ſumpto liberata eſt. Fel etiam viperę adeò exitioſum eſt, vt confeſtim animi deliquium generet; propterea quamprimum vomitus butyro igne liquato

Fel viperæ exitiale.

exci-

www.libtool.com.cn

excitandus est, & vomitione iterum atq; iterum repetita, nullum præstantius remedium inuenitur, quam theriaca: quamuis Auicennas proprium huius veneni alexipharmacum moscum esse arbitretur.

IVMENTORVM A VIPERIS PERCVSSORVM MEDELLA.

COLVMELLA de re rustica verba faciens, scriptum reliquit bouem quandoq; per pascua vagantem improuisò super viperam incumbere, quę graui laceßita onere, morsum bestię imprimit. Tunc igitur pars ferro prius scarificanda est, & herba personata cum sale trita loco affecto imponenda. Alioquin author laudat trifolium symoniacum, odorem bituminis spirans; propterea Græci illud Asphalcion vocant. Itaq; huius herbę succus vino permixtus faucibus iumentorum infunditur, & folia contusa cum sale, instar malagmatis vulneri imponuntur. Verùm si tempus anni herbam hanc viridem neget; huius saltem semina suo tempore collecta, & vino leuigata exhibentur; deinde radicibus eiusdem tritis cum farina, sale, & mulsa pars scarificata imbuitur. Immò ex aliorum sententia, folia fraxini cum vino, & oleo in fauces bestiarum infunduntur, & extrinsecus etiam vulneri applicantur.

Lib. 6. c. 17

Trifolij asphaltitis mirę vires.

Item P. Vegetius in arte veterinaria, monimentis mandauit remedia, quibus occurrendum est vulneribus iumentorum à viperis inflictis: nam cognito vulnere à pure effluente, terra formicarum, vel ad aliorum mentem, terra talparum cum vino mixta in fauces bestię iniicienda est. Immò thymum cum vino tritum prodesse creditur. Quibus deficientibus, grana triginta piperis in vino, vel acorus ponticus ad pondus semiuncię probantur. Rursus remedium est præsentaneum, hędum, agnum, vel gallum macare, deinde calentes pulmones vna cùm corde, & iecore parti saucię imponere, vt totum virus à partibus penitioribus ad extimas educant. Cęterùm tumore perseuerante; idem author vitem albam syluestrem comburit, & ex cineribus lixiuium paratum, triduo, sextarij mensura, iumento bibendum exhibet. Postmodum ipsum cinerem aceto permixtum instar cataplasmatis vulneri applicat. Quibus non conferentibus partem sauciam inurit. Demùm farina hordeacea cum vino, sale, & oleo decocta partem laborantem cooperit; hocq; toties repetit, donec iumentum pristinæ sanitati restituatur.

Lib. 3. c. 9.

Terra talparum ad quid.

VENENI VIPERINI PRÆCAVTIO.

PRODIDERVNT nonnulli authores quempiam dente viperę semel tactum, deinceps nulla alia venena formidare, & eum, qui iecur viperę conditum semel vorauerit, nullius imposterum Serpentis ictum pertimescere. Quę doctrina si veritatem attingeret, id experiri illis bono esset, in dies non sine veneni suspicione vitam degunt. Præterea, iuxta Nicandri præcepta, cauendum est primò ne homines somnum capiant in loco à Feris frequentato, & potissimum vbi Serpentes, & viperę diuagantur. Deinde admonet, ne homo ieiunus itineri se committat: nam si forte à vipera percutiatur, magis patietur, quàm si cibo repletus esset: ratio est, quia partes nobiliores nutrimento vacuæ se minimè tueri possunt; nec non venæ, & arteriæ nouo cibo nondum repletæ, venenum faciliùs admittunt. Indi autem itineruntes lignum colubrinum in Malabar nascens secum deferunt; quandoquidem, ex Christophoro Acosta, hoc non solum morsus viperarum sanat, sed etiam ab illis præcauet; vt paulò ante in medela veneni viperini declarauimus. Itaq; pro cautella, simplicia, & composita medicamenta adhibenda sunt.

Homo ieiunus magis patitur à morsu viperæ.

Inter simplicia primum obtinet locum semen citri sacharo conditum, pentaphillon, polium, hypericon, anchusa, scordium, & tandem illa omnia simplicia, quæ ad medelam

www.libtool.com.cn

Lib.4.c.7. Iam huius veneni attinent. At cornua animalium, ex Aeliano, & præcipuè cerui, nec- E
non vngulæ asini, alcis, & onagri non mediocrem videntur habere prærogatiuã. Quamobrem hac ratione ducti Indorum reges, in cornibus asini indici, aduersus grauissimos morbos, & præsertim venena potare consueuerunt. Vnde Hieronymus Mercurialis nostra ætate vir percelebris omnia ferè animantium cornua contra venenum aliquam vim possidere existimauit: quod Prisci id coniectantes, ex cornibus pocula fabrefecerũt: veluti passim apud Homerum, apud Plutarchum, & apud Xenophontem legere licet. Causam autem, propterquam cornua, vngulæ, & lapides animalium, peculiari quadam prærogatiua, venenis reluctentur, Baldus Angelus Abbatius inuestigare conatur, dum scribit animalia cornigera, quæ insectis, prauis herbis, alijsq; animalibus venenosis vescuntur, proculdubio portionem alimentalem, vi caloris, ab excrementitia, & venenata separant, quæ postea ad extimas partes, nempè ad cornua, & vngulas tanquam ad excrementorum receptacula demandantur; & ex his etiam lapides in animalibus generantur. Hinc postmodum multi, collegerunt has partes contra omnia venena maximam virtutem possidere; quapropter lapis in oculis ceruorum F
concrescens commendatur; cum cerui solo spiritu angues à cauernis euocent. Item lapilli in aubus, in gallis, & in omnibus ferè piscibus inuenti mirę efficaciæ esse creduntur. Lapis draconites ex Alberto, venena fugare perhibetur. Alij laudant lapidem bufonis in anulo perforato gestatum, vt carnem cõtangat, qui, præsente veneno, partem miro quodam modo calefacere dicitur, vt ex hoc indicio venenum præsens esse cognoscatur. Quamuis alij referunt authoritate Magorum ducti, adamantem sinistra parte delatum, vt carnes tangat, venenis resistere. Deinde hyacinthum, & sapphirum idem præstare multi asseuerant. Idem quoq; de gagate lapide, ex Aristotelis authoritate, scribitur. Smaragdus verò in mensa detentus venena debilitat, in ore autem omne virus expugnat. Cæterùm lapis prasius, & cornu serpentis, veneno præsente, nitorem confestim amittere feruntur; sin venenum auferatur, pristinum splendorẽ recuperant: huius autem lapidis laudes Albertus Magnus enumerat: quandoquidẽ hunc Alexander Magnus sub cingulo ob spem victoriæ, in prælijs, gestabat. Cum autem ab
L.2.de min cap.14. Indis, & Persis victor reuerteretur, & in Euphrate se abluere tentaret, deposito cingu- G
lo, Serpens ibi latibulans lapidem dentibus præcidit, & in flumen mersit. Id scriptum fuisse ab Aristotele recitant in volumine reptilium, quod nondum ad nostras manus peruenit. Amplius ad huius veneni cautelam medicamenta composita non desunt; vt illud, quod constat ex ficubus, nucibus, rutas & sale. Compositio autem paratur, veluti extat in hoc disticho Reuisneri:

Bis denum rutæ folium, salis, & breue granum
Iuglandis q, duas. terno cum corpore ficus.

Id iuxtà Rhasis sententiam; non solum ictus Serpentum, sed etiam cætera arcet venena. Nihilominus inter hæc, primum locum theriaca, & confectio mithridatica sibi vindicant, quibus Rex Mithridates ad tollendam veneni suspitionem quotidie vtebatur. Tandem Conciliator multa admiranda de imaginibus serpentarij protulit, quæ cum magicam potius, quàm medicam artem sapere videantur; horum sermonem omittere decreuimus. H

EPITHETA.

Epitheta græca vipera.

CICERO viperam tanquam lernam, venenorumq; sentinam contemplans, in primis venenatam, & pestiferam appellauit. Hinc cæteri authores, & potissimum poetæ malam, sceleratam, insidiosam, acerbam, horrendam crudescentem, crudam, tristem, lethiferam, furialem feram, & tandem à loco parætoniam vocauerunt. Hanc ob eamdem rationem Græcis φονὶη ἔχις, læthalis vipera cognominatur, cum φόνος cæde cõtaminatus, homicida, sanguinarius, & læthalis exponatur. Similiter apud Nicandrum legitur ἔχις ἰοβόλος scilicet veneaum eiaculans: quamuis apud Græcos, hoc nomen ἰοβόλος, præcipuè sagittas proijciens declaretur: nihilominus quoniam ἰὸς venenum quandoq; significat; propterea apud Herodianum, θηρία ἰοβόλα, nimirum ferę

Lib.3.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A veneum eiaculantes dicuntur. Insuper Latini colorem viperæ meditantes, viperam interdum variam, & interdum atram, vel fuscam indigitarunt. Similiter Nicandro ποικιλόδυρος, nempe collum habens varium vocitatur: cum Græcis δειρὴ, vel δειρὴ cervix exponatur. Alioquin alijs appellatur πέρκνος: cum πέρκος, vel πέρκνος colorem nigrum, varium, seu maculis nigris distinctum significet, quales in vipera colores obseruantur. Rursus Nicandro ἐχίδνα-ϕαλάες, nempe vipera fumosa, fuliginosa, vel flammea dicitur: etenim ϕόνος fumum, flammam, & fuliginem indicat. Deniq; quando Ouidius viperam herbeam, & lerneam vocitauit, notandum est tunc hydram cum vipera confundi. Ad finem omnia illa epitheta viperæ conuenire dicuntur, quæ Serpenti in genere competere retulimus. *Epitheta à coloribus.*

DENOMINATA.

B NON desunt homines, animalia, plantæ, lapides, & alia inanimata, quæ à nomine viperæ, tum græco, tum latino denominantur. Primùm Bellonius in Obseruationibus, hominem Serpentes noscentem, & venantem Viperarium indigitauit. Echion, præter herbam, quam inferius memorabimus, nomen fuit hominum; etenim echion fuit vnus illorum, quorum opera adiutus Cadmus, Thebas ædificauit; vnde postea Thebani quandoq; à Poetis Echionide, & Echionij passim fuerunt appellati. Huius viri meminit Ouidius hunc in modum. *Li. 3. c. 71.* *L. 3. Metā.*

Templa Deum matri, quæ quondam clarus Echion
Fecerat ex voto nemorosis abdita syluis.

Item Echion fuit statuarius, & pict or percelebris à Plinio summopere commendatus. Immò alius Echion fuit citharedus, secundùm Iuuenalem, qui canit. *Satyr. 6.*

Accipis uxorem, de qua citharœdus Echion
Aut Glaphyrus fiat pater.

C Hæc autem duo nomina Echion, & Glaphyrus citharedorum fuisse feruntur. Præterea Seneca in Oedipo vipereum genus nuncupauit omnes illos Cadmi socios, qui exdeatibus Serpentis in fonte Dirceo stabulantis nati fuisse, & mutuis vulneribus se se confeciisse credebantur: canit enim hunc in modum. *Traged. 5.*

Et fœtet in armis omne viperum genus
Fratrum cæterua dente Dirceo sati.

Legimus etiam in historia Poloniæ, vbi de antiqua, & bellicosa gente Sauromatica verba fiunt, ex qua postmodum Poloni originem, genusq; suum duxerunt; quòd huiusmodi populi à Græcis Sauromatæ cognominati fuerunt, deducto nomine à σαῦρος ipera, & ὄμμα oculus, quasi dixeris gentem terribilem, & oculis viperinis insignitam, idq; duobus in locis eiusdem historiæ, repetitur: cum, iuxta rei veritatem, apud Lexicographos hoc nomen σαῦρα, vel σαύρα ἡ, & σαῦρος ὁ lacertam, & lacertum indicet. Quare illæ gentes potius ab oculis lacertarum, quàm ab oculis viperarum denominari debuissent. Si cætera virorum cognomenta contemplemur, non defuerunt in antiquis D Romanorum familijs nobiles viri, qui, referente Contareno, *Vipereschi* cognominabantur. Item Marcus Antonius Flaminius carminibus inuehit in quemdam Petrum cognominæ Viperam. Pariter Antonius cognomento viperarius vir fuit percelebris, qui de bello Melitensi vbertim pertractauit. *Populi Sauromatæ à viperis denominati.* *Familiæ à viperis denominatæ.* *Lib. 2. Car.*

Multa quoq; bruta à viperis videntur esse denominata: quandoquidem ἐχίδνιον catulum viperæ denotat, & apud Suidam ἐχιδίον viperulam, nempe paruam viperam significat. Alioquin ἔχενος à Nicandro soboles viperarum, quasi filius echidis exponitur. Item Cerberus Inferorum canis vipereus à Poetis fuit appellatus; cum loco pilorum, viperas gestare diceretur. De hoc Ouidius sic canebat. *Bruta multa à viperis denominata.* *L. 3. Amor.*

Et tria vipereo fricimus ora cani.

Aliqui etiam chamæleontem viperinum, ob caudæ obliquitatem, nuncuparunt, nixi verbis Plinij, qui aliquando scriptum reliquit, huius animalis caudam esse prælongam in tenuitatem desinentem, & viperinis orbibus se se implicantem. Sed mirandum est, quòd interdum à Poetis vipereum nomen ad alios etiam Serpentes trahitur; & in hoc intel-

www.libtool.com.cn

intellectu, Ouidius dentes Draconis à Cadmo interfecti vipereos nuncupauit hoc E
verſu.

Vipereos dentes, & aratos ſpargit in agros.

L.7. Metã. Scripſit etiam Aelianus, interprete Gillio, in Cyrene murium genera, tum forma, tum colore diuerſa verſari: propterea quod alij tanquam feles latam faciem habeant, alij acutis muniti ſpinis, viperæ ſimilitudinem præ ſe ferant: qua de re Indigenæ echenatos vocitant. At Geſnerus non iniuria, apud Ariſtotelem in mirabilibus, vbi legitur ἐχίδνας, legendum eſſe ἐχίνας opinatur: ſiquidem echidna viperam denotat, quæ nihil commune cum prædictis muribus habere videtur, qui potius echino, ratione ſpinarum, aſſimilantur; atq; lectionem hanc magis doctrinæ, & lectioni Ariſtotelis, & Plinij conformem eſſe exiſtimamus.

Mures viperis ſimiles vbi.

Succedunt plantæ à viperis denominatę. Nam in primis legitur apud Plinium echidnios herba, ſeu crocis herba magica; cum nonnullis Græcorum legatur κροκὸς ἡ ἐχιδνιος βοτάνη, nimirum herba viperina, quàm eamdem cum dracontea eſſe voluit Macer. Alibi Plinius tradit ſe in Luſitania nouiſſe herbam nuper ibi repertam eiuſdem F
cum draeunculo nomenclaturæ, caule craſſitudine pollicari, & altitudine bipedali, verſicoloribus maculis nempè viperinis inſignem, ad primas Serpentum vernationes è terra erumpentem, concauo, & patulo draconis ore ſpectabilem, & floris ſtamina quaſi Serpentis linguas exerentem, quam ſi haberemus, meritò viperariæ nomine donare poſſemus. Bugloſſa ſylueſtris Herbariorum dicitur echium, nempe ἔχιον, & in antiquis Dioſcoridis nomenclaturis alcibiadion, παρὰ τὸς ἔχεις, nimirum à viperis; quoniam viperarum morſibus medeatur, aut quia ſemina huius plantę viperinis capitibus ſimilia procreet: herba hęc eſt vulgaris flore ſubcęruleo, aliquando ſubcinereo, & interdum prorſus albo. Verùm præter hoc vulgare echium, Clariſſimus vir Carolus Cluſius echium pullo flore, echium rubro flore, & echium creticum deſcribit, atq; depingit. Item cynogloſſa minor ſeu heliotropium minus primum Ceſalpino, ſiue Scorpioides cęruleum Dodonei, à Cordo echium paluſtre nuncupatur; fortè quia aduerſus viperas valeat. Numenius author non proletarius aliud Echij, ſeu viperariæ genus ocymoides appellatum reperiri ſcripſit; quoniam folia ocymo ſimilia proferat, quòd ſanè G
Nicander idem tradiderat, qui ambo doctrinę Dioſcoridis, & Plinij adhęrentes hanc plantam capitula viperinis capitibus ſimilia producere, & in vino morſibus viperarum mederi protulerunt. Alioquin echite herba apud Plinium Scammonio ſimilis, hodie deſideratur. Nicolaus Myrepſus in antidoto ſeptuageſima ſupra trecenteſimam, quæ podagricis conferre dicitur, prodidit nonnullos pro gentiana, chelidonium, & chidrion ponere. Fuchſius hunc locum Nicolai ponderans retulit in eodice græco legi ἐχίδριον; licèt alij legant, ἐχίδνιον: ſiquidem Apuleius hoc nomine donauit herbam, quam aliter viperinam cognominauit ob figuram ſeminis, quod viperæ caput repræſentat. Verùm Geſnerus echidrion eſſe nomen chelidonij minoris, ad mentem Herrmolai Barbari, exiſtimat. Amplius ſcorzonera herba Lobellio viperaria nominatur; quoniam in morſibus viperinis ſummoperè commendetur.

L.5. de plãt var. c.50.

Echiũ palu ſtre quid ſit

L.24. c.14

Echite herba Plin.

Echidnion herba quæ.

Scorzonera quare vipe raria dicatur.

Inter lapides, gemma reperitur ἐχίτης dicta, vt voluit Plinius, viperis referta maculis, colore fuſco, & rubentibus notis: Immò contrita in aqua odorem vini ſpirat, & H
quod magis mirandum eſt, ebrietati reſiſtit. Inſuper, ex eodemmet Plinio, lapis viperinus nunc upatur, qui ex diſſecto viperæ viuentis capite eximitur: quemadmodum Scythę præſtant, quando Serpentis caput inter aures diſſecant ad eximendum lapidem, quem poſtmodum ab eo territum deuorari tradunt.

L.37. c.11

L.29. c.4.

Non ſunt omittenda loca à viperis nomen deſumentia, veluti Echidnon vrbs ad mare Aegeum ſita, vt Pomponius Mela annotauit. Reuſnerus quoq; meminit cuiuſdam loci, qui à conſpecta vipera nomen ſibi vendicauit; idq; exprimit infraſcriptis verſibus.

L.5. Hodepor.

Loca à vipe ris denomi nata.

Mox Quedleburgi dextra conſpeximus vrbem,
Aucupis Henrici quæ ſtudioſa fuit;
Qui ſibi præ reliquis ſedem delegerat iſtam,
Vipera viſa prius non procul inde fuit.

Item Petrus Martyr ſermonem habens de inſulis nuper repertis, prodidit, quòd in laterali proſpectu Iamicæ inſulæ Hiſpaniolæ, atq; Cubę meridiem verſus repentinus vor-

tex

www.libtool.com.cn

A rex in arenosas spirat syrtes: ea autem voracia, & cæca vada Hispani viperas nuncupant; quoniam ibi multæ naues, veluti viperina cauda comprehensæ implicentur.

Cæterùm vipereus, & viperinus sunt nomina adiectiua, quæ ad viperas spectantia denotant. Immo Apuleius hoc nomine (viperalis) vtitur, dum rutam viperalem vocat, quia Serpentibus, & potissimùm viperis resistat. Mirandum est, quòd sermo interdum vipereus quasi plenus ira, & furore nuncupatur, iuxta illud.

Nomina multa aduersus viperis data.

——— *dictisq; furorem*
Vipereum inspirant,

Apud Græcos ἐχιδναῖος viperinus exponitur, & ἐχιόδηκτος apud Dioscoridem ictus, vel demorsus à vipera legitur. Demum Echion, præter nomen virorum, & plantarum, de quibus antea fuit actum, significat etiam medicamentum, quod paratur ex vipera combusta in fictili nouo, additis succo feniculi, & manna thuris, quòd in suffusionibus tanquam vtilissimum commendatur: hoc Syluaticus echeon etiam appellauit. Quid plura? nonne Galenus scribens ad Glauconem Theriacam διακίδιον, nempè diacidu- B nuncupauit? quoniam sit τὸ ἐχίδνης φάρμακον. Et τὸ διακίδης dicitur, quia vipera hanc ingrediens compositionem ἐχίδνα Græcis vocatur. Putant autem viri docti dici χίδνα per aphæresim τοῦ ε, & χ in κ, mutatione densæ in tenuem. Alioquin Andromachus Theriacam viperas recipientem Galenen, nimirum tranquillam indigitauit, si veritatem fassus est Galenus: cum Græcis γαλήνη serenitas, & tranquillitas exponatur. Aliter Theriacæ nomen nonnulli deriuant ἀπὸ τῶν θηρίων, idest à feris, & venenatis animalibus, quorum morsibus hæc antidotus medetur. Quamuis nomen Theriacæ à viperis etiam deduci possit: cum vipera tàm mas, quàm fœmina Græcis interdum θηρίον nuncupentur, aut quia viperinas carnes recipiat.

L. 2. de mat. med.
Echeō medicamentū quale.
Diacidis quodnam medicamentum sit.
Galenis medicamentis esse.
L. 1. de Antid.

Clarissimus Maranta omni conatu nititur probare Theriacam inde denominatam, quia efficax sit aduersus ictum ferarum omnium, quas, communi nomine Græci θηρία nominant. At quia ad mentem Galeni, Theriaca ex viperarum carne parata, Diaeidnes cognominatur: propterea Maranta id non primariò, sed secundariò fieri arbitratur: nimirum vt caro viperina sit fomentum quoddam in pristinam appellationē: siquidem C ætate Andromachi medicamenta veneris reluctantia, theriaca dicebantur. Ideo non videtur theriaca primariò à viperis esse denominata, nam echidnia, & non theriaca appellanda esset; cum ἔχιδνα viperam, θὴρ autem non solum viperam, sed quamlibet aliam Feram venenatam designet. Quapropter theriacalia vocantur quæsumq; maligaorum Serpentum morsibus opitulantur.

Theriaca cur ita vocetur.

Ex altera parte Oddus ex libro de theriaca ad Pisonem colligit Andromachum huic antidoto τὰ θηρία miscuisse; ideoq; theriacam dictam fuisse, & quia morsibus eorum medeatur, & quia ipsas Feras recipiat, vtroq; scilicet ad etymum theriacæ concurrente significatu. Verùm licèt Andromachus nomine τὴρ viperam priuatim designet, & trochiscos viperinos panem θηρίον nominet, nihilominus, cum Antiochi, & Mithridatis compositio theriaca à Plinio cognominetur, nos Marantæ opinionem nullo modo improbandam esse arbitramur; scilicet medicamina Serpentum ictibus, aliisq; venenis resistentia, nomen theriacæ mereri. Id apertè colligimus ex Galeno; qui theriacam antè viperarum admixtionem, non minus, quàm hodiè nominauit: immò idem Gale- D nus allium theriacam agrestium esse asseuerauit. Quæ cum ita sint, prædictæ compositioni, & antidoto viperas ab Andromacho additas esse opinamur, vt tam ad ictus Serpentum, quàm ad cetera venena præsentaneum sit remedium.

Etymum theriacæ secundū Oddum.
L. 12. meth. med.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

MORALIA:

Vipera diaboli Symbolum.

VM multa ex natura, & moribus viperarum ad rectum vitę institutum attinentia elicjantur: non erit abre illa hoc in loco recensere. Itaq, vipera Diaboli symbolum esse perhibetur: siquidem ex doctrina Plinij, solet interdum vipera lapidem quemdam pretiosum deglutire, quem postmodum Scythę diligenter extrahentes aduersus venena felicissimè adhibent. Diabolus & ipse aliquando lapides pretiosos, nempe viros iustos deuorat: nihilominus, Scythę nimirum probi viri omittentes vitia de ventre Diaboli omni sedulitate se extrahunt, deinde sancto vitę instituto, tanquam alexipharmaco, aduersus criminum virus vtuntur. Rursus secundum Physiologos, si vipera smaragdum intueatur statim visionem amittit: sic Diabolus, vel etiam mundus eiusdem conditionis esse feruntur: quoniam smaragdum scilicet virum diuinis insignitum virtutibus intueri non potest, quia oculi ob inuidiam lęduntur. Propterea Seneca hoc aureum pronuntiabat assertum. *Vtinam oculi Inuidorum essent in omnibus ciuitatibus, vt felicitatibus omnium torquerentur.* Vel possumus etiam smaragdum Beatę Marię semper Virgini affimilare, cuius diuino aspectu Diabolus excęcatur, dum omnes eius vires eneruantur.

Vir iustus comparatur smaragdo.

Rursus quædam viperæ species, vt rerum naturalium indagatores referunt, tempore permixtionis ad litus proficiscęs sibilo muræną euocat, quæ ab vndis pelagi egrediens, venereo congressu, ei assentitur. Hæc vipera Diabolus esse perhibetur, qui sibilo tentamenti muræną, id est animam in diuinæ gratiæ vnda versantem euocat, vt lethali crimine ei assentiatur. Vel hanc similitudinem de Apostatis pronuntiare possumus. Quos Diabolus sibilo de flumine ordinis religiosi seducit, Immò in hoc sensu Iudæi apud Mattheum progenies viperarum dicebantur, quia Diaboli essent æmulatores. Lyranus verba faciens de vipera, quæ manum Diui Pauli momorderat, per viperam Diabolum interpretatur, & per manum Apostoli, rectum opus Doctoris, vel concionatoris, quod Diabolus in dies veneno corrumpere conatur. Tandem Diabolica tentamenta viperina nominantur; ideo, quando Iob scripsit. *Venenum aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.* Multi interpretes per aspidem, violenta, & subita tentamenta, & per viperam leuia, & diuturna designant. Præterea mulier hanc viperæ similitudinem effugere non potest: siquidem veluti vipera imperfecto gaudet partu, dum aliquando ouum, & interdum viuum fœtum enititur: ita mulier quid imperfectum denotat. Iuxta illud vulgare carmen.

Iudei cur progenies viperarum dicantur. Cap. 3.

In com. ad actus Apost. cap. 2. Cap. 20.

Mulier viperæ assimilatur.

Fœmina faminęum non bene finit opus.

Pariter authores memoriæ artificiosæ, mulierem viro insidiarę, insinuare volentes, figura viperæ vtuntur. Verùm inter mulieres nouerca potissimum, viperæ nomine, donanda est: nam ambo ingentes irarum motus concipiunt, & blanditias, beneuolentiamq; simulantes clanculum mordent. Iuxta vulgatum distichon.

Nouerca vipera dicitur.

Ira nouercarum quid non designat amando
Ledens, Hippolyti me docet ista malum.

Similiter reliqui peccantes viperęos mores imitari solent: etenim, si vipera, aduentāte hyeme, secundū Physiologos, venenū euomens sub humo se occulit, &, Vere ingruēte à cauernis egredięs aliud venenum primo deterius generat; criminosi hyeme ægritudinū, & calamitatū virus vitiorum deponunt, & sub terra pœnitentiæ, pietatis, & memoriæ mortis se occultant. At prætereunte ærumnarum bruma, & verno secundę valetudinis, & prosperitatum tempore accedente, latibula pietatis, & pœnitentiæ relinquentes nouum peccati venenum generant. Iuxta illud facte paginę. *Est qui præ inopia vetatur peccare, & si inuenerit tempus, male faciet.* Iterum peccantes viperis comparantur: quoniam vipera hominem mordens tanta siti vexari fertur, vt, nisi quamprimum aquam inuenerit, disrumpatur. At, illa inuenta, atq; pota, pristinam incolumitatem adipiscitur. Hąc igitur viperę proprietate ductus Diuus Chrysostomus viros lethalibus peccatis obrutos viperas nuncupabat; qui, nisi aquam pœnitentiæ potent, procul dubio intereunt.

Peccantes viperasimi tantur.

In Ecclesiast. c. 20.

Homil. 3. in Matth.

Amplius

www.libtool.com.cn

A Amplius quando ex vipera antidotus theriacalis concinnanda eſt, prius Fera bacillo leuiter verberatur, vt totum virus ad caudæ extremitatem trudatur, quæ poſtmodum preſcinditur, vt ex reliquo corpore veneno carente optima componatur theriaca. Homines igitur multi veneno vitiorum ſcatentes, cauda longa, nimirum ſpe longę vitę nituntur: itaq; Deus optimus maximus volens medicamen aduerſus criminum virus parare, quando, ſcilicet, criminoſos à vitijs vult reuocare, illos virga calamitatum affligit, deinde caudam longam, ideſt ſpem longę vitę adimit, dum eos ad meditationem finis humanæ vitæ impellit, tunc enim, profligato criminum veneno, horum doctrina & exempla cæteris medicinæ eſſe ſolent. Talis vipera Paulus Apoſtolus natione Iudæus fuiſſe perhibetur, qui primùm veneno peccati plenus, tandem exemplo, & doctrina alijs medicamen fuiſſe dicitur: nam ipſe ſcribens ad Thimotheum pronunciauit, quòd primò fuit perſecutor, & blaſphemus, ſed à Domino percuſſus ærumnarum virga, doctrina, & exemplis, aliorum medicina euaſit. *Crimin… dicuntur… pera.* *Paulus … poſtolus … ctus … vipera.*

Viciſſim debent etiam peccantes nonnullas viperæ proprietates imitari. Primum ſi B hæ beſtiæ viſionem in cauernis hebetatam, Vere exeuntes fæniculo recreant: ita criminoſi viſionem mundanis negocijs, & impietate ob ſcuratam, aduentante diuinæ gratiæ tempore, illuſtrare, & à peccatorum cauernis per confeſſionem piacularem egredi debent, nec non fæniculo ſacræ doctrinę tenebroſos intellectus oculos recreare. Iuxta illud Apocalypſis. *Collyrio inũge oculos tuos vt videas.* Immò veluti vipera pellem exuit inchoans à capite: pariter peccans pellem veterem vitiorum, ſacra totius anteactę vitę confeſſione, deponere debet, & nouam pœnitentię veſtem induens ſemetipſum renouare. Iuxta illud Pſalmi. *Renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua.* Hac etiam ratione, poſſumus fateri quòd peccans tanquam vipera oratione fibilat, & venenum peccati confeſſione euomit; ſicq; murenę, nimirum Deo iungitur. Sed diligenter animaduertendum, ne peccans ad morem viperę virus criminum iam iam depoſitum reſumat. *Cap. 3.* *Peccãs … bet quã… que vipe… imitari.*

Si accedamus ad criminoſos in ſpecie. Prima facie, ſe ſe offerunt improbi regligioſi, qui aliquando tot viperulę eſſe videntur, quę in ventre matris creſcentes totum hauriunt nutrimentum, deinde ſtatutum fęturę tempus non expectantes, diſrupta aluo, in C lucem exeunt: quare hi, viperularum ritu, in ordine religioſo degentes, neq; expectantes determinatum dignitatum tempus, quas affectant, arctas religioſi ordinis leges aſpernando, matrem corrodunt, omniaq; perurbant. Propterea ad rem ſcribebat Baruch: *Exacerbaſtis eum qui nutrit vos, & contriſtaſtis nutricem veſtrã Hieruſalẽ.* Succedunt raptores, & ſanguinarij, qui & ipſi viperis aſſimilantur. Ideoq; Sydonius Apollinaris (referente Cęlio) de his loquebatur hunc in modum. *Libenter incedunt armati ad epulas, albati ad exequias, pelliti ad Eccleſias, pullati ad nuptias, caſtorinati ad letanias, in foro Scythæ, in cubiculo viperæ, in exactionibus harpie.* Pręterea viperę, impoſtores, ſimulatores, & Iuſtitię inſidiantes denotant, vt optimè tradidit Clemens Alexandrinus. Vnde in hoc ſenſu apud Lucam, Iudæi ἐχιδνῶν γεννήματα ideſt viperarum progenies appellabantur, non ſolum quia Sanctis Prophetis aduerſarentur, ſed etiam quia venenatæ malitiæ pleni doctrinam Dei ſuſpectam redderent. *Praui Religioſi.* *Cap. 4.* *Raptores.* *In epiſt. horat. ad Græcos.*

Quid plura? Illi, qui, euaginata lingua, aliorum famam petunt, viperæ iure optimo appellandi ſunt, quoniam vnico linguæ ictu, & ſe, & audientem, & proximum peri- D munt. Immò ad garrulitatem vipera attinere videtur: quandoquidem Eraſmus ſcribebat; quemadmodum viperini fœtus matris aluum diſcindunt; ita garruli in ſuam perniciem arcana promunt. Sequuntur conſiderandi illi, qui in iracundiam præcipites feruntur, perinde atq; naues ſine retinaculis: ſiquidem Diuus Chryſoſtomus in demonſtranda horum natura, viperæ exemplo vtitur. Dicebat enim quod nulla vipera ita poteſt animal aliquod venenare, veluti iracundia hominem, quæ ferreis quibuſdam vnguibus eum lacerat; neq; ſolum nocet corpori, ſed animæ etiam valetudinem corrumpit; cum omnes eius vires diſſipet, eamq; ad proprias functiones obeundas inutilem reddat. Sed quid dicemus de virulentis inuidorum obrectationibus? quorũ naturam Baſilius Magnus exemplo viperæ manifeſtat; id enim pronunciabat. Veluti viperæ, dilaniato matris vtero in lucem exeunt; ſic inuidiam concipi ętes ſemetipſos corrodere, & tabefacere ſolent: cum homines malignos, & inuidos continuus dolor concomitetur. Hac de re Ouidius ædes Inuidiæ repræſentans, inuidiam vipereas edentem carnes deſcribebat hunc in modum. *Detractores viperæ dicuntur.* *In Matth. homil. 17.* *Iracundi viperis cõparantur.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

L.2. Metã. *Concuſſa patuere fores, videt intus edentem* E
Vipereas carnes vitiorum alimenta ſuorum
Inuidiam.

Inſuper fænus, quod nil aliud eſt niſi fœtus quidam pecuniæ parientis, atq; increſcentis, ſimilitudinem viperæ non effugit, cum fœtum viperarum parentis viſcera corrodẽtem imitetur: etenim vſura fœneratoris præcordia dilaniat. Vnde Diuus Chryſoſtomus ſolebat pronunciare, quòd fœnerator rebus ſuis nunquam iucundè vtitur, neq; lætatur, dum poſſidet: immo quando fœnus ſibi collatum eſt, non tam exultat, quòd additio facta ſit, quàm triſtatur, quod nondum vſuræ ſortem adæquarunt. Tandem, quamuis vipera quemlibet hominem nequam denotare poſſit; nihilominus hæreticos præcipuè, & ſciſmaticos deſignare poteſt: ideo iure merito Diuus Chryſoſtomus promulgauit hæreſiarchas, ad morem viperini fœtus, matris vterum diſcerpentis, dilaceraſſe, & diſſipaſſe fidem Sanctæ Matris Eccleſiæ, atq; ad principatum proceſſiſſe. Item quemadmodum vipera mordicus apprehendi: manum D. Pauli Apoſtoli, vt in Actis Apoſtolorum recitatur, quæ tandem in ignem ab Apoſtolo excuſſa fuit: ita hæretici pertinaciter F Chriſti fidelibus aduerſantes, ingenti flammarum globo debellandi ſunt. In maiorem aſſerti confirmationem ferunt viperam ſemen per os à mare recipere, & libidine intemperatæ cupiditatis exardeſcẽtem caput matris abſcindere, fœtumq; inde conceptũ ventrem matris laniare: ſicq; vipera fœmina pariendo obit, veluti mas generando perierat. Vipera mas, in morali doctrina, nil aliud eſt, quàm hæreticus, fœmina verò anima hominis ſimplicis, & ſyncera: propterea ſi ille doctrinam, & verba Chriſtianæ fidei aduerſantia, in corda ſimplicium audientium diſſeminauerit, proculdubio mala concipient opera, quæ tandem, & audientem, & doctorem periment. Iuxta illud Pſalmi. *Concepe-*
Cap. 28. *runt dolorem, & pepererunt iniquitatem.*

Viperis Hæretici aſſimilantur.

His addamus ſciſmaticos viperę filios imitantes, qui in ventre Eccleſiæ nutriti, non expectantes, neq; ſuſtinentes correctionem, eiuſdem vnitatem ſcindunt, & rebellantes ab illa recedunt. Demum ſi vipera hominem necare conatur, viciſſim ſaliua hominis viperã extinguere nititur. Liceat igitur in præſentia viperam ad mortem, & hominem ad Chriſtum comparare: quamobrem ſi mors conata eſt, ictu, Chriſtum ſuperare; tandem ipſe in cruce pendens, ſaliua proprij ſanguinis, viperam, nempe mortem debellãs G triumphauit. Quamobrem poſſumus cum Diuo Ambroſio, & Auguſtino decantare. *Tu, deuicto mortis aculeo, aperuiſti credentibus regna Cælorum.* Quam ſententiam vir quidem omnigena eruditione clarus, hoc diſticho, apprimè recitauit.

Sciſmatici ad viperas cõparatur.
Vipera cõparatur ad mortem.

Mors mortis morti mortem, ni morte dediſſet.
Cælorum nobis ianua clauſa foret.

Deniq; cum iam, liquidò omnibus conſtet viperæ ictum eſſe lethalem: nihilominus non eſt talis, quin alius, nimirum aſpidis lethalior inueniatur. Hinc moralis doctrinæ præceptores colligunt, hominibus primarijs, & validis honorem, maioribus verò, & validioribus maiorem habendum eſſe. Iuxta vulgatum diſtichon.

Fortem fortis amet, nam fortem fortior angit:
Maiori timeat obuius ire minor.

L.13. epiſt Ad finem Seneca, & ipſe ſimilitudine viperæ vtitur ad demonſtrandum, quòd veluti honeſtum ex turpi non naſcitur; ità nec ex malo bonum: cum idem bonũ, & honeſtum H eſſe perhibeatur, his verbis. *Quidam ex noſtris aduerſus hoc ſic reſpondent putemus pecuniam bonum eſſe vndecumq; ſumptam, non tamen ideo ex ſacrilegio pecunia eſt, etiamſi ex ſacrilegio ſumitur. Hoc ſic intellige: in eadem vrna, & aurum eſt, & vipera. Si aurum ex vrna ſuſtuleris, quia illic & vipera eſt, non idea mihi vrna aurum dat, quia viperam habet, ſed aurum dat, cum & viperam habeat. Eodem modo, ex ſacrilegio lucrum ſit: non quia turpe, & ſceleratum eſt ſacrilegium, ſed quia lucrum habet: quemadmodum in illa vrna vipera malum eſt, non aurum, quòd vna cum vipera iacet: ſic in ſacrilegio malum eſt ſcelus, non lucrum. quibus opponitur diſſimilis vtriuſq; rei conditio. Illic aurum poſſum ſine vipera tollere, hic lucrum ſine ſacrilegio facere non poſſum: lucrum iſtud non eſt oppoſitum ſceleri, ſed immixtum.*

Ad finem moralia præcepta docent, ne in peragendis negotijs opera pereat, aliquando conſulendos eſſe ſapientes; quod demorſi à vipera præſtabant, qui olim ſolebant petere ab alijs ab hac Fera percuſſis, quibus præſidijs, in tali caſu, vſi fuerint. Id elegan-

ter

www.libtool.com.cn

Ater explicat Plato in sympoſiacis (referente Cælio Rhodigino) hunc in modum. *Porrò non ſecus prorſus afficiuntur ac is, in quem vipera mordicus incurrerit; hunc ſiquidem prædunt affectionem ſuam, & leſionem ijs tantùm velle patefacere, quos eadem morbi quandoq; iactatos compererit, ceu hi demum, vt qui egritudinis non ſint expertes ignoturi videantur, ſi quid dictum, factumue ſit abſurdi, morbo violentius craſſante. Quamobrem ego quoq; ſapientiæ ſimulis conuulneratus, quæ cæteris potentiùs ferit, inexplebiliter quodammodo orationem eiuſcemodi expetens, quæ validius, quam viperæ denticulus infigitur, omnia ſtatui conari, vt Socratem mihi aſciſcam, cuius è fonte, ſiti arefcentia præcordia vberius quam rigare; nec iſta nunc promerem, niſi rem eum philoſophiæ myſterijs diu initiatis eſſe mihi animadverterem.* *Lib. 6. de ci. antiq. c. 1.*

PROVERBIA.

B PRAVCA ſunt adagia, quæ ex natura, & moribus viperarum eliciuntur; attamen quæ, & qualia ſint, brevibus recitare conabimur. Primùm dicitur. *E vipera rurſus naſcitur vipera*, quando volunt denotare ex malo nihil boni prouenire poſſe. Ideo ſolet pronunciari de illo, qui cum ſordidis, & contaminatis ſit moribus, alijs morum integritatem perſuadere conatur. Aliud prouerbium eſt tale. *Aſpis à vipera.* Subintelligendo venenum ſumit; referturq; ad homines improbos inter ſe colloquentes. Multi volunt hoc adagium deſumptũ fuiſſe ex apophthegmatibus Diogenis, qui cum aliquando vidiſſet mulieres quaſdam inter ſe colloquentes, hæc verba protuliſſe dicitur. Ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης φαρμάκου δανείζεται. ſcilicet Aſpis à vipera venenum ſumit. Quãuis adagium hoc poſſit etiam vſurpari, quando quis improbus, collocutione alterius improbi, & fraudulenti deterior euadit: item quando duo homines verbotũ præſtigijs veentes ſimul loquuntur. Ideo in hoc genere aliud adagium circumfertur apud Græcos. Nimirum Συροὶ πρὸς φοίνικας. Quoniam Syri, & Phænices ſunt populi, qui C impoſtura verborum fucum ſemper facere nituntur. Demum aliud prouerbium huius generis promulgatur. *A vipera demorſum culpas.* Refertur in illum, qui cum damnum acceperit, etiam reprehenditur, vel in illum, qui alienæ calamitati inſultat. Hoc recitatum fuiſſe ab Ariſtide tradit Manutius. Quamuis alij volverint natum eſſe ab illa fabella, in qua auceps viſco turdum in arbore morantem comprehenſurus, ineautè conculcans viperam, ab ea lethaliter ictus fuit. Hic igitur agens animam hæc verba pronunciaſſe perhibetur. Me miſerum, animal capturus, ab alio ad interitum captus fui. Hinc poſtea colligunt doctrinæ moralis præceptores eos, qui alijs inſidias tendunt, ſæpeſæpius in eaſdem incidere.

B vipera rurſus vipera.
Aſpis à vipera.
Syri ad Phænices prouerb.
A vipera demorſum culpas.
In Adag.

MIRACVLA.

D VÆ ſupra vim naturę in genere viperarum à Sanctis Dei patrata ſunt, non longè petenda eſſe cenſemus: propterea quod legimus in Actis Apoſtolorum, cùm Diuus Paulus ad Melitenſem inſulam copia viperarum reduadantem peruenifſet, & ad ignem accendendum, multitudinem ſarmentorum congregaſſet, viperam flammæ violentia pulſam, & à ſarmentis egreſſam manum Apoſtoli Pauli inuaſiſſe. Vade Barbari incolæ, viperam de manu Sancti Apoſtoli pendentem intuentes, ipſum non minutula labecula, ſed maxima labe, & quidem illuibili inquinatũ eſſe exiſtimarunt. Ideoq; dum ſanctum lethali vulnere affectum credebant, ipſe excuſſa in ignem vipera, nullam prorſus læſi onem percepit. Tunc ſpectatores, cum manum Diui Pauli, neq; intumuiſſe, neq; quicquam mali paſſam conſpicarentur, ipſum Deum eſſe opinabantur. *Cap. 28.*

Manus Pauli Apoſtoli demorſa à vipera illeſa manſit.

Amplius legitur apud Surium in vita Sancti Charitonis, quòd à vipera, permittente Deo, necati fuerunt illi, qui Sanctum Charitonem in vrbe Iconio Lycaonię Prouincię prædantes in vincula coniecerunt. Siquidem vipera Dei miniſtra prædones mordicus Sanctum inſequentes proprio veneno expugnauit: etenim, illis prædæ intentis, & in labo-

Tom. 5. Vipera S. Charitonis iniuriã vlciſcitur.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

laborem nefarium incumbentibus, domiq; dimissa lagena vino plena, hæc à vipera venenoso humore inquinata est. Interim illi defessi, & graui sitι, ob iniquum laborem, oppressi, domumq; reuersi auidissimè vinum lagenæ potarunt, qui paulò post omnes animam efflarunt; sicq; Sanctus Charito supra vim naturæ à vinculis liber euasit.

HIEROGLYPHICA.

QVAMVIS superiùs, per Serpentis figuram, salus hieroglyphicè demonstrata fuerit: nihilominus hoc in loco attestamur satius esse salutem, icone viperæ, designaris cum hæc bestia non solum suomet ictui medeatur, sed etiam innumeris fere morbis opituletur. Traditimus quoq; in capite antecedenti Serpentis figura, salacitatem indicari: attamen in præsentia fatemur cõuenientius esse, pictura viperæ, eamdem salacitatem denotari: propterea quòd Scythæ, ad exprimendam famosam meretricem Araxam, quæ grandem pecuniam propudio sui corporis emerebatur, semiviperam, nempe fœminam vmbelicotenus humana facie, reliqua viperina, figurabant. Verùm cùm vipera extra ordinem aliorum Serpentum, sua sibi vendicet hieroglyphica: prima fronte Aegyptij Sacerdotes, expressa viperæ icone, significabant mulierem odio maritum habentem, neq; illi, nisi congressus gratia, blandientem. Hoc hieroglyphicum inde ortum esse scribit Orus Apollo, quia caput maris à vipera fœmina, in congressu, amputari crediderunt. Veluti demonstraturi filios aduersus matrem conspirantes, viperæ fœminæ hieroglyphico vtebãtur; quoniam inualuit apud illos opinio, quòd fœtus viperini, laniato matris vtero, in lucem egrederentur. Hinc nonnulli collegerunt causam, propterquam Persæi viperam, vna cum gallo, & simia in culeo paricidæ fueretur.

Maretricis hieroglyphicum.

Hieroglyphicũ mulieris mariti odio habentis.

Paricidorũ pœna.

Amplius inter nuperos authores, aliqui scriptis mandarunt abortiuum incommodum, icone viperæ pedi, mulieris suppositæ, monstrari posse: cum prodiderit Plinius, quòd mulier prægnans si fruatur, aut iniuria viperam transcenderit, illicò abortit. Item designatum perniciem, viperam insilientem in hominem effigiabant: quamobrẽ apud oraculum delphicum, serpens, vela dimentem aliorum vipera, singulari certamine prouocans Apollinem conspiciebatur. Immò, ex multorum opinione, ob eamdem rationem, nostra etiam ætate, multis in locis Romæ, statua Apollinis in ex trunco latuit à vipera circundato visitur. Insuper Pierius Valerianus seruus authoritate Philonis conatur, morsu viperæ, vulnus amatorium nobis insinuare; dum inquit morsum viperinum attinere ad illud hieroglyphicum amatoriæ mollitudinis, quod in sacris literis indicatur per Serpentem, qui Adamum decepit: quandoquidem probatissimi authores promulgarunt, in illo fomitem voluptatis, nequitiæ, & mollitiei delituisse: cum viperæ cutis maculis insignita variis, varias, & delicatas rerum omnium illecebras repræsentet. Et humanum genus nulla re magis, quàm rerum varietate afficitur, quia & ipsa natura varietate ad lasciuiam vsq; delectari videtur. Quibus si summoperè delectemur, inhærere luto, proniq; in faciem procumbere, totoq; ventre ad morem viperarum, serpere videmur; sicq; terrestri cibo, posthabito cælesti, vesci mur. Ad finem Orus Apollo scribit, quòd Aegyptij significaturi hominem in cursu celerem, & sine causa fugientem, viperam, & cetuum pingebant: cum cetus visa vipera, celeri cursu aliò proficiscatur. Immo Boream ventum viperinis caudis loco pedum denotabant: nam olim hac figura in olympia vnà cum raptu Orythiees conspiciebatur.

Li. 14 hieroql.

Vulneris amatorij hieroglyphicũ.

Cur vipera voluptatẽ designet.

Lib. 2. Hieroql.

Hominis in cursu velocis hieroglyphicum.

NV-

www.libtool.com.cn

A

NVMISMATA.

IN multis numismatibus figurę Serpentū cōspiciūtur veluti in primo capite huius libri retulimus. Verū ab his Serpentū iconibus viperas repręsentari multi authores atteſtantur: quamobrē in quadam Auguſti moneta, in qua licet intueri figuram manu dextra Serpentem ſtringentem, viperam eſſe multi tradunt. Deinde in altera eiuſdem Auguſti, quæ repręſentat figuram humanam manu ſiniſtra pateram tenentem, & dextra Serpentem, viperam, in ſymbolum ſalutis eſſe fatentur. Amphius in Soliſnummo, qui omnium author, & conſeruator ab Ethnicis credebatur, duo Serpentes, vel ex ſententia aliorum, viperæ refulgebant; quibus longiorem, ſalubrem, & tutam vitam ſignificabant. Item cuſa fuit moneta quædam à Republica Coorum, vt ſuum ciuem B Hippocratem perpetuis cumularent honoribus, in qua, figura humana baculo à Serpente circumdato viſebatur, quem ſerpentem eſſe viperam authores non proletarij perbibent, vt vitæ humanæ adminiculum denotarent. Pariter hoc Inſigne in monumentum Aeſculapij inuentum fuit. Idem de moneris M. Aemilij Claudij Antonini, & Fauſtinæ multi referunt in, quibus figuras Serpentum licet conſpicari. Vnde Higea Dea quæ à ſanitate, ſecundum Priſcos, non diſcrepabat, cum poculo in dextra, & viperam in ſiniſtra pingebatur, quæ icones in plutibus Imperatorum numiſmatibus viſuntur, quibus ſalubritatem, & noxam indicare volebant.

Numiſma Solis quale

Nummus Coorum ad memoriam Hipocratis

EMBLEMATA. ET SYMBOLA.

C VLTIORIS litteraturæ viri, qui iuuandis ſtudioſorum rebus nati ſunt; ex variis viperarum propietatibus varia emblematum argumenta hauſerunt. Quocirca nonnulli remedia ex carnibus viperęis emanantia contemplantes, iconem viperæ exhibuerunt cum titulo. AB EODEM SALVS, ET PERNICIES. Hoc argumentum deſumpſiſſe videntur ab Adriano Iunio, qui in libro Emblematum figurant hoc miſtum capris Elleborum porrigentem cum inſcriptione. IDEM SALVTIS, ET EXITII FOMES. Quandoquidem Elleborum necem hominibus, & capris pinguedinem afferre perhibet dum canit:

Remedium ex vipera Emblematis argumentum.

Embl. 31.

Nos necat elleborus, capris adipem auget, amici,
Idem ignis fames, & populator opum eſt.
Inſontem, & ſontem facundia præſtat eundem:
Nunc eſſe exitium, nunc medicina ſalus.

Alij non vulgariter eruditi meditantes virus viperinum, vt Floretius, effigiauit hominem expuentem in fauces viperæ, cum inſcriptione, SOBRIETATE VENVS SVPERATVR, verſus autem adſcripti ſunt huius tenoris.

Embl. 57.

D *Vipera iciunis hominum conſperſa ſaliuis*
Exſpirat: medicis ſi ſit habenda fides,
Sic laſciua caro, ſi tractes durius illam,
Concidet, & mentis ſub iuga colla dabit.

Quare author, in hoc loco, viperā pro laſciuia repræſentare videtur, ad quā domandā nihil præſtantius, & efficatius ieiunio eſſe poteſt, cuius vi carnis vitia extinguntur, & caſtæ cogitationes reſultant. Vnde D. Auguſtinus non inuria ſcribebat, ieiunio purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubijcit, nebulas cordis diſſipat, libidinum ardores extinguit, & caſtitatis lumen accendit. Non debemus igitur admiratione teneri ſi ſancta Romana Eccleſia quadrageſimali tempore, in diuino celebrando ſacrificio, hæc verba pronunciet. *Corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & præmia.* Alij pinxerunt viperam ſe ſe iaculantem in hominem cum titulo. IN INVIDVM. deinde infraſcriptis verſibus ſuam ſententiam ſic explicarunt.

Fomes libidinis quomodo extinguatur.

Qui va-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Qui vomitas rabidum mordax sermone venenum.
Et latras lingua verba canina truci,
Vipera, quæ superat superante venena veneno.
Confringet vires, ni fugis, illa tuas.

Alciatus autem id melius expressisse videtur, quando pinxit mulierem viperas vorantem cum titulo INVIDIA, cuius carmina sunt hæc. *Embl.* 71.

Squallida vipereas manducans femina carnes,
Cuiq; dolent oculi, quaq; suum cor edit.
Quam macies, & pallor habent, spinosaq; gestat
Tela manu: talis pingitur Invidia.

Invidiæ descriptio secundũ Ouidium. Non mirandum est talia ab authore de Invidia pronunciari: siquidem Ouidius in libris transformationum descripsit, & ipse Invidiam viperinis carnibus vescentem; nam tales carnes potius absumere humanum corpus, quàm nutrire dicuntur. Ideo qui delectantur griphis huc respicientes, solent proferre quamdam belluam semetipsam absumentem in terrarum orbe versari, & per hanc Invidiam interpretantur. *Invidia est vipera.* Invidia enim viperæ prudenter assimilatur. quoniam si vipera fœtum in lucem non edit, nisi aluo abrosa: pari ratione liuor illum, in quo gignitur, primo afficit, & quasi conficit. Hinc colligendum est, quàm cęca temeritate capiantur illi, qui melioribus inuident. Nullum enim vitium est, quod aliquam non pariat voluptatem, præter Invidiam, quę perpetui mœroris causam producit.

Ex altera parte Florentius contemplans congressum viperarum exhibuit iconem viperæ coeuntis, & maris caput præcidentis, cum titulo. VOLVPTATIS PRÆMIVM. *Embl.* 47. Tetrastichon autem subscriptum est tale.

Cum coit, & lubrici Veneris iacet ebria motu
Vipera, contruncat insidiosa marem.
Hoc venus omnis habet, primò sua gaudia fundit
Postmodo, sed stimulis corda feuentis agit.

Vnde quidam vir acris ingenij scriptis mandauit: voluptatem ore suo mel gerere, eorde fel, & in dorso anxios morsus. Quocirca non est admirandum, si Prisci fabulati sint, Saturno cælestibus regnis pulso, & Ioue dominante, Voluptatem, & Dolorem coram eo, grauissimis iurgijs, & criminibus, quibus se mutuo prosequebantur, adfuisse. Hinc *Cur voluptas, & dolor simul iungantur.* Iupputer ratus bono esse Reipublicæ, inimicitias, & odia deleri, tunc omnes intendit nernos, vt hi duo litigantes conciliarentur: sed cunctis conaminibus incassum adhibitis, hos reluctantes adamantina quadam catena copulauit, vt simul perpetuò manerẽt. Quamobrem, qui horum vnum, necessariò, & alterum habet; quoniam vbicunq; est mel, ibi quoq; si diligenter inquiratur, fel reperitur. Pariter, & apes pungunt, vt insinuent hominibus dulce inquirentibus, tandem amarorem etiam inueniri. Id priscis Romanis non fuit incognitum, qui duas Deas in vno, & eodem templo collocatas, scilicet Angeroniam ab angoribus, & Volupiam à voluptatibus nuncupatam venerabãtur, vt cunctis hominibus patefacerent, extrema gaudij mœrorem semper occupare.

Iunius à prædicto non recedens argumento duas viperas congredientes delineauit, quarum fœmina caput maris amputare videtur, cum inscriptione. FÆMINA IMPROBA. *Embl.* 38. Comparat enim fœminam, vel malam vxorem viperæ fœminæ his versibus.

Cum ruit in venerem, blanditur echidna marito,
Mox futura insertum præscidit ore caput.
Improba palpatur, tentigine feruida eoniux;
Continuò lethum possit anhela viri.

Item authores partum viperinum ponderantes, alia emblematum argumenta inuenerunt. Nam Florentius delineauit viperinos fœtus ex laniata ventris aluo prodeuntes, *Embl.* 51. cum inscriptione. IVSTA VLTIO. deinde cecinit.

Vipera, quæ coiens occiderat ante maritum,
A sobole hoc idem supplicium patitur.
Tarda licet, Nemesis pœnam differre videtur,
Attamen à tergo dura flagella quatit.

In Proble. Conatur author, hoc emblemate, cunctis insinuare hominibus pœnam quandoq; differri, non tamẽ auferri: etenim scripsit Plutarchus Tyrijs fuisse in more, vinculis Deorum simu-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A simulacra exornare, vt innuerent Deos, ad criminum vltionem, lento pede incedere, sed tamen aliquando de maleficijs pœnam sumere: vnde Valerius Maximus, ad rem, pronunciabat, quòd ira Diuina lento gradu ad vindictam procedit, sed tarditatem supplicij grauitate pœne compensat.

Similiter Paradinus figurauit viperam vnà cum catulis latera ventris rodentibus, vt aura vitali fruerentur, cum titulo. INGRATIS SERVIRE NEFAS. Comparat enim ingrati animi vitium ad viperam, quę in congressu, admissum marem necat, & eadem à fœtu concepto tandem necatur. Et quoniam vipera non solum cum fœminis eiusdem speciei, sed etiam cum murænis permisceri perhibetur: propterea Alciatus pinxit viperam, seeus mare, murænam euocantem, hac inscriptione coronatam. REVERENTIAM IN MATRIMONIO REQVIRI, deinde subscripsit tale hexastichon. *In Sy. heroic.* *Emb.*

Cum furit in venerem pelagi se litore sistit
Vipera, & ab stomacho dira venena vomit:
Murenamq; ciens ingentia sibila tollit:
B *At simul amplexus appetit illa viri.*
Maxima debetur thalamo reuerentia: coniux
Alternum debet coniugi, & obsequium.

His versibus significat nobis Alciatus, puritatem, & reuerentiam in matrimonio seruandam: qua de re Basilius Magnus, exemplo congressus viperæ, & murenæ, honestos coniugum mores hominibus insinuat: etenim vipera nocētissimum animal sibilo murænam ad concubitum euocans, reuerentia coniugij, venenum euomit. Hinc homines hoc moniti exemplo, copulæ coniugalis gratia, inclementiam, & inhumanitatem deponere debent. Præterea addit Basilius, aliud documentum ex permixtione viperæ, & murænæ eliciendum esse: siquidem hæ bestiæ, cum sint diuersi generis, adulterium, quoddam nobis repræsentant: quare qui aliena inuadunt cubilia, similes bestijs esse videntur. Ad finem Alciatus expressit figuram Cadmi, Draconis dentes serentis, cum titulo. LITTERA OCCIDIT, SPIRITVS VIVIFICAT. Deinde in subscriptis versibus hos dentes appellat vipereos. At quoniam pictura icocem draconis prę se fert. ideo de C hoc, in capite de dracone verba faciemus. *In Hexa. meron. at.* *Adulteri similes bestijs esse fe. runtur.*

PHRENOSCHEMATA.

APPINIA emblematibus phrenoschemata hoc in loco recensere operæ pretium esse duximus: quandoquidem ex ijsdem argumentis, ex quibus emblemata, sumpta esse videntur. In primis quidam Aulicus à Principe varijs criminationibus immeritò vexatus, exhibuit picturam viperæ per aluum vulneratam parientis cum hoc Dicto. NVLLVM MALVM IMPVNITVM. Alludebat enim ad congressum viperarum, quarum mas in coitu, & fœmina in partu perit. *Insigne desumptum à partu viperæ.*

Immò Perciuallus à prędicto non recedens argumēto, viperinos effigiauit catulos ex lacerata viperę aluo exeuntes cum Dicto. EN LABORIS FRVCTVS. Accedit aliud D phrenoschema viri nō vulgariter eruditi, qui cum vellet mulieri in iracundiam præcipiti nubere, effigiauit murænam à vipera euocatam, cum hoc Dicto. DEPOSITO VENENO. Nam explicatum fuit superiùs, ad mentem nonnullorum, viperam euomere virus, antequam cum muræna permisceatur. Alius omnibus disciplinis exornatus ad mulierem, quam deperibat, tale misit phrenoschema; nimirum iconem viperę hoc Dicto exornatam. EX HAC VITA, ET MORS. quandoquidem viperę morsus necē affert, sed vicissim viperina caro proprio ictui medetur. *In lib. insign.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

MONSTRA.

Li. 2. Magnat. Vipera biceps visa fuit Neapoli.

NIHIL est apud nos controuersum aliqua monstra in genere viperarum reperiri; quoniam viperas bicaudas ex viris fide dignis aliquando visas fuisse intelleximus. Item clarissimus vir Ioannes Baptista Porta, Neapoli, viperam viuam bicipitem à multis conspectam fuisse fatetur, quæ vtrumq; flectebat caput, & linguas trisulcas exerebat; dum ipse adhuc opus magiæ naturalis conscriberet, & propterea huius viperini monstri illo in libro meminit. Hoc autem alicui mirum non videatur: siquidem in primo capite huius libri, bicipitis Serpentis iconem repræsentauimus, quem diligenter exsiccatum quidam vir nobilis, ex remotis partibus, tanquam rem admirandam Illustrissimo Comiti, & Senatori Philippo Aldrouando attulit. Hic Serpens adhuc in publico Illustrissimi Senatus Musæo conseruatur.

SIMVLACRA.

Simulacrũ Ingratitudinis quale

Simulacrũ humilitatis.

In 2. pars. Icon. Periculi simulacrum quale.

Matrimonij simulacrũ quale.

Li. 4. Metã.

CLARISSIMVS vir Ripa in omnibus disciplinis exornatus perpendens & ipse varios viperarum mores, & dotes, ad varia significanda, quædam simulacra non spernenda exhibuit. Primùm in demonstrando ingrati animi vitio, pinxit mulierem foliis hederæ indutam cum duabus viperis, quarum mas caput in os fœminæ inserit: cum superius fuerit exaratum fœminam, in hoc bestiarum genere, congrediendo caput mariti amputare; quod maximæ ingratitudinis nota esse videtur. Amplius ad monstrandã humilitatem, delineauit mulierem suspicientem, & pedibus viperam semimortuam calcantem. Vipera in hoc simulacro pingitur, ad indicandum Odium, & Inuidiam: hæc enim duo pedibus premenda sunt ab eo, qui veram humilitatem exercere profitetur.

Rursus idem author in figurando Periculo, exhibet picturam iuuenis per florulentum pratum gradientis, & incautè viperam calcantis, quæ reuoluta, pedem iuuenis mordet: etenim, hoc simulacro, admonemur; quòd homo perfloridas mundanarum prosperitatum vias proficiscens interdum in aliquas calamitates inopinatò incidit. Insuper idem author, ad manifestandum matrimonium, effigiauit iuuenem eleganti indutum veste, cum vipera sub pedibus, & iugum supra humeros. Vipera, in hoc simulacro, locum habere videtur, quatenus insinuare potest viles cogitationes omittendas esse, quæ coniugi damno esse solent, vitando morem viperæ caput mariti, in coitu, amputantis.

Tandem pro significanda Africa, idem author figurauit mulierem cornucopia exornatam, nec non viperis, & alijs animantibus venenosis circumdatam: vt ostenderet talem regionem prædictis animalibus redundare: quapropter Ouidius non sine ratione canebat.

Cumq; super libycas victor penderet arenas
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ.

Nam, ob redundantiam venenosorum animalium, quæ in Solo Africano diuagantur, poetæ fabulati sunt ex guttis sanguineis Medusæ capitis in illam Regionem cadentibus, viperas, & alia venenatorum animaliũ genera nata fuisse.

www.libtool.com.cn

A

VSVS IN CIBIS.

EVISSE homines, qui exporrecta fronte carnibus viperinis olim vescerentur, ex Galeno manifestum habemus: quandoquidem multi populi viperis assis, & elixis, in commessationibus, tanquam anguillis vtebantur: quemadmodum Ægyptij, Arabes, & Trogloditæ, qui, pro epulis, has bestias passim conquirebant, vti Galenus multis in locis est attestatus. Item, ex Plinio, Cirni, & Indi vltra flumen, & qui montem Athon incolunt, nec non Æthiopes, Macrobij, & Seræ viperinis carnibus aluntur: ideoq; ad centum, & quinquaginta annos vitam prorogare perhibentur; cum hoc salubri alimento nutriantur; quemadmodum vicissim, eodem Plinio authore, Parthi populi cicadis, & locustis fumo, & sale exsiccatis vescentes, vltra quadragesimum B annum, vitam non protrahunt. Hinc viperas non solum esse ediles, sed etiam ad vitam prorogandam, vtilissimas colligendum est. Quapropter Athenæus ad cænam insigni magnificentia, ingentiq; epularum apparatu instructissimam, viperas, ritu piscium conditas, pro obsonio deferebat. Etenim Prisci non modo recentibus viperarum carnibus, sed assis quoq;, & salitis, ad morem piscium, vsi sunt. Nostra ætate in Italia caro vipecina, non in epularum lautitijs adhibetur, sed ob vitæ longitudinem, & à mulieribus ad comparandam pulchritudinem comeditur, quamobrem vnusquisq; tutò his carnibus vti potest: dummodo viperæ recenter captæ, & summa diligentia præparatæ sint.

L. 3. de Aliment. fac.

Populi vecentes viperis, quales.

L. 7. cap. 2.

Li. 11. cap. 26.

Li. 8. c. 13.

Viperę quo modo condiantur.

Harum autem præparandarum ratio pro cibis, apud Galenum legenda est; quoniam caro harum belluarum omni prorsus veneno caret; & licèt, in elixandis carnibus viperinis, anethum, & aliæ herbæ huius generis addantur; nihilominus non ad tollendum venenum, sed potius ad ferinum odorem emendandum adijciuntur. Quod autem ex vsu, & esu viperinæ carnis morbus pedicularis procreetur, vt nonnulli scriptis C mandarunt, hoc ridiculum esse existimauit Dioscorides; cui non refragatus est Galenus, tradens hoc affectu illos tantùmodo corripi, quorum corpora prauis succis redundant: verba autem Galeni sunt hæc. *Conueniens est generalis facultatis meminisse carnem viperinã dicendo exsiccatoriam, & valenter digerentem, mediocriter verò excalfacientem: properat autem, vt videtur, vis eius ad cutim, per eam videlicet, qua in corpore sunt excrementa exigens. Quibus ergo affatim est mali succi in corpore, ijs ingens prouenit pediculorum numerus, & à cute ceu squamma abscedit, & decidit extrema cutis, quam Græci vocant ἐπιδερμίδα, ad quam sistuntur, & retinentur adusti, terrestres humores ad cutem protrusi, à quibus psora, lepra, & elephantiases nascuntur.*

Lib. 2. ad Glauc.

Ferinus odor viperarũ quomodo tollatur.

Li. 11. de simp. med. fac.

Quando generetur pediculi in cute.

VSVS IN MEDICINA.

D MEDICI vtilitatem nonnisi immensam ex hoc animali recipere possunt, quoniam nulla est pars huius bestiæ etiam minima, & excrementis destinata, quæ vsui medico non famuletur. Inchoando igitur à capite, vnà cum Vuecherio possumus aisseuerare, caput viperæ collo appensum aduersus gutturis affectiones, efficax celebrari. Idem repetit Antonius Ludouicus in libro de occultis proprietatibus. Idem recitat Marcellus medicus antiquus, dum anginas nascentes prædicto remedio prohibet, & natas curat. Constantinus Africanus caput viperæ filo laneo, vel fericeo purpurei coloris strangulatę, collo ęgrotantis appendit, iliumq; ab omnibus colli tumoribus subleuat. Quod postmodum multis in locis stabiliuit Galenus. Hinc Porta elicit signaturam; quoniam viperę, vt ęteri Serpentes, collo careant; ideoq; morbos colli curare dicuntur. Deinde cerebrum huius animantis in pellicula ligatum dentitiones, ex Plinio, adiuuare perhibetur. Sunt qui dentem viperinum in vsu medico commendent; quia hoc dente tactus imposterum nulla venena formidare feratur.

Cap. 21. Remedi in Anginę qualia.

L. 6. de simpl. med. fac.

Lib. 6. Phys. cap. 11.

Iecur viperæ coctum magno vsui illis futurum arbitratur Plinius, qui morsus Serpentum

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

pentũ timent: Hinc forſitan nonnulli opinantur à Pſillis, & Marſis populis viperinum E
heparin edulijs miſceri, quippe qui ictus earum lethales minimè metuant. Fel viperæ
pro abſterſione oculorum ab Alberto extollitur: ſed Plinius illud tanquam ſuſpectum,
& venenoſum reprobat: Exta quoq; viperina impoſita omne genus ſerpentini vulne-
ris, ex Plinio, quamuis inſanabile expugnant: Item oſſa huius beſtiæ in purpurea fin-
done ligata ſi deferantur, omnem affectum venenoſum ſuperant, nec non epilepſiam,
& vertiginem, vt ſcribit Periander, amoliuntur. Inſuper ſpolium viperæ, authore Dio-
ſcoride, in medicamentis ophthalmicis miſcetur: Immo, ex ſententia Hippocratis, in de-
lenda impetigine commendatur. Pellem poſtea, ad facilitatem partus valere, inde
colligit Porta, quia vipera vno, & eodem tempore ouipara, & viuipara ſit. Quocirca
conſuetudo ligandi viperinam pellem dextro parturientis fœmori apud vulgum inua-
luit. Pinguedo, præter alias partes, in medico vſu miras habet prærogatiuas: verùm
prius hoc modo diligenter præparanda eſt.

Fel viperæ ſuſpectum in morbis oculorum: Li. 29. c. 4. L. 2. de mat med.

Lib. 2. de morb. mulier.

L. 6. Phyt. cap. 16.

Primum adeps vnà cum tunicis aqua limpida, & frigida pluries, & toties lauatur, do-
nec aqua ſyncera remaneat; deinde ſeparatis membranis, adeps in duplici vaſe, ſpatu-
la lignea ſemper agitando, liquatur, & liquatus in aquam frigidam injicitur, qua abiecta, F
ſolus adeps in vaſe nitido ſeruatur. Hunc Dioſcorides aduerſus ſuffuſiones cum cedria
commendat. Plinius hunc in podagra, & in Ambuſtis probat. Pariter Galenus non
ſolum ad ſuffuſiones, ſed etiam ad omnes cutis eminentias, liquidis compoſitionibus
permiſcet. Alij, ad coercendum pilorum ortum ſub axillis, hoc vſi ſunt; ſed Amatus
Luſitanus huius periculum feciſſe, & veritatem non inueniſſe fatetur. Præterea pingue-
do huius animalis ingreditur multa medicamenta compoſita, quæ in officinis ad varios
vſus ſeruari poſſunt. Itaq; ex pinguedine viperina, & puluere ſpinæ eiuſdem animalis,
cum vnguento populeone, lithargyrio, picę græca, cera alba, & minio paratur ceratum
quodin diſcutiendis tumoribus duris, & in diſſipandis gummatibus gallicis, tanquam
efficaciſſimum præſidium celebratur.

Pinguedinis viperinæ præparatio Lib. 2. de mat. med. L. 7. de cõp. med. ſec. loc

Ceratum viperinum

Vuecherius, & ipſe, ad mentem Guainerij, in paralyſi, compoſitum proponit oleum,
quod quantitatem adipis viperini recipit. Paratur autem hunc in modum. Sumuntur
olei coſtini vnciæ tres, & ſemis, olei nucum tantumdem, pinguedinis vulpis libra, pin-
guedinis viperarum vnciæ tres, primulæ veris libra dimidia, ſaluiæ viridis tantumdem; G
herbæ contuſæ miſcentur cum oleis, & pinguedine, addendo drachmam ſemiſſem Ca-
ſtorei, libram vnam reſinæ, terebenthinæ, piperis, pyretri, euphorbij ſingulorum dra-
chmas tres, vini optimi libras duas cum dimidia: deinde macerentur omnia, deſtillẽtur,
& tertius liquor qui emanat omnium eſt efficaciſſimus.

L. 2. Antid. ſpec. Oleum compoſitum ad paralyſim.

Sequuntur carnes viperinæ conſiderandæ, quæ ad multas affectiones conducunt. In
primis Dioſcorides ad prorogandam vitam, & arcendam ſenectutem illas commendat.
Quamuis Renodeus huic ſententiæ nõ libenter adſtipuletur, quoniam huiuſmodi car-
nes peſſimi ſint ſucci, valenter digerant, atq; ſiccent: præterquamquod, id, ex aliorum re-
latione, Dioſcorides ſcripſiſſe videatur. Nihilominus poſſumus tueri partes Dioſcori-
dis, quia caro viperina calorem innatium auget, & roborat, ſicq; ſenectutis, & aliorum
morborum cauſam per cutim explodit: cum peculiarem prærogatiuam poſſideat cor-
roborandi illam coctionem, quæ in membris perficitur, qua iuuenilis vigor conſeruatur.

L. 22. c. 24

Neq; admirandum eſt medicamentis id poſſe præſtari; quandoquidem Plinius ſcriptis H
mandauit; quòd Pollio Romulus, vltra centum annos, vitam prorogauit, & interroga-
tus ab Auguſto, quo præſidio fuerit vſus: Reſpondit, intus mulſo, & foris oleo. Amplius
narratur, quòd agricola in aruis vas aureum quodam liquore plenum inuenit, & cæle-
ſtem rorem eſſe ratus, non ſolùm eo faciem abluit, ſed illius quoq; tantillum potauit;
ideoq; & corpus, & animum renouauit: Rurſus recitatur quòd quidam Alemanus à Sa-
racenis deprehenſus, ſumpto quodam medicamine, vlgra annos centum, aurã vitalem,
hauſit. Inſuper in maiori Britannia, dum cerua alba quæreretur, cuſtos nemoris vnguen-
tum reperit, quo perunctus ad annos trecentum vitam protraxit. Præterquamquòd id
ſtabilire poſſumus experientia animalium, & præcipuè ceruorum, aquilarum, & ſerpen-
tum, quæ ob virtutem herbarum, & animantium, quibus veſcuntur, interdum vitam
longiſſimam ducunt. quod etiam eſu carnium viperarum aſſequi poſſumus.

Carnes viperarum vitam prorogant.

Affectionis oculorũ remedia.

Incertus author carnes viperarum cum fœniculo decoquebat, & iuſculo exhibito,
oculorum debilitatem, & ferè cæcitatem ſanare profitebatur. nam hæ carnes morbos

con-

www.libtool.com.cn

A eo tumacissimos superare perhibentur. Quapropter Porphyrius, in libro de abstinentia ab animalibus, scriptum reliquit, quòd cum Seruus Crateri medici in morbum peregrinum incidisset, itaut caro ab ossibus separaretur, & cæteris medicamentis nihil conferentibus tandem esu viperinæ carnis, ritu piscium, præparatæ sanatus est. In vlceribus etiam malignis carnes viperarum non reprobantur, vt colligimus ex Plinio, qui recitat Antonium Musam Augusti Cæsaris medicum celeberrimum, carnes viperarum exhibuisse patienti vlcera insanabilia, & mira celeritate persanasse: siquidem huiusmodi vlcera, ad mentem Galeni, reluctantur medicamentis propter intemperiem ex cachexia partis affectæ membris inductam. Ideoq; caro viperina prædictis affectibus præsto est, dum tollit solutionem continui venenatam, auferendo intemperiem, & trudendo extra corpus materiam, quæ vnioni partium erat impedimento.

Viperæ sanant vlcera.

L. 4. Meth. med. cap. 5.

Cum igitur liquidò constet hanc carnem aduersus omnes morbos instrumentarios venenatos valere, strumis etiam conducet, quæ, si veritatem fassus est Galenus, quandoq; ex venenata materia procreantur.

In l. de diff. morb. c. 9.

B Cum igitur caro viperarum plurimum siccet, & digerat, moderatèq; calefaciat, huius virtus ad cutim facile penetrat, corporisq; excrementa ad eam trudit, & denicq; virus humana occupans corpora expugnat. Quamobrem non iniuria medici his carnibus in lepra, elephantiasi, & alijs morbis cutaneis felici cum successu vtuntur: vnde Auerroes tradidit carnem thiri lepram purgare, quoniam huius affectus causam ad extimas cutis partes pellit. Et Crollius ad hunc affectum, signaturam in vipera considerat: cum hæc bestia leprosi corpus, & vicissim corpus leprosi maculas viperarum æmuletur. Quare Helideus medicus in nobili muliere lepra laborante, & generosis pharmacis non iuuantibus, carnibus viperæ fœminæ cum galanga, & croco decoctis vsus est. Deinde pullum in iure ex vipera parato perfectè elixatum, mithridato prius præscripto, patienti exhibuit; vnde patiens melius se se habere retulit. Hoc intellecto, ius ex vipera mare paratum, spatio trium dierum, ægrotæ dedit; quæ tandem vehementissimo sudore correpta est: hic sudor syrupo violaceo cum aqua simplici mixto repressus fuit, & post sex dies, squammæ deciderunt, & ægra perfectè sanata est: immò

Vipera lepræ elephantiasi, & alijs morbis cutaneis medetur.

In li. de internorum sign.

Casus mulieris leprosæ.

C concepit masculum, cum antea per annos quadraginta, fuerit sterilis. Pariter alteri mulieri eadem affectione laboranti columbos ossis ex carne viperina confectis nutritos, elixos dedit edendos, quæ tandem liberata est.

Præterea viperæ, & Serpentes à capite ad caudam squamosa cute præditi in elephantiasi valere retulimus, quoniam laborantes hoc affectu squamosam cutim, ad similitudinem pellis elephanti, habeant. Itaq; Amatus Lusitanus, de victu elephanticorum sermonem habens, carnes viperinas, instar verucis elixas, & ius potandum elephanticis præbebat, ieiuno tamen stomacho, & per spatium sex horarum ante prandium: quantitas erat dimidia vipera singulo die, & aliquando, vitium robore permittente, carnem vnius viperæ concedebat. Aetius viperæ carnem, amputatis capite, & cauda, pelle dempta, & visceribus abiectis, in olla, addita sufficienti quantitate aquæ fontis, instar anguillarum decoquit, cum anetho, porro, & modico oleo: deinde ius moderato sale conditum ægrotanti, ad solares radios, sedenti semel, bis, atq; iterum propinat. Alij, loco prædictarum carnium patientibus elephantiasim pastillos viperinos, ad pondus drachmæ, & ipsam quoq; theriacam præscribunt. Quocirca ex prædictis colligimus omnes authores græcos, latinos, & arabes, in elephantiasi, & lepra, viperis miram prærogatiuam assignare.

Censur. 2.

Serm. 13. c. 123.

D

Opinio omnium authorum circa carnes viperinas.

Ex altera parte hoc remedium aliqua non caret difficultate: propterea quod Fernelius, in libro de morbis particularibus, tradidit elephantiasim esse morbum venenatum immò venenatam qualitatem in dies acquirere; quam sententiam in libro quoq; de abditis rerum causis approbat. Vnde Iulianus Constantinus Palmerius Fernelij auditor promulgauit se intellexisse à Fernelio, hoc viperarum remedio neminem elephantiasi laborantem seruatum fuisse: quare siccantibus præsidijs non esse vtendum censuit, & ad mentem præceptoris, theriacam prohibuit. Verùm animaduertendum est, si Fernelius hunc morbum esse venenatum censuit, proculdubio theriaca, & alia alexipharmaca conuenient, quæ venenosam qualitatem per cutim trudant. Deinde notandum est, hunc morbum, vel calida aeris temperie, vel pessima ciborum qualitate auctum euinci pœnitùs non posse, nisi permutato ad frigidum aere, & cibarijs humectantibus adhibitis: & potissi-

L. 1. c. 9.

Fernelij opinio circa carnem viperæ in elephantiasi.

L. 1. c. 61

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

-mum quia, ex Hollerio, elephantiasis confirmata non curatur, sed tantummodo re- E
cens, & quæ nondum annum excedat. His addamus assertum Alexandri Massariæ
L. 2. de Rect. scribentis elephantiasim vsu viperinæ carnis aliquando non sanari, non quia caro vipe-
rina ad hanc affectionem idoneum non sit præsidium, sed quia interdum hic affectus
omnium contumacissimus cunctis medicamentis reluctatur. Neq; officit eorum ratio,
qui asserunt viperinis carnibus nutritionem impediri: quandoquidem tantùm abest, vt
Confutatio opin. Fernelij. nutritio his impediatur, vt potius hæ carnes sint in causa, vt alimentum melius per vni-
uersum corpus distribuatur. Neq; multi facienda est sententia Alexandri Traliani,
qui obseruans Fernelium circa medicamenta ex viperis parata hæsitasse, in tractatu de
victu Romanorum, viperas non sine graui periculo esui inseruire existimauit. At in
præsentia, vt liberè nostram sententiam aperiamus, ex vsu viperinæ carnis diligenter
præparatæ nullum impendere periculum atrestamur: cum id quotidiana cõprobet ex-
perientia, cum tot populi illis vescantur, vt superius fuit exaratum, cum tot historiæ
à Galeno recitatæ id confirment, cum denique tot authores, quorum libros hactenus
euoluimus, nostræ opinioni faueant.

Cardanus Phthisicos curat viperis. Immò Cardanus non solum elephanticos, sed etiam phthisicos, & lue gallica labo- F
rantes hoc præsidio curare profitetur. Sumit enim viperam illam rubram in Galli-
Cisalpina *Milore* nuncupatam (quamuis hæc non sit vera vipera, vt suo loco dicetur)
abscissis extremitatibus, abiectis interaneis, & collecta pinguedine, in frusta secat,
& vna cum modico salis, & beniouio, in aqua fontis coquit, additis in fine coctu-
Inunctio facta adi pe vipera. petroselini foliis; deinde in hoc iure panem pro ægrotantis prandio madefacit, car-
nem quoq; & ius præbet, & pinguedine iuncturas ad diem vsq; septimum linit, ægroto
Li. 11 de simp. med. fac. cap. 1. tamen in loco calido morante interim materia peccans tota per vlcuscula, tubercula,
& sudorem expellitur. At inunctio frictione vehementi fieri debet, vt rectius, & faci-
lius causa morbifica per apertos meatus egrediatur. Hunc vsum carnium viperæ in le-
pra, & elephantiasi, Authores didicerunt à Galeno, qui historias nonnullorum à le-
pra, & elephantiasi liberatorum memorauit.

Historia leprosi liberati recitata à Galeno Primitus in Asia, eodem teste, quidam elephantiasi laborans à cæterorum consor-
tio segregatus, sub tugurio in agris constructo, alebatur. Accidit autem vt vipera in
vas vino plenum caderet, & messores veriti, ne ex illius vini potione aliquid mali eis G
contingeret, misericordia moti elephantico vinum hoc propinarunt, rati expedire ei
potius mori, quàm calamitosè viuere. At cũ bibisset, omne tuberosum cutis veluti ani-
malium testa excidit, & sanitati restitutus est. Idem alteri elephantico accidisse in
Altera historia leprosi. Mysia narratur, qui ad baluea profectus sperans inde non vulgare commodum haurire,
bibit & ipse vinum ab ancilla porrectum, in quo vipera casu extincta fuit, & eodem
Tertia leprosi historia. modo sanatus est. Item venator viperarum, dum huius morbi incommodo vexaretur,
pro salute admonitus, viperas, quas venabatur, frustatim incisas, & anguillarum mo-
do, coctas esitauit: deinde ægritudo per halitum discussa est. Similiter vir quidam di-
ues in Thracia prædicto affectus morbo, per quietem admonitus fuit ab Æsculapio, vt
medicamento ex viperis parato quotidie vteretur, qui non multò post perfectam va-
lerudinem est adeptus.

Lib. 3. de morb. cur. cap. 62. Oribasius quoq; in elephantiasi, carnem viperinam adhibet, illamq; parat hunc in-
modum. Abscissis viperæ extremitatibus, ablata pelle, & extis proiectis, truncum plu-
ries in aqua fontis lauat; deinde in sartagine ex albo iure condit. Ius verò album aqua H
copiosè imposita, modico oleo, & anetho addito, facillimè conficitur.

Gallinæ carnibus viperinis nutrit. Præter hæc, nonnulli carnibus viperinis gallinas, & capos nutriunt, ad varios vsus
medicos, hunc q; laborem minimè infrugiferum experiri profitentur. Neq; officit ra-
tio dicentiũ gallinas hoc cibo altas, ob virus viperei, humano corpori obesso, cum ra-
tio, & experientia totum oppositum demonstrent. Anates enim in paludibus degen-
tes bufonibus, & hirudinibus vescuntur, gallinæ scorpiones, & coturnices helleboro-
rum edunt: nihilominus talia animalia in elegantibus conuiuijs quotidie adhibentur;
deinde ratio fauet experientiæ; etenim hæ animantes animalibus, & herbis venena-
tis nutritæ, proprio calore natiuo, virus adeò alterant, vt ab eo aliqua pars alimen-
taria separetur, sicq; earum carnes absq; periculo ediles euadunt. Quare non imme-
ritò Lucretius canebat.

Præterea nobis veratrum esse acre venenum,

At Capris

www.libtool.com.cn

A *At capris adipes, & coturnicibus anget;*
Quippe videre licet pinguescere sæpè cicuta
Exhibitas pecudes, homini quæ est acre venenum.

Nonnulli igitur tantam viperinæ carnis, & etiam earum decoctionis, pro potu, quantitatem gallinis exhibent, donec deplumentur: nam inde colligunt virtutem, medicamenti ad intimas gallinarum partes penetrasse, quas postmodum elixas ægrotantibus præscribunt; Hoc præsidio, felici cum successu, in delenda lepra Ioannes Mattheus Gradi vsus est, famaq; (referente Gattinara) vsq; in Galliam diuulgata est propterea quidam Gallus lepra vexatus Papiam se contulit, prænominato medico iam defuncto: ideoq; Gattinara à prædicto non recedens remedio, Gallum à lepra liberauit. Alij deglubtam, & cuisceratam viperam, abiectis cauda, & capite, minutatim inciduat, & cum quatuor partibus furfuris, aut panis triti, vnà cum iure, vel acqua, vel lacte parant pultem, qua gallinas, pullos, & capones alunt. Alij satius esse arbitrantur (cum pro nutriendis pullis viperæ semper haberi nequeant) puluerem carnium viperarum seruare, quo cum decem partibus furfuris, aut panis triti pastillos pro alimento gallinarũ concinnãt. B quamuis alij ad æquandam hominis temperiem, & ad hilaritatem conciliandam, carnes vipereas cum farina hordeacea, & lacte, gallinis, caponibus, & pullis præbeant. Tandem quidam carne viperina gallinas alunt, vt oua medicata habeant, quę postmodum sumpta, virtutem conseruandæ iuuentutis, instar theriacę possident, cum hæc humanæ temperaturæ sint conformia, & in sanguinem facillimè vertantur, necnon calorem naturalem augeant, & optimum corporis habitum procreent. Tempus autem alendi gallinas prædictis carnibus erit, quando pulli sunt iuniores, nõ solum vt prædicto nutrimento assuescant, sed etiam quia dum augentur maiorem vim à viperis sibi comparare possunt.

Cap. de euitandis debil. vsus.

Modus nutriẽdi gallinas, & capos carne viperæ.

Oua gallinarũ medicata, quæ arte parentur.

Cęterum quando medicus humanum corpus exsiccare voluerit, puluere carnis viperæ in furno exsiccatæ vtetur. Sunt tamen medici, qui ad conficiendum viperarum puluerem hoc vtuntur modo: carnes viperinas alla quantitate salis communis aspergunt, qua aliæ carnes conseruari solent: deinde supra cribrum illas collocant, & subtus pru- C nas aspersas puluere confecto ex baccis iunaperi, foliis lauri, myrrha, cariophyllis, granis alchermes, carabe, & beniouim, cribrum bene cooperiunt, vt fumus in carnes penetrare possit: suffimentum quater spatio viginti quatuor horarum repetitum, quinq; diebus continuis reiterant: postmodum carnes suffimine imbutas in olla luto diligenter munita reponunt, & in furno, cocto prius pane, tandiu detinent, donec tota caro in subtilissimum puluerem redigatur. Hic puluis non solum pro antidotis, sed etiam in cunctis alijs affectibus, quibus conuenit vipera, commendant.

Ratio conficiendi & præparãdi puluerisvipere.

Vires puluveris viperæ.

Lactantius hunc cinerem in ictibus à vipera inflictis probat. Plinius, ad strumas dissoluendas, ter septennis diebus quantitatem huius cineris exhibet, quæ ternis digitis comprehendi possit. Aetius hunc in aliquo liquore mixtum ad expugnandum articularem morbum, vtiliter propinat. At Marcellus cinerem tantummodo viperini capitis cum oleo cyprino, nodis neruorum medetur. Pariter Plinius hoc cinere cum aceto, ignem sacrum deleri promulgat. Alij ex signatura, quia vipera maculosum sit animal, ad tollendas oculorum albugines, cinere viperarũ vtũtur. Sed Matthiolus ad illustran- D dam oculorum aciem, collyrijs permiscet cinerem viperarum, quem parat hunc in modum. Viuam viperam cum duabus vncijs succi fœniculi, & modico thuris in vas fictile argilla optimè munitum conijcit, & in fornace comburit; donec fiat puluis tenuissimus. Magi, ex Plinio, ad oculos clarificandos, echinum cum pellibus vipereis aduri, & puluerem potionibus aspergi iubent: Tandem Aetius pro coercenda diuturna oculorum fluxione, cinere capitum viperarum cum decocto lupinorum permixto, & temporibus applicato vtitur. Verùm aduertendum est, quòd hic cinis virtutem causticam participat; siquidem Faloppius ponderans medicamenta calida, vltra tertium excessum, memorat cinerem paratum ex capitibus, & caudis viperarum; cum hic cinis sit acerrimus, & vim causticam possideat. Puluis etiam solius pellis viperinę in vsu medico laudatur; nam Author de Theriaca ad Pisonem, hoc solo remedio, alopecijs medetur. Immò Quintus Serenus verba faciens de fluore capillorum, & maculis capitis sic canebat.

Collyria ex cinere viperæ.

Serm. 2. c. 155.

In lib. de Cauter. c. 10.

Causticus ex vipera quo modo fiat.

Defluit expulsus morbo latitante capillus,
Si rarò eluitur: seu vis epota veneni,

www.libtool.com.cn

Seu ſalamandra potens, nulliſq; obnoxia flammis
Eximium capitis tactu deiecit honorem.
Nonnunquam variant macule, paruiſq; paramper
Orbibus aſperſum ducit noua vulnera tempus,
Viperee pellis cinerem his addito morbis.

Irem Braſauolus verba faciens de lue venerea, pro defluuio capillorum, cinerem pellis, viperarum, herinacei, & capitum murium cum ſinapi adhibet. Priſci quoq; ex viperis, ſalem conficiebant. Huius meminit Dioſcorides, & poſt ipſum Galenus, deinde Paulus Aegineta, & poſtea Plinius, qui ſcriptum reliquit, hunc ſalem lingentes claritatem oculorum facilè conſequi. Verùm, inter cæteros, Aetius de his longum ſermonem habuit. Antiqui igitur ſumebant quatuor viuas viperas recenter captas, & in olla fictili locatas, libris viginti ſalis ammoniaci, aut ſalis albi communis aſpergebant, addendo paſtillos ex gentiana, ariſtolochia rotunda, centaurea minori, cardamomo, marrubio, ſcordio, apio; chamædri, & ſemine rutę domeſticę paratos, immò prægrandes ſcillas in fruſta diſſectas: Ollam verò operculo, & luto probe munitam in igne adurebant, donec, poſt caliginoſum, clarus exiret fumus, cineresq; exemptos per incerniculum tranſmittebant, addendo grana iuniperi, mentham, piper longum, ſemina fœniculi, & coriandrorum; necnon alia ſimplicia huius generis, quæ theriacæ compoſitionem ingrediuntur, & poſtea hunc puluerem ſalem theriacalem nuncupabant.

Sales ex viperis. L. 4. c. 97.

Sales viperę ex mente antiquorum.

Præparatio ſalis viperini ex mẽte Galeni.

Galenus tamen in parando hoc ſale, viperas non exurebat. Scribit enim. *Beſtias ipſas non exuro, ſed paſtillos ex ipſis, quorum confectionem in theriaca docui, reliquis, quę cum ipſis uruntur, commiſceo, & ſimul exuro, vt eam, quam in ſe habent amaritudinem, per exuſtionem abijciant. Tantam autem paſtillorum menſuram adijcio, quantam coniectura aſſequi poſſum, quatuor numero viperas excipere, & ſanè ſales optimi euaſerunt.* Quapropter ex Galeni verbis colligere licet, viperas aduſtione virtutem non amittere, quod etiam Aetius pluribus in locis ſtabiliuit. Nicolaus Myrepſus ſuum ſalem theriacalem hoc modo concinnat. Recipit ſalis ammoniaci, & interioris ſcillæ libram ſemiſem, ſilphij, & leucopiperis vnciam dimidiam, melanopiperis vnciam, coſti vncias duas, gingiberis, cyperi, baccarum lauri, & dauci cretici ſingulorũ hexagia duo, ammoniaci, & thymiamatis drachmas duas, petroſelini, & paſtilli viperini hexagia duo: ſalem cũ ſcilla contundens medicamentum conficit. At iuxta mentem Braſauoli, in Phagedenis, & vlceribus malignis, paratur ſal theriacus ex libris viginti ſalis albi, libra vna cum dimidia gentianæ contuſæ, libris duabus ariſtolochię rotundę, & ſumitatum centaurij minoris, libra dimidia cardamomi, amoniaci, & marrubij, libra vna ſcordij, & chamędrios, & duabus viperis: omnia ſimul mixta in vaſe ferreo, ſupra prunas comburũtur, & in puluerem rediguntur.

Sal theriacalis Myrepſi.

Sal theriacalis ad mẽtẽ Braſauoli.

Quercetanus inter nuperos authores celeberrimus, ex ſimplicibus bezaarticis, & aromaticis, chymicis organis ſublimat liquorem, & poſtea conſeruat fęces, ex quibus omnibus, vnà cum fruſtis carnium quatuor viperarum, omni ſolertia, parat ſales theriacales, quorum omnium deſcriptionem apud ipſum licet videre, qui proculdubio ori, & ſtomacho ęgrotantium, quàm ſales antiquorum magis gratificari poterunt. Noſtra ętate Ioſeph de Sauijs pharmacopola Bononienſis celeberrimus ſalem ex viperis ſic pręparat. Sumit ſexaginta viperas, quarum viginti in quantitate ſufficienti aquæ fontis, vnà cum cymis tenerioribus anethi coquit; hanc decoctionem per balneum maris deſtillat, & reliquas quadraginta viperas in olla cum fæcibus, quæ remanſerunt in fundo alembici, ita adurit, vt omnia in cinerem vertantur, ſupra quem affundit aquam iam elicitam, & ſal ſecundùm artem extrahit. Andreas Bellunenſis fuit huius opinionis ſalem viperinum illum eſſe, qui ex viperis ſalitis colligitur: neq; prętèr rationem, quandoquidem Alyſius ſcriptis mandauit Maraſſos, ſeu viperas in montibus Patauinis diuagari, quę ſale condiuntur, deinde hic ſal collectus, & adhibitus doloribus à lue gallica contractis remedio eſt.

In Pharmac. c. 23.

Noſtra ætate ſal viperæ ſic præparatur.

Bellunẽſis opinio circa ſalẽ viperæ.

Si theriacalis ſeu viperei ſalis virtutes examinemus, illas, ad mentem Antiquorum, innumeras eſſe inueniemus: propterea quòd huiuſmodi ſale Priſci omnes ad arcendum quodcumq; morborum genus menſas exornabant; quia valetudinem, eiuſq; conſeruationem huic ſali acceptam referebant, vt licèt apud Ætium legere, qui in omnibus cutis affectibus, nimirum in lepra, elephantiaſi, impetigine, ſcabie, & defluuio capillorum

Serm. 13. c. 97.

Virtutes ſalis viperini.

www.libtool.com.cn

A rum, huiusmodi salem commendabat: cum excrementa per cutim discutiat, & sudorem prouocando corruptam substantiam expellat, adeout in principio, nonnulli pediculos etiam excluserint, & potissimum intra spatium dierum quatuordecim, quo tempore transacto, nullus in corpore pediculus apparet. Alij huius salis vso, in cedulijs, excrementa pituitosa per os eiecerunt. Deinde tantam suauitatem Antiqui in hoc sale inuenerunt, vt voluptatis potius, quàm suauitatis gratia, confici videretur: hunc, ad mensuram terni cochlearij, sumebant, vt appetentiam excitarent, corpus floridum redderent, suffusiones dissoluerent, suppressas lunares purgationes prouocarent, easdem immodicas supprimerent, & tandem, vt omne venenorum genus domarent, cum in constitutione pestilenti præstantissimum celebraretur præsidium.

Dosis salis theriacalis ad mentem Antiquorum.

Amplius, ex mente eiusdem Atij, hic sal morbis renum medetur, dolores capitis inueteratos sanat, epilepsiam corrigit, dummodo patiens, anni integri spatio, hoc remedio vtatur, icteritia, splene, & dolore colico laborantes, huius ope liberantur, hydropicorum aquæ exsiccantur, & fames, quam Græci vocant bulimon, dissipatur.

Loco cit.

Vsus salis viperini in Itinere.

B Insuper itinerantes hoc sale vtentes ab aeris frigidioris iniuria non lædunturi hoc febrium rigores mitigantur, & tabidi ad bonum corporis habitum reducuntur; Ad podagram maximè incipientem & omnes articulares affectus commendatur, febres diurnas, & potissimum quartanas remouet, si ante accessiones, & præcipuè in febrium intervallis sumatur. Omne lumbricorum genus à corpore expellit, dentes eo confricati albiores redduntur, & stuporem non incurrunt. Itaq; sal viperinus eadem ferè castigat vitia, quæ carne viperina superari solent.

Vsus salis huius in podagra.

Oleũ quoq; ex viperis ad multas affectiones efficax elicitur, quod clarissimus vir Alexander Massaria Vicentinus, crassante pestilentia, commendat, si hoc, à principio morbi homines inungantur. Andernacus, in hoc oleo parando, recipit libras tres Serpentum nigrorum, olei sesamini sesquisextarium in vase fictili, & vitreato angusti orificij decoquit, donec caro ab ossibus decidat. Manardus Serpentes nigros interprætatur viperas nigriores, & apud ipsum fit oleum hunc in modum. Sumuntur viperæ quatuor, demptis visceribus, caudis, & capitibus, quæ decoquuntur in libris quatuor olei vetC ris, & spatio sex dierum in obturato vase manent: postmodum in duplici vase, facta non leui ebullitione, viperæ cum duabus vncijs aquæ ardentis, & olei, tandiu coquuntur, donec aqua vitæ euanuerit: tunc oleum refrigeratum colatur, addita vncia salis albi optimè contriti, & drachmis duabus caryophillorum, sicq; seruatur ad vsum: nam in omnibus cutis vitijs commendatur. Amatus Lusitanus saniem ex viperis dissectis, ad ignem lentum, vitreis organis, destillabat, vt inde oleum, & aqua prodiret. Immò Vincentius Stochetus Anconitanus viperarum saniem, per vitreã campanam destillabat & cutim elephanticorum linibat.

To. 2. Dialog. 8.

Oleum viperinũ quo modo paretur.

Vires olei viperini. Centur. 2.

Apud Leonellum Fauentinum, hoc oleum sic describitur. Recipiuntur tres vel quatuor viperæ, abscissis extremitatibus, in quatuor frusta dissectæ, & in olla perforata locantur, quæ in alia maiori, clausis luto orificijs, reponitur, & in cacabo aqua pleno feruefit, duarum horarum spatio, & elicitur oleum, quo occiput in paralysi inungitur. Alij, ex mente Plinij, ia tribus heminis olei, viperam, exemptis ossibus, coquebant, & cuulsis prius pillis, quos renasci nolebant, loco psilothri vtebantur. Doctissimus Fa- *Descriptio olei viperini ex Fallopij sententia.*
D loppius verba faciens de scabie, oleum viperinum sic conficit. Duas viperas in frusta dissectas vnà cum sanguine ab illis manante, in phiala oleo plena locatas, æstate insolat, sicq; oleum rubrum, & fœtidum, quo elephantici liniti, & similes liberari dicuntur. Alij, ex Plinio, adipem viperæ cum sextario olei ad dimidias decoquunt, & huius ternis stillis oleo communi additis, ad omnes bestias fugãdas homines perliniendi sunt. Itaq; vausquisq; elicere potest, quòd viperæ omnibus venenis resistant, antequã ad cor properent, vel cum ptisana, vel cum aqua vitæ, cum aqua scorzoneræ, & deniq; cũ aqua rosacea: In febribus malimoris, in peste, & in febre pestilenti cum syrupo de succo limonum, vel de acido citri, vel cum syrupo de acetosa, & similibus. Vnde non immeritò quidam Poeta canebat.

Si viuens infensa necem mortalibus affert
Vipera, dum rabido corpora dente petit.
Hæc etiam potis est moriens præbere salutem,
Atq; ægris vitam reddere corporibus.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Extractũ viperarũ.

Nuperi authores, multa præsidia ex viperis paranda excogitarunt. Nam Chymistri Extractum viperarum conficiunt, quod in psora, in lepra, & in peste summopere probant. Quercetanus exhibet Essentiam viperarum cum spiritu terebenthinæ paratam. *Tinctura Viperarũ.* Item arcanum viperarum, cum solo spiritu balsamico sulphuris, nec non Tincturam viperarum, quam inter alia medicamina ex viperis confecta, locum eminentissimum occupare promulgat. Idem Quercetanus, præter theriacam Andromachi, hodie in omnibus medicorum officinis summa cum industria paratam, describit theriacam benedictam, theriacam cælestem, aliam cælestem reductam in sublimiorem essentiam, necnon theriacam diatesseron regiam, quæ omnes compositiones, aut vipetas, aut tincturas viperarum recipiunt.

Lib. 11. de simp. med. fac.

Vinum verò viperinum non esse nouum medicamentum ex Antiquis colligimus: propterea quòd Galenus illud in elephantiasi, in lepra, & in scabie tantoperè celebrat. *Vinũ viperinũ quale.* Hoc autem vinum, postquam in eo extincte fuerint viperæ, per incerniculum colatur, & ab ægrotis, absq; vlla veneni suspitione, potatur. Raimundus Lulus aquam ex viperis ad iuuentutem conseruandam, ad vitæ longitudinem comparandam, aduersus pestem, & omnia venenorum genera magnificat. Demùm aquam ex viperis cordi maximoperè salutarem clarissimus Medicus Bartolomeus Gallesius Bononiensis conficiebat hunc in modum. *Aquæ vi peris qualis.* Sumebat decem viperas feminas Maio Mense captas, & præparatas, libras quatuor hordei, manipulos octo cicorij, manipulos quatuor acetosæ, melissæ, & boraginis, decem limones vnà cum seminibus incisos, drachmas tres santalorum citrinorum, manipulos tres scordij, & tormentillæ, seminum frigidorum maiorum, & minorũ singulorum drachmas duas, ligni aloes drachmam, croci scrupulum, castorei scrupulum dimidium, dictamni pugilum, pentaphilli, rutæ caprariæ, violarum, agrimonij, cetrach singulorum manipulos duos, drachmas duas cum dimidia cornu cerui vsti, terræ sigillatæ, & boli armeni, manipulos sex, cardui sancti, & scabiosæ: deinde omnia in libris sexaginta aquæ Castri Sancti Petri, quam vulgò figatellam appellant, secundùm artem feruefaciebat, & postmodum decoctionem hanc chymicis organis sublimabat. Alij Medici nostræ ætatis, in scabie contumaci, vtuntur decoctione viperarum; deinde carnes earundem Conseruis miscent, & spatio multorum dierũ, illas ægrotantibus ante syrupum matutinum exhibent. *Decoctis viperarũ ad quid valeat*

VSVS IN THERIACA.

GALENVS, siue Author de Theriaca ad Pisonem, nec non alij authores Medici vni tantùm Andromacho, in fabricanda theriaca, quæ antea sine viperis parabatur, vipereos pastillos acceptos referunt: nam ipse primus determinatam quantitatem trochiscorum viperæ tali antidoto apponi excogitauit. Verumtamen Andromachus, velit nolit, cogitur confiteri vsum viperæ in medicamentis à Nicandro Poeta, & Medico antiquissimo didicisse, qui in Theriacis sic canit.

Semina quin capias dissecta ex hipposelino.
Drachmarumq; duum myrrhæ addes pondus amaræ,
Detonsum, & granum, quod munit arista cumini
Certa lege libræs, & echidnam, vel cardama miscens
Sunt sorbenda tibi cyathis permixta lyæi.

Quis fuerit primus, quiusus sit carne viperina in theriaca.

Fuit quidem Andromachus omnium primus, qui ad confici ẽdam theriacam viperinam carnem adhibuit; quamuis paulò post in abusionem abierit. Verùm ab Antonino Imperatore, vsus huius antidoti fuit reuocatus; quando munus conficiendi regia antidota primùm Demetrio, deinde Archiano, & postmodum Claudio Galeno commissum fuit. *Vsus theriacæ olim frequens.* Immò tam frequens vsus huius antidoti Romæ fuit, vt omnes Vrbis Primates, in proprijs ædibus; omni studio, & diligentia theriacam componerent; veluti apud Galenum passim in libris de Antidotis, in libro de theriaca ad Pisonem, & in libro de vsu theriacę ad Pamphilianum legere licet. Quamuis libri de Antidotis postremo à Galeno scripti esse videantur; quamobrem, pro theriaca paranda, ad illos confugere oportet; cum in illis

www.libtool.com.cn

A illis malea Galenus reprobet, quæ in alijs libris ab eo probantur: siquidem in libro ad Pamphilianum, in permiscendis carnibus viperinis cum pane, præcipit affundi ius, in quo viperæ prius decoctæ fuerint: hoc autem assertum in primo libro de Antidotis explodit. Rursus in libro de theriaca ad Pisonem, pro assandis scillis, eas luto inuolui iubet, at in libro ad Pamphilianum, hanc sententiam non admittit. Hinc colligendum est primùm à Galeno scriptum fuisse librum de theriaca ad Pisonem (si tamen Galeno hic liber est attribuendus) secundò librum de vsu theriacæ ad Pamphilianum, & vltimo loco volumen de Antidotis: quapropter liber primus de Antidotis verum theriacæ apparatum docet. Cæterum, temporis tractu, viperæ ad tantam diuturnitatem veneruntᵉ, vt ab alijs Serpentibus non dignoscerentur. Vnde Nicolaus Leonicenus, iustis de causis, calamitatem, & cecitatem illius ætatis deplorauit, cum tantis antidotis careret.

In quo libro Galenus theriacæ apparatum docet.

Huius autem ærumnæ causa fuit Gothorum, & Barbaricarum gentium in Italiam transmigratio: hinc Maiestas Romani Imperij concidit, & rerum omnium cognitio, & scientia deleta est. Idcirco medicamina ad tutelam sanitatis spectantia, & artem medi-

Cur cognitio viperarum olim ignota fuerit.

B cá obliterarunt: item theriacam medicamentorum omnium præstantissimam ità depranarunt, vt germanã eius compositionem non agnoscerent. Quare vipera huius antidotibasis olim notissima, per multum temporis spatium, ignota fuit, sicq; aliud atq; aliud Serpentis genus, maximo errore, adhibebatur. Verùm aduerteandum est, quòd, ante theriacæ inuentionem, cuius author fuit Andromachus, ex viperis, & alijs Serpentibus pharmaca conficiebãtur; idq; ex Dioscoride licet colligere, qui vixit ferè circa tempora Mithridatis Regis Ponti, qui Antidoto à se fabricatæ proprium nomen indidit, eiq; maximam gloriam conciliauit.

Li. 2. c. 16.

Itaq; Dioscorides de viperis sermonem habens, docet rationem deglubendi viperas, easq; coquendi in oleo, vino, sale, & anetho, vt exhibitę strumas deleãt, & oculos clarificent. Quocirca optimo iure admonet Aetius cauendum esse, ne reliqua Serpentum genera viperæ similia, pro antidotis componendis sumantur, nam similis viperæ est Amodytes, hæmorrhous, cenchrias, & seps, qui serpentes colore inter se distinguendi sũt, cũ vipera colore subflauo insignita sit, & prædicti Serpentes fusci, & nigricantes, nec

Decoctio viperarum ex mente Dioscoridis. Serm. 13. c. 90.

C non colore arenæ simili prædicti sint. Aspides quoq; viperis aliqua ex parte similes, vitandi sunt; etenim Author libri de theriaca ad Pisonem viperas ab aspidibus manifestè segregat. Immò ad fabricandam theriacam, viperas cæteris Serpentibus præstare asseuerat, quoniam huiusmodi bestiæ alijs Serpentibus minus tabificam vim participent: Quamuis alij tradant viperam inter reliquos Serpentes excellere, quia cum homine maximam habeat sympathiam: nam viperina caro hominem nutrit, & humanã vitã

Cur vipera &c. & non alijs Serpẽtes in theriaca locũ habeant

vsu prædictæ carnis longior efficitur. Præterquamquod Pythagoras scriptum reliquit, ex corrupta hominis spinali medulla viperam, & Serpentem nasci. Deinde Antigonus, Tralianus, Appianus Alexandrinus, & alij historici non proletarij, ex mulieribus quandoq; viperas, & etiam ex capillis hominum oriri promulgarunt.

His addamus quòd viperæ viuæ in dolio vino pleno suffocatæ, ob singulares huius animalis dotes, vinum licet corruptum in pristinum statum restituunt. Id Baldus Angelus Romæ in cella vinaria Eminentissimi Cardinalis Vrsini accidisse retulit. Docti tamen viri opinantur Andromachum, ad theriacam parandam, præcæteris Serpentibus,

Vinum corruptũ qua ratione in pristinũ statum restituatur.

D viperam eligisse, quoniam multò ante, caput viperæ Nicander ad Serpentum ictus apponi iussit, & quoniam medicina experta potius quàm non experta semper probatur; ideo Andromachus diuturnæ obseruationi, & authoritati Nicandri nixus, viperam in theriacali antidoto collocandam esse iudicauit.

Non defuerunt tamen nostræ ætatis viri, qui aspidum, & reliquorum etiam Serpentum cærnes antidotis addere non erubuerunt, quod magna temeritate potius quàm ratione præstare ausi sunt; cum longa experientia comprobatum sit viperam in medicamentis, ad arcendos morbos, locum habere.

Antequam igitur viperæ, pro cõficiendis trochiscis theriacam ingredientibus dissecentur, diligenter examinandæ sunt conditiones, quibus viperæ huic vsui destinatæ gaudere debent. In primis Galenus viperas in locis maritimis, seu humidioribus collectas reprobat: siquidem Aristoteles scriptum reliquit à locis morum diuersitatem produci: cum loca montana bestias ferociores, & viribus robustiores reddant. Secundò

L. 2. de Antid.

L. 11. de hist. An. c. 29.

consideranduꝫ est tempus, quo viperæ sunt colligendæ: Etenim multi fuerunt huius

opinio-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Tẽpus capiendi viperas pro magnis antidotis quale ſit.

opinionis viperas eſſe capiendas eo potiſſimum tempore, quo ſenectam deponunt. Alij E tradiderunt non eſſe capiendas ſtatim atq; à cauernis exeunt, quoniam tunc frigidæ, & ſiccæ, & inedia maceratæ ſunt, neq; ætate, quoniam hæ ſitim inducunt; ſed verè potiſſimum ſiniente, & æſtate inchoante. At ſi ver naturam hyemalem participauerit, tunc circa initium æſtatis comprehendendæ ſunt, non multo poſt ortum Pleiadum, vt Galenus ſignificauit. Quamuis alij tempus vindemiarum ad capturam horum animalium elegerint, quia tunc temporis viperas magnas, & corpulentas eſſe affirmant. Verumtamen tempus ad id magis opportunum. Ver eſſe arbitratus eſt Andromachus primus Theriacæ inuentor, dum his carminibus canit.

Πρῶτα μὲν ἐχρήσατο κακηθείας ἐμπείρημος φῶς
Τολμηρὴ μάρπτων χερὶ θοὺς ὄφιας
Τοὺς, ἤδη κρυερὸν ἀπὸ χείματος, οὐκέτι γαίης
Κρυπτομένους σπείοι σταμεναι ἔνερθε μυχοί.

Qui verſus ſic latinè vertuntur.

Primum quidem venabitur veneficas expertus vir.
Audaci capiens manu celeres angues.
Hos iam horridam poſt hyemem, neq; amplius terræ
Latent concluſi prorſus ſubtus latebras.

Fœminæ viperæ, & non mares eligendæ ſunt.

Tertiò viperæ ad trochiſcos pro theriaca parandos fœminæ, & non mares ſunt eligendæ, & potiſſimum quæ ſeminarium æquale ſeminibus papauerum habuerint: nam quæ ouis caruerint tanquam incompletæ, & inutiles reijciuntur: item quæ ouis grandioribus refertæ fuerint, reprobantur: quandoquidem, cum maior pars alimenti augmento ouorum famuletur, neceſſariò viperæ macilentæ redduntur. Ambiget fortè aliquis, qua de cauſa ſcripſerit Galenus viperas theriacam ingredientes non debere eſſe prægnantes; cum tamen omnes viperæ fœminæ, quæ in gratiam medicamentorum diſſecantur, ouis magnis, vel paruis redundent: hac de re omnes erunt grauidæ, conſequenterq; ad theriacam ineptæ.

Viperæ pro antidotis an prægnantes eſſe debeant.

Difficultas diſſoluetur, ſi dixerimus, viperis accidere, quod gallinis, & piſcibus contingit, quæ animantia, etiamſi ouis referta fuerint, prægnantia eſſe non dicuntur, niſi prius à maribus compreſſa fuerint. Quare ante congreſſum illa oua ad generationem G prorſus inutilia appellantur. Quapropter, licèt in viperis fœminis oua inſtar granorum milij, vel ſeminum papaueris reperiantur; nihilominus eas nunquam grauidas, niſi poſt congreſſum, nuncupare poterimus: etenim illa oua ante receptum ſemen, parua ſemper manere exiſtimamus. Itaq; viperæ tunc dicendæ erunt prægnantes, non quòd ouis ſcateant, ſed quia ſemen maris receperint, quia tũc oua augeri incipiunt. Quamobrem prægnantes à non prægnantibus, ouorum magnitudine, & paruitate, diſtinguuntur.

Vipera quãdo prægnãtes appellandæ ſint.

Aliter etiam dubitationem poterimus demoliri, ſi dicamus viperas ouis redundantes, etiam poſt quam ſemen receperint, ad antidota eſſe idoneas, antequam oua augeantur, quæ niſi creſcant, non poſſunt tale detrimentum carni viperarum afferre, quin hę beſtiæ in theriaca adhiberi poſſint.

Viperarum igitur alias circa initium Aprilis, alias ineunte Menſe Maio captas in diſtinctis capſulis ſeruauimus: ſiquidem hac diligenti obſeruatione, à comprehenſis initio Aprilis fœtus eo anno edi non vidimus. Viciſſim viperæ captæ circa initium Maij, H aduentante Auguſto menſe, catulos enixę ſunt, quoniam tempore prędicto captę, erant prægnantes, quotieſcunq; malè affectæ non eſſent, & ad generationem ineptæ. Itaq; vipera quamuis ſit venenata, præparata tamen in Antidotis reponitur. Quare non iniuria ſcribebat Crollius venenum redactum in arcanum, non veneni, ſed præſtantis medicamenti naturam ſapere. Quapropter vipera, ad mentem Galeni, verimq; per quatuor digitos infra caput, & caudam reſecanda eſt. Caput auferetur, quia peſſimo redundet humore; cauda verò tanquam portio ſordidioris ſubſtantiæ, & etiam quia, inſtar caudę piſcium, ob frequentem motum, minus pinguis ſit. Idem repetit Andromachus, quando de trochiſcis viperinis canit hunc in modum.

In Baſil. Chymic. Lib. 1. de Antid.

Cur capita & caudæ viperarum amputentur.

Deprehenſis igitur ſummum caput imaq; cauda,
Demenda, hinc quicquid venter inanis habet,
In fert nam ſæuos hinc, atq; hinc vipera luctus,
Et ſquamis caudę ætra venena tegit;

Cerui-

www.libtool.com.cn

A *Cerusicisq; ideo tantum, caudaq; secabis*
In pugnum quantum est alia reducta manus.

Ex quibus Andromachi verbis, manifestè percipimus viperas infra caput, & caudam per quatuor digitos secandas esse. Sed aduertendum est, dum viperę pro compositione medicamenti incidantur, num truncatis capitibus, & in aqua positę protinus exangues, & immobiles fiant, tunc enim tanquam inualidæ reijciendæ essent; quæ verò diutius in aqua volutantur, & dissectæ copiosum effundunt sanguinem, optimę, & prestantissimæ habentur, cum à doctrina Galeni minimè recedant. Quę autem carent prædictis conditionibus, si adhibeantur, theriacam prorsus inualidam reddere feruntur. *Lib. 2. de Antid.*

Ex preparata viperarum carne trochisci theriaci componuntur, ex quibus postea pereelebris illa antidotus, theriaca nuncupata, & admorsus venenatos tantoperè commendata concinnatur. Horum etiam meminit Iulius Cęsar Scaliger in Poematibus, quando cecinit.

B *Qui circulator Mithridaticas offas*
Aut viperinos callida arte pastillos.

Olim Dioscorides carnes viperinas, cum vino, & oleo decoquebat: hinc nuperi authores eum secuti, ad diuturniorem carnium durationem, his panem addiderunt, indeq; pastillos confecerunt. Addit Galeaus trochiscos viperinos à nonnullis solere contundi, & denuò in puluerem redigi, eiq; nonnihil salis cum iure admisceri. Plinius has carnes ex aqua, & anetho coqui, & spinis exemptis, & addita similagine trochiscos parari, & in vmbra siccari tradit. *Lib. 11. de simp. med. fac. c. 1. Trochiscorum viperę compositio.*

Alij, vt Auicenna, & Paulus Aegineta, panem cum carne viperina, sinè vllo iure miscentes, pastillos concinnabant; ne addito iure, citius corrumperentur, & acidi fierent. Propterea Maranta, in correctione horum trochiscorum, meritò scribebat (si fieri potest) siue iusculo parandos esse, aut saltem cum illius exigua portione, quod præstitit Aetius, qui trochiscos sic parat. Viperas ab vtraq; parte concisas, exemptis interaneis, tanquam excrementorum receptaculis, necnon detracta cute, & pinguedine, aquis primum diligenter abluit, deinde coniectas in lebetem cum sufficienti quantitate aquæ fontis, viridiq; anetho, supra prunas coquit. Salis autem, si viperæ opportuno tempore collectæ fuerint, tantillum, sin æstate inchoante captæ, nihil addit. Deinde carnibus probe coctis (coquntur autem inditis erit, quàdo spinę à carnibus separantur) lebete abigne depositio, carnes à spinis segregat, quibus seorsim positis parùm iusculi earum adijcit, vt pastilli exsiccati melius conteri possint. Itaq; carnes diligenter expressas, & ponderatas in pilam conquinariam asperiorem conijcit, ijsq; aliquandiù tritis panis ex purissima farina optimè fermentatus in furno, & non sub clibano coctus admiscetur. *Lib. 2. ca. 97.*

C

Nonnulli tamen in permiscendo pane, cum carne viperina hanc quantitatem seruandam præcipiunt, vt pondus panis, viperiæ carnis dimidio minùs sit: quamuis alij æquam portionem, & alij tertiam partem adiungant. Actius tamen & ipse interdum quartam, interdum quintam partem imponit. Verùm nisi panis probè coctus fuerit, impendet periculum, ne medicamentum aliquid aciditatis contrahat. Quapropter satius erit, panem hunc aliquot dierum spatio in loco sicciori priùs exsiccare. Demùm *Quantitas panis admiscendi cum carne viperina.*

D quando viperæ pani iunguntur tunc ita diligenter subigendę sunt, vt nulla portio viperinæ carnis incontusa remaneat. Tunc ex illa massa, affuso nonnihil iusculi, & contactu opobalsami, pastilli tenues, & non crassi finguntur, vt citius exsiccari possint.

Cella autem, in qua pastilli siccantur, in superiori domus parte ad meridiem potius, quàm ad Septentrionem sit conuersa, vt radios solares, tota ferè die admittat. Sed pastilli frequenter vertendi sunt, vt melius succescăt, qui postquam probè exsiccati fuerint, adhuc in eodem domicilio remoti tamen à radijs solaribus relinquantur: postea opobalsamo liniendi, & in vase vitreo, stanneo, vel aureo condendi sunt, donec ad confiendam theriacam promantur. Vitium autem magis probatur, quia nullam fraudem admittat; cum stannum mixtione plumbi sæpè sæpius adulteretur. Itaq; ex prædictis percipiendum est, magisterium trochiscorum viperinorum in vera, & legitima carnis viperæ coctura consistere, quæ, sicut licet legere apud Marantam virum celeberrimum, tanti momenti est, vt ab ea perfectio, & imperfectio antidoti dependeat. Hodie apud nos ex carne viperæ omni solertia cocta viperini trochisci formantur, ea ratione, quæ *Trochisci vipe. quæ ratione cõseruandi sint.*

in

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

in antidotario Bononiensi exponitur. Sumuntur enim vnciæ octo viperinæ carnis cum anetho, sale, & aqua coctæ, vnciæ duæ panis triticei purissimi, triti, & cribrati, ex quibus omnibus trochisci concinnantur oleo nucis myristicæ liniuntur, in loco opaco à vento boreali perflato siccantur, & demum ad vsum theriacæ seruantur. E

In Pharmac. c. 24. Dubitatio Quercetani circa trochiscos viperinos.

Clarissimus vir Quercetanus circa compositionem horum trochiscorum trifariam dubitat. Primò num quædam sit lex, quæ nos ad hanc vulgarem trochiscorum præparationem impellat; deinde an huic compositioni aliquid addendum, vel demendum sit tertio, an viperina caro, præter trochiscos in præstantiores remediorum formulas trahi possit. Quibus difficultatibus discussis, conatur Quercetanus ad varia theriacarum genera componenda, viam reserare, quibus omne venenorum genus profligari possit. Quoad primam quæstionem, confugere ad consuetam, & vulgarem trochiscorum viperinorum præparationem absurdum esse arbitratur, nam asserit viperinam carnem in alijs etiam remedijs suam efficaciam exercere posse. Id etiam nos affirmamus; propterea quod citra vsum trochiscorum, & theriacæ, viperæ, Galeno teste, in vino suffocatæ lepra laborantibus præstò fuerunt: attestamur quidem præparationem trochiscorum, ad compositionem theriacæ, esse necessariam, qua, nostra ætate, frequenter vtimur. In secunda quæstione tradebat Quercetanus vulgarem trochiscorum parandorum methodum correctione indigere; cum formulæ prædictis præstantiores, & vtiliores inueniri possint. Sed animaduertendum est vulgarem trochiscorum formulam nulla egere correctione; cum in vsu medico suum sortiatur effectum, dum mirandum in modum ægris opituletur. His addamus non esse admodum difficile inuentis addere, dum ipse Quercetanus varias confectiones viperinas aromaticas describit. Demum circa tertiam quæstionem, concedimus viperas ad varias præsidiorum formulas trahi posse, intacta tamen methodo parandi trochiscos, & theriacam, quæ in affectibus venenaris, nostra ætate, ægroris immensam vtilitatem, & Medicis non vulgarem gloriam conciliat. Præterea commendamus confectionem viperinam aromaticam, confectionem viperinam saccharinam, & confectionem viperinam iuniperam à Quercetano descriptas, & ab alijs describendas: cum viperæ sexcentis modis ad varias affectiones expugnandas, præparari, & concinnari possint. F

Responsio ad secundã quæsitum.

Responsio ad tertiũ quæsitum.

Theriaca igitur Andromachi ex carne viperina constans, inter cætera antidota, locum eminentissimum proculdubio occupat: cum non solum ad ictus Serpentum, & ad cætera castiganda venena adhibeatur, sed etiam quia articulorum dolores iuuet, fluxiones, & hydropicorum aquas exsiccet, elephantiasi laborantibus opituletur, febres quartanas terminet, melancholicos exhilaret, citrinum ictericorum colorem deleat, onus anhelantis pectoris tollat, nephriticis præsto sit, hepatis, & lienis affectibus, necnon dysenericis, epilepticis, & cardiacis prosit. Omne lumbricorum genus ab intestinis auferat, & denique quia præstantissimum sit pestis remedium. Immò in sanis theriacæ frequens vsus est salubris, quoniam valetudinem stabilem promittit, omnia excrementa consumit, actiones naturales roborat, necnon sensus, & mentem acuit: Amplius itinerantes aduersus frigoris iniuriam armat, humanum corpus à venenis, & ab alijs noxijs medicamentis tuetur, sanguinem optimum reddit, & tandem aeris, & aquarum vitia emendat. Alij etiam innumeræ virtutes passim legendæ sunt apud Galenum in libro de theriaca ad Pisonem, & in libro de vsu theriacæ ad Pamphilianum. G

Vtilitates, vires theriacæ Andromachi.

Vsus theriacæ in sanis, quod præstet.

Verùm antequam mediei, ad prædictos affectus, theriacam Andromachi præscribant, illorum interest conditiones eius diligenter examinare; num scilicet legitima, & genuina sit theriaca, ne à Pharmacopæis magno ægrotantium damno decipiantur. Propterea Galenus admonebat medicos, vt huius antidoti periculum facerent in gallis à vipera demorsis, priusquam, in varijs affectibus, illam adhiberent. Immò in libris citatis, nempè de theriaca ad Pisonem, & de vsu theriacæ ad Pamphilianum, promulgabat theriacam illam esse optimam, & genuinam, quæ data homini, qui sumpserit catharticum medicamentum, citra vllam ægrotantis noxam, deiectionem impediret. Quod reuera in praxi quotidiana experientia demonstrare solet. H

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

VSVS IN VARIIS.

CLARISSIMVS vir Ioannes Baptista Porta, & alij authores non proletarij monimentis mandarunt pennas accipitrum citius mutari, si carnibus gallinacum viperis nutritarum alantur: immò adduntpræ-dictas aues, per diuturnum temporis spatium, incolumes seruari. Hinc forte didicerunt medici gallinas carnibus viperinis alere, vt homines delicatos ab egritudinibus contumacibus liberarent, quibus viperina caro præsto esse solet. Insuper Scythæ populi suas sagittas toxico inficere consueuerunt: hoc autem, vt nonnulli obseruarunt, ex humano sanguine, & viperina sanie conficiunari solebant. Amplius habemus in historia morali Indiæ occidentalis, vbi sermo fit de superstitiosis Mexicanorum Sacerdotum inunctionibus, quòd huiusmodi Sacerdotes domi rem diuinam facturi, atramento, aut fuligine, à capite, vsq; ad pedes se linibant; itaut Aethiopes ad vnguem repræsentarẽt. At in syluis, vel specubus sacrificaturi, vel timoris auferendi, vel semetipsos animandi causa, aliud vnguentum vsurpabant, quod ex venenosis animalibus, veluti ex araneis, scorpionibus, salamandris, & viperis in templo Deorum parabatur, cui postmodum puluis ex peto, nempe nicotiana, vel tabaco admiscebatur.

Viperinæ carnis vsus in pluma dis accipitribus.

Li 5. c. 26.

Vnguentum Mexicanorum ex viperis.

B

DE AMMODITE. Cap. III.

ÆQVIVOCA.

C AVTHORES non vulgares immanem Serpentem Ammoditem ad viperarum genera; tum ratione figuræ, tum ratione partus, non immeritò referunt. Cuius serpentis, etsi Dioscorides non meminerit: nihilominus eius natura silentio non est inuoluenda. Primirus igitur aduertendum est, appellationem huius Serpentis ambiguitate laborare: propterea quod reperitur quædam species piscis oblonga Anglis Sandil nuncupata, quasi anguilla arenæ (cum arenam sæpè sæpius subeat) quæ Gesnero, græco vocabulo, Ammodites nuncupatur. Pariter Callionymus piscis, Hesychio teste, Ammodites, vel Psammodites vocitatur; quoniam in arena, quæ Græcis ἄμμος, seu ψάμμος dicitur, se condat. Horum piscium natura in Historia piscium vbertim examinata fuit, ad quam lectorem, breuitatis studio, relegamus.

Sandil quid sit.

L. 2. c. 57.

SYNONYMA. EORVMQVE ETYMVM.

D LATINI hunc Serpentem, desumpto à Græcis vocabulo Ammodytem nuncuparunt, quibus ἀμμοδύτης, & ψαμμοδύτης, nec non apud Poetas ἀμμοδύωτης, dicitur. Quare multi vocem hanc per Ypsilon in tertia scribere malunt, deriuando nomen ἀπὸ τῦ ἄμμῦ, καὶ τῦ δύειν, quoniam hoc Serpentis genus arenam subeat; veluti πρωκτοδύτης dicitur, qui caueraam subit: cum ἄμμος, vel ψάμμος arenam, & sabulum denoter, & δύνω subeo exponatur. Quamobrem etiam ἀμμοβάτης apud Lexicographos pro specie cuiusdam Serpentis per arenam incedentis legitur. Suidas quoq; vt habetur in Thesauro linguæ græcæ, ἀμμόβατον speciem quamdam Serpentis esse astruit, quæ forsan ab Ammodyte non discrepabit. Cæterùm neq; à ratione alienam esse eorum opinionem arbitramur, qui Ammoditem ἀμμοδύτην, per iota scribunt: siquidem

Quomodo nomen huius Serpentis scribendum sit.

www.libtool.com.cn

quidem nomen deducunt ab ἄμμος arena, & διορύττω perfodio, & fodiendo penetro; cum hæc Serpentis species, rostro curuo, rectu suis, arenam, & sabulum facile perfodere possit. Aliter Aetio, secundum nonnullos, κεγχρίας, nempe cenchrias idest serpens miliaris, ob duritiem caudæ instar granorum milij, nuncupatur. E

Alioquin κεγχρίτης sine cenchrites est aliud serpentis genus, nimirum Acõtia apud Aetium, quamuis impropriè, quoniam κεγχρὸς videlicet cenchrus Dioscoridis non est Acontias, neq; Ammodites, de quo in præsentia verba facimus, cum illis enim nullam habet similitudinem, vel cognationem, quia talis serpens maculis perquam minimis, milij magnitudine, respersus sit, quamuis in aliqua Aetij latina editione, hæc nomina non legantur. Qua de causa alij hunc serpentem non cenchrian, sed cerchrian appellandum esse existimarunt, quia κέρχνον durum exposuerunt; cum tamen hæc vox nusquam apud Græcos reperiatur. Hunc potius κέρχνον, nempè asperum indigitare debuissent, quoniam verbum græcum κερχνόω exasperare significat, seu paruulis punctis, veluti grauis milij, asperum reddere, cuius naturæ, cauda huius serpentis esse perhibetur. Quamquam nonnulli sint huius sententiæ Ammoditem, & Centriam, aut centritem, ob duritiem caudæ nominandum esse: cum centrum pro duritie ab authoribus vsurpetur: etenim κέντρα dicuntur quædam lignorum, & lapidum vitia, de quibus Theophrastus sermonem habuit. Vnde Plinius in quibusdam arboribus, veluti in marmore, centra quædam, idest duritias clauis similes, & serris inimicas esse asseuerauit. F

Cenerus Dioscoridis nõ est Acõtias, neq; ammodites

Centria, & centrites quid sit. Lib. 5. hist. plant. c. 3. lib. 6. L. 6. de hist anim. c. 51 L. 9. c. 11. L. 4. fen. 6. tract. 3. c. 4. 9.

Hanc opinionem videtur fouere Aelianus, qui Dipsadem melanurum, Ammobatem, & centridem cognominauit. Hinc eliciendum est, cum Ammobates, etiam centris dicatur, Ammoditem quoq; licèt à Dipsade serpentem diuersum, alio vocabulo centridem, centriamq; nominari. Præterea idem Aelianus scriptum reliquit, quòd Aspis solo tactu interdum interimit: quemadmodum solo affatu centrias, & rubeta. Apud Arabes hic serpens Ammõdutus appellari videtur: quandoquidem Auicennas agens de Ammioduto, & Caubaro, horum serpentum colorem arenæ similem esse pronunciauit, qui color in Ammodite obseruatur, præterquamquòd hæc vox (Ammiodutus) cum Ammodite Græcorum maximam conuenientiam habere dicatur. Insuper Ammodites cornutus serpens nominatur, non quia cornibus, vt Cerastes sit insignitus, sed quia eminentiam quamdam cornu æmulantem, supra nasum gerat. Neq; admiratione teneri debemus cornua serpentibus inesse: siquidem vt inferius explicabimus, serpentes ab authoribus vnicornes, bicornes, tricornes, & multicornes recẽsentur. Hac de causa Matthiolus admonuit hunc serpentem à circumforaneis aspidem cornutũ cognominari; nec præter rationem, cum à Bellonio aspis nominetur, deinde, rostro repando, cornu imitatur. Amplius vipera cornuta Illyrica à nonnullis appellatur, cum in illa regione frequens conspiciatur. Item vipera monoceros, & cornigera vocitatur, ob callum, qui summam partem oris exornat. G

Nomina Arabica huius serpentis.

Aspis cornutus circumforaneorum.

FORMA. ET DESCRIPTIO.

LAVS magnus scriptis mandauit quosdam esse serpentes arenacei coloris, longitudine cubitali, maculis nigris distinctos, habentes supra dorsum linearum vestigia: deinde inter horum serpentium genera Ammoditem connumerat. quamobrem Lucanus colorem arenaceum huius serpentis contemplans canebat hunc in modum. H

Concolor exustis, atq; indiscretus arenis
Ammodites.

L. 9. Pharsal.

Est igitur fera hæc viperæ perquam similis, capite tamẽ ampliore, & maxillis latioribus, & in superiori parte rostri eminentiam quamdam acutæ verrucæ similem gerens. Propterea vulgares, non iniuria, cornutum serpentem, vel cornutam viperam nũcuparunt. Actius quoq; Ammoditem cubitalis magnitudinis, & arenacei coloris esse statuit. Immò pellem maculis nigris præditam, & caudam prædurã ei assignauit: has autem conditiones lector in icone, quam exhibemus, melius, & commodius meditari poterit.

L. 13. c. 25

Ammo-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Ammodytes.
Vipera cornuta Illyrica.
Vipera monoceros.
Aspis Bellonij.



P

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

NATVRA, ET LOCVS.

AMMODITEM viperæ naturæ authores non vulgares esse statuunt: quandoquidem Quatramius: in tractatu de theriaca, & mithridato retulit se in capsulis circulatorum sæpius hoc Serpentis genus obseruasse, quod catulos, ritu viperarum, enitebatur. Quocirca optimo iure Ætius Ammoditem, Hæmorrhoum, & alios Serpentes huius generis, viperis perquam similes esse tradebat, quam similitudinem non in colore, sed in partu licet nobis contemplari: cum prædicti Serpentes arenacei, fusci, nigricantis sint coloris, qui color nigricans colorem concreti sanguinis propriè emulatur: cum alioquin vipera à flauo, & subflauo colore non recedat.

Quæ emulti Serpentes viperis similes esse dicantur.

Locus proprius Ammoditis.

Si locum natalem consideremus, habemus ex Solino Ammoditem in Libya stabulari: cum tamen pluribus alijs in locis, & potissimum in montibus Illyriæ, ex Quatramio, versentur. Matthiolus non solum in multis Italiæ, & Illyriæ locis, sed præsertim in comitatu Goritiensi, & montibus Iapidiæ, hoc Serpentis genus obseruari tradidit.

In com. ad Dioscor. l. 6. cap. 45.

SIGNA, ET REMEDIA VENENI.

AVICENNAS verba faciens de Ammioduto, & Caubaro, promulgabat demorsos ab huiusmodi feris incidere in vehementissimum dolorem, partemq; affectam apostemate corripi. Hinc fortè Olaus Magnus describens signa veneni huius Serpentis ea esse protulit, quando particula demorsa non solum ingenti dolore, & tumore afficitur, verùm etiam quando virus à vulnere effluit, & propterea si patiens tertio die non perit, quandoq; ad septimam vsq; diem vitam protrahit. At, Inter cæteros authores, clariora huius veneni signa assignat Matthiolus, dum percussos ab Ammodite, festinæ morte opprimi scribit, & à vulnere eorum, qui tam breui tempore non obeunt, sanguinem primò dimanare, labiaq; vulneris intumescere, deinde paulò post saniem effluere, capitisq; grauitatem, & animi deliquium generari. Immò addit homines etiam rubustos ab hoc Serpente ictos triduo interire, & celerius qui à fœmina sauciantur. Quamuis obseruauerit nonnullos ab hoc Serpente percussos, ad septimam vsq; diem vitam protraxisse.

Loco cit.

Animi deliquium sequitur mors huius Serpentis.

Præsidia hoc venenum castigantia, in primis communia laudat Auicennas: deinde tanquam alexipharmaca, castoreum cinnamomum, & radicem centaureæ cum vino exhibet. Item radicem Aristolochiæ longæ, & Gentianæ probat. postmodum pro emplastris parandis, mel exsiccatum, & tritum, radices granatorum, centaureæ, semen lini, harmel, lactucæ, & volubilis præscribit. Verùm Matthiolus admonet primò apponitis cucurbitulis ambitū vulneris scarificandum esse, iniectis tamen vinculis arctissimis partibus superioribus. Deinde tanquam præsidium peculiare mentam ex aqua mulsa poram, castoreum, cassiam, & succum artemisiæ cum aqua commendat. Præterea theriacam in potu exhibet, eademq; vulnus linit, & tandem emplastris attrahentibus vtitur. Immò in hac affectione cataplasmata nomis, & vleeribus Serpentibus conferentia summoperè celebrat.

Remedia veneni Ammoditis.

In com. ad Dioscor. l. 6. c. 47.

DE CE-

www.libtool.com.cn

A

DE CERASTE Cap. IV.

ÆQVIVOCA.

POST Ammodytem de Ceraste verba facere libuit; cum ambo hi serpentes in locis arenosis libenter stabulentur. Cauendum tamen est, ne vocabuli ambiguitas nos decipiat: siquidem Ceraſtes, & Græcis κεράστης, aut secundùm Hesychium, κερασίης, cornutus quidem exponitur: sed postea hoc nomen interdum quandam insecti speciem designat, quæ secundùm Phisiologos, in olea gignitur, deinde in ficu parere perhibetur, de qua Theophrastus vbertim egit. Aliquando ex sententia Scholiastis Aristophanis, Ceraſtes tãquam Cerui epitheton vsurpatur, cum hoc animal magnis cornibus insignitum sit. Amplius apud Hesychium legitur. Κεραιὸς κομήτης, ἀλκεὸς, πολεμικὸς, εἶδος ὄφεως, καὶ ὁ κέρατα ἔχων. Quare ex his verbis Hesychij colligere oportet, prædicto nomine, significari quandam cometæ speciem, quam etiam Plinius Ceratiam à cornu appellauit, deinde piscatorem, vel piscis quamdam speciem, item bellicosum, necnon serpentis speciem, & quodcumq; cornibus est præditum. Præterea Ceraſtes Pausaniæ pater nuncupatus fuisse perhibetur, necnon iuuenis ille Comates, vel cincinnatus, qui olim ab hero in cauata arbore inclusus fuit, & per spatium annuum ab apibus nutritus, de quo cecinit Theocritus hunc in modum.

Insecti genus.
L. 4. de hist. plant. c. 5.
Cometæ species.
Piscis species.
Ceraſtes nomen proprium viri.
Idyll. 30.

B

Non Ceraſtem, quem olim nutrivit ea, qua Taurum habuit patrem.

Tandem Ceraſtæ apud Salaminos quidam boues à magnitudine cornuũ fuerunt nuncupati: nam olim in quodam Insulæ Cypri oppido Amathunte dicto, cum Incolæ supra aram Iouis, trita consuetudine, aduenas sacrificarent. Venus horum crudelitate læsa, ne sedes proprias deserere cogeretur, illos in boues vertit; quorum meminit Ouidius dum cecinit.

C

Atq; illos gemino quondam quibus aspera cornu *Ouid. Metã.*
Frons erat, vnde etiam nomen traxere Ceraſtæ.

Quocirca Tritonius in Mythologia huc respiciens dicebat. *Quid verò de populis illis dicendum, quos Ceraſtas vocant? qui tantum abest, vt hospites benignè, ac liberaliter tractarent, vt illos etiam crudelissimè cadentes in ara immolarent.* Quamobrem nonnulli scriptis mandarunt Cypri incolas tanquam cornibus insignes Ceraſtas cognominatos, & Insulam quoq; Ceraſtiam nominatam fuisse. Nihilominus Xenagoras Insulam hanc potius à situ quàm à cornibus Incolarum, Ceraſtiam vocatam fuisse arbitratur: quandoquidem hæc promontorijs percurrentibus, veluti infestis, & manifestis cornibus assurgat. Immò, ad mentem Plinij, Ceraſtæ dicuntur etiam Insulæ, quæ secus Arabiæ latus propè Syenem in fine Aethiopiæ sitam, conspiciuntur.

Populi Ceraſtæ nuncupati.

D

SYNONYMA ET ETYMVM.

LATINI hanc serpentis speciem Græcos imitati Ceraſtem appellarunt, Illis enim dicitur κεράστης ἀπὸ τοῦ κέρατος, nimirum à cornu, quia hoc animal, ritu cochlearum, duas in fronte eminentias habeat, sed solidiores, & robustiores, non autem arietum cornibus similes, vt perperam voluit Isidorus. Horum Ceraſtis cornuum meminit etiam Nicander in Theriacis, quando cecinit.

L. 12. Orig.

Nec pare consimiles forma sit vbiq; dracones
Cernere, nam gignit nostra hæc Europa minores.
Tum qui molle supra prætendunt cornua guttur,
Et quodam candore micant.

Itaq; vocabulum (Ceraſtes) in vtroq; genere, scilicet tam in masculino, quam in fœminino inflectitur: propterea canebat Lucanus.

 Lybi-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

——— Libyca membrana Ceraſtæ

Et alibi.

——— ſpinoſi ſuaſi torquentis Ceraſtæ.

L. 2. c. 54. Præterea Belloniusin obſeruationibus animaduertit, quòd Ariſtoteles hoc Serpentis genus colubrum Thebanum nuncupauit. Munſterus verò in Dictionario trilingui tradit. Schephiphon eſſe nomen Ceraſtis apud Hebræos. Alfaec Arabicè dicitur Cerufti, & apud Syluaticum Ceruſtes Alberto, & Olao Magno Criſtalis, Ceraſtis nomine in Criſtalim, depravato. Immò non ſolum Criſtalim, ſed Ceriſtalim, Sirtalim, & Triſcalim in ſcriptis Alberti Synonima Ceraſtis eſſe opinamur. Et licèt Geſnerus Criſtalim Dryinum poſſe eſſe dubitet; nihilominus ſymptomata ab Authoribus aſſignata, quæ Ceraſtis, & Criſtalis morſum concomitantur, eadem eſſe liquidò conſtat. De hoc etiam ſcribit Ardoynus ſub nomine, Feriſtali, addito, de hoc nihil peculiare ab Authoribus ſcribi. Auicennas quoq; meminit Criſtalis Serpentis, quamuis in quibuſdam aliis codicibus Triſcalis legatur. Nicolaus tamen Leonicenus legit Sirtalim, cui eadem morſus ſigna, quę Ceraſti, aſſignat. Idcirco Leonicenus eandem ſpeciem Serpentis cum Ceraſte eſſe opinatur. Iraſis vocatur Ceraſte, Gallis Vne Ceraſte, On Serpent cornu, Germanis Ein Gehörnte Schlang.

Synonima Ceraſtis ex Alberto.

Triſtalis, & Triſcalis.

GENVS, ET DIFFERENTIÆ.

OMNES ferè authores tam Græci quàm Latini hanc Feram ad ſpeciem viperę referunt. Albertus tamen inter aſpides cornutas recenſere videtur. Reliqui Arabes hanc ſpeciem anguium ſub genere aſpidum comprehendunt. At Paulus Ægineta de aſpide, & Ceraſte tanquam de ſpecie ſimili in vno, & eodem capite verba fecit. Nicander duo Ceraſtum genera conſtituere videtur, quando de illis canit hunc in modum.

Duę ſpecies ſecundum Nicandrũ.

——— ſed quatuor, aut duo profert
Cornua, cum mutila videatur, vipera fronte.

Nicandri interpretes affirmant quoddam Ceraſtis genus mutilum, & imperfectum vocarum aſſignari, aut quia cornibus careat, aut ſi illa habeat, non ita pateant: hęc doctrina à veritate prorſus aliena non videtur, cũ Auicennas ſcripſerit, Ceraſtis quoddam genus eſſe quod curtũ, & recurtum dicitur vel quia cornua breuiora proferat, vel quia deciderint. Immò maxillas, in comparatione ad alios, grandiores habet & propterea, ad aliorum differentiam, Ceraſtis maxillaris appellatur. Niſi voluerit intelligere illam viperæ ſpeciem in Illyrio naſcentem vnico cornu inſignem, capite tamen latiore, & compreſſiore eadem ſymptomata morſu, quæ vipera, afferentem.

L. 3. cap. de Ceraſte.

Hanc Proſper Alpinus ſcribebat ab Ægyptijs ſuæ theriacæ imponi, & lingua vernacula vocari Thair, voce non longè abſimili à θὴρ. Quam Serpentis ſpeciem fortè ab Ammodyte, ſcilicet vipera cornuta illyrica non diſcrepare obſeruabimus. Albertus Magnus de duobus Serpentibus cornutis, nempe, de Ceraſte, & Ceriſtali, tanquam diuerſis ſpeciebus ſeorſim agit. Nicolaus tamen Leonicenus vnam, & eamdem Serpentis ſpeciem eſſe manifeſtè oſtendit, tum quia ſigna morſus eadem eſſe, experientia docet, tum etiam quia Græci, qui Ceraſtis naturam monimentis mandarunt, nullam prorſus Ceriſtalis mentionem fecerunt. Semerion verò, quem ſecutus eſt Albertus de Ceriſtali tantùm ſermonem habens, Ceraſtis penitus non meminit: hinc errandi anſam accepit Albertus, cum apud Plinium, & Solinum conditiones Ceraſtis legerit, & poſtea ſeorſum apud Semerionem, naturam Ceriſtalis obſeruauerit. Tandem ex Herodoto, circa Thebas Ægyptias, ſacri Serpentes, hominibus nihil noxij puſillo corpore biniſq; cornibus præditi eſſe perhibentur, quos mortuos in Iouis aede ſepeliunt: huic enim Deo ſacros eſſe prædicant. Verùm cum omni prorſus veneno careant non videntur Ceraſtis naturam animalis perniciosiſſimi participare. In præſentia duas Ceraſtis icones exhibemus, primam ad Greuini mentem, ſecundam à viuo Ceraſte delineatam ad Sereniſſimum Hetruriæ magnum Ducem ex Libya delato; de qua fortè ſpecie Ioannes Fauconerus Anglus in quadam epiſtola ad Geſnerum hæc habet. *Allati fuerunt ex*

Lib. 4. de Med. Aegypt.

Lib. 25. de Anim.

Ceriſtalis quis meminerit.

Serpentes hominibus innoxij: vbi.

Cairo

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A *Cairo tres Serpentes ad nobilem quemdam venetum, qui diligentissimè in vitro magno, & arenæ propè focum seruabantur. Tres numero erant, quorum vnus fermè erat triplo reliquis maior & fœmina, quæ tum forte quatuor, aut quinq; oua in ipsa arena edidit magnitudine ferè ouis columbini. Longitudo erat trium pedum crassitudo ferè brachij: caput duos digitos latum, idq; compressum. Oculorum pupilla nigra, reliqua parte alba ex quorum cilijs vtrimq; prominebant corniculæ duæ breuia non carnea, vt in quibusdam alijs, sed verè cornea. Collo erat pro magnitudine corporis tenuissimo, & satis longo. Totus parte superiore tectus erat squamis cinereis, suprema squamarum parte nigricantibus, cauda in extremo extenuata, & subfusca. Alijs duobus eadem erat forma, nisi quòd cornua adhuc non extabant. Dixerunt filios esse illius maioris:* hactenus Fauconerus. Censuit Gesnerus hos Serpentes fuisse Ceraſtes, cuius opinionem descriptiones ex varijs, & probatis Authoribus in campum afferendæ facilè confirmare poterunt.

Epistola fauconeri ad Gesnerum de anguibus cornutis.

B

FORMA ET DESCRIPTIO.

SOLINVS agens de Serpentibus, Ceraſtis meminit, hunc q; quatuor cornibus præditum esse pronunciauit. Albertus verò ab aliorum doctrina recedens, Ceraſti octo cornua assignauit, huiusq; spinas cartilagineas esse tradidit. Hanc sententiam Bellonius explodere conatur his verbis. *Quemadmodum autem inter Authores, qui se se mutuo sequuntur, posteriores priorum errorem suscipiunt; ita Albertus, & alij, trium scorum verba secuti perperam scripserunt, Ceraſtes octo cornua habere. Contrarium enim experti sumus: cum Ceraſtes habeant bina tuberecula, instar granorum hordei supra oculos gemina minuta cornua imitantia.* Deinde Bellonius dentes viperinis similes in Ceraſtibus obseruauit; hosq; æquales, & non recuruos esse protulit Auicennas. Imò veluti Scincus, lineis quibusdam puniceis in dorso transuersis distinguitur, ita alumentem Bellonij Ceraſtes variegatur, & tandem pellis Ceraſtis facilè cedit: propterea Bellonij

C pellem ab animali detractam stamine repleuit, & duplo crassiorem Feræ naturali coperit.

In Polyphi. cap. 40.

L. 2. obser. c. 54.

Opinio Bellonij circa cornua Ceraſtis.

Gillius in Aelianum Ceraſtem contemplans, viperæ aliquo modo præter cornua, & coloris arenæ affimilari promulgauit: itaut, cum non dignoscatur, multi per arenã proficiscentes, colore decepti Ceraſtem calcantes, vitæ periculum subeant. Aetius autem melius formam Ceraſtis exprimere videtur, dum scribit hunc Serpentem cubitalis esse magnitudinis, longissimum verò duorum cubitorum, corpore arenacei coloris, & iuxta caudam desquamato, habentem in capite duas eminentias cornua representantes. Partibus ventris squamas ordine quodam digestas attribuit: itaut obliquè serpendo sonum sibilo similem edat. Id optimè expressit Reusnerus in Paradiso poetico his versibus.

L. 9. c. 39.

Descriptio Ceraſtis ad mentẽ Aetij.

Cornua pretendens immania fronte Ceraſtes,
Dum torquet spinam sibilat ecce vagus.

Rectius autem id totum exponit Nicander in Theriacis, dum viperam cum Ceraſte confert, vt hac ratione, facilius, & melius ab inuicem distingui possint. Quapropter prodidit viperam tramite recto serpere, quoniam breuis, & crassa sit; cum Ceraſtes squamis

D ordine quodam digestis ornatus, & obliquè incedens, non secus, quàm nauis vẽto Africano agitata, à recto tramite declinare cogitur. Sic igitur canit.

Comparatio Ceraſtis ad viperã.

Ex ijs alter echis velocibus obuia spinis,
Recto terga tibi prolixus, tramite ducit,
Sed medio diffusius hic, se corpore voluit
Curuum errans per iter resonantibus aspera squamis;
Qualiter aequoreo longissima gurgite nauis,
Quam violenter agit, nunc huc, nunc Africus illuc,
Pellitur, & lateram gemebunda fragore suorum
Exitra fuleandas sinuosè fluctuat vndas.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Ceraſtes ex Libya, qui viuus ad Sereniſſimum Hetruriæ Magnum Ducem delatus fuit vnà cum Ammodyte.



NATV-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

NATVRA ET MORES.

NARRAT Albertus, ex mente Solini, id Ceraſtibus inditum eſſe à natura, vt homines cornibus petant, quod veritati conſonum eſſe non videtur: legimus quidem apud Solinum, talem Ceraſtibus congenitam à natura fuiſſe aſtutiam, vt arenis totam molem corpoream, exceptis cornibus, obruant; quorum motu aues alliciant, quæ vermes eſſe putantes aduolant, & protinus eſca cornutorum Serpentum euadunt. quapropter non iniuria cum Poeta canere licet.

In Polyhiſt. c. 40.

Crinalem attollunt ſquamæ ſtridore Ceraſtem
Bis gemino cornu, quo capit hæc volucres.

Item Nicander iure optimo Serpentem hunc doloſum, & inſidiatorem appellauit his verbis.

Nunc potes aſtutum, inſidiatoremq; Ceraſtem
Noſcere.

Greſſus flexuoſus Ceraſtis.

Inſuper greſſum flexuoſum Ceraſtes à natura comparartunt. Idq; inde ortum eſſe narrat Celſus, quoniam cum hæmorrhoum calcaſſet Canobus Menelai gubernator, ictu huius interijt. Ideo hoc conſpicata Helena, & ægrè ferens, ſpinam hæmorrhoi confregit, vnde factum eſt, vt hoc Serpentis genus, vnà cum Ceraſte ſpinam confractam habere, & obliquo greſſu incedere conſpiciatur. Rurſum Belloníus duo à natura his Serpentibus congenita obſeruauit, primò, quòd viperarum ritu, fœtus viuos edant: ſecundò, quòd inter omnia ſerpentum genera, diutiſſimè potu carere poſſint.

Temperamẽtũ Ceraſtis quale.

Si temperaturam contemplemur. Ardoynus Ceraſtibus temperamentum in exceſſu calidum, & maximè venenoſum aſſignat: præterquamquòd, ex Cardano, ſerpentes in cauda vngulam, & in fronte cornua habentes immodicè ſicci, & pernitioſi eſſe ferantur. Verum, licèt Ceraſtes peſtiferi ſint ſerpentes; nihilominus Pſyllos populos, vel inſtincta quodam naturali, vel ob naturalem ſympathiam, non attingunt. Ideircò Pſylli volentes hominem quempiam num ſit ex ſua natione, explorare, inter Ceraſtes collocabant; namq; ab illis intactum ex Pſyllorum progenie dimanare aſſeuerabant: Hinc Poeta quidam ad id alludens de Atiro à Pſyllis progenito ſic canebat.

Atir ſerpentes veneno ſpoliare nouit,
Dignoſq; tardos incauiare,
Poſtremò cum Ceraſtis prolem explorabat,
De qua dubitabatur.

Demùm Ceraſtes, & Elephas natura liter ob antipathiam quamdam à ſe inuicem diſſentire dicuntur niſi Volaterranus (referente Aeliano) pro cornuto, hircum Ceraſtem, reddiderit: qua de cauſa Serpentes, & Ceraſtes, ex Dioſcoride elephantiaſi mederi perhibentur.

LOCVS.

NON eſt in dubium reuocandum Africam Ceraſtibus redundare: cum ſcripſerit Diodorus Siculus, loca Libyæ mediterranea cumulis arenarum referta eſſe; ideoq; quò plus vitæ neceſſarijs carent, eò varijs, magniſq; Serpentibus, & ijs præſertim, quos Ceraſtas vocant morſu lethali inſignes, ſunt fertiliora. Ferunt hos quondam ſerpentes in Aegyptum tranſmigrantes magnam regionis partem inhabitabilem reddidiſſe. Quamobrem Lucanus de prædicta regione loquens canebat hunc in modum.

L. 9. pharſal.

In gladios iurata manus pro Cæſare pugnant
Dipſades, & peragunt ciuilia bella Ceraſtæ.

Lib. 6.

Alibi quoq; idem Poeta ad rem ſcribebat.

Aut viuentis adhuc libycæ membrana Ceraſtæ.

Inſuper Ioannes etiam Boëmus, in libro de moribus gentium, Ceraſtes in Africa

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A fuccessus significat: de qua regione agens Baptista Mantuanus sic cecinit.

Eura, vbi serpentes habitant, vbi regulus inter
Mille Cerastarum strabulæ immanissima regnat.

Præterea Bellonius recenset, quod in itinere ex Cairo in Montem Sinai, non solum viperas, sed etiam copiosos Ceraites conspicatus est. Alioquin si locum peculiarem huius serpentis inuestigemus, ipse libenter degit in vijs, per quas plaustra aguntur, in quibus occultatus obuium quempiam aggredi, & perimere possit: quapropter authores non immeritò hunc serpentem vafrum, & dolosum nuncuparunt. *L. 2. obser. cap. 56.*

SIGNA VENENI CERASTIS.

B Dioscorides venena perpendens scriptum reliquit partem à Cerastibus percussam intumescere, & pustulis oborientibus duram fieri, ex qua postmodum sanies modò nigricans, modò subpallida effluit. Deinde patiens vertigine correptus, & teasis genitalibus conuulsus obit. Prædictis signis addit Actuarius alienationem mentis, quam ictus Cerastis inducere solet. Quamobrem Nicander hæc omnia signa his versibus complectitur. *Lib. 6*

Signa veneni Cerastis, ex Nicandro.

Is si forte grauem Serpens impresserit ictum,
Fit similis clauo tumor, obscuraq; leuantur
Pustulæ, & afflicta non magnum parte dolorem
Exagitant, verùm tristis magis inguina tentat,
Atq; ambos poplites labor, & pallente colore
Exanimis, fractisq; fatiscens viribus ager
Conspicitur, ter, tresq; dies superum aethera cernit,
C *Raroq; conceptam fugit hoc ex vulnere mortem.*

Quare ex doctrina huius authoris colligêdum est, præter narrata signa, duritiem quandam instar capitis claui, in loco affecto oboriri, quæ non ab alia causa, nisi à malitia veneni partem indurantis, prouenire potest. Ideoq; Auicennas, & eius Asseclæ, per tumorem clauo similem, dolorem partis affectæ instar punctura acus, vel claui expositurunt, quam sententiam nullo modo amplecti debemus: propterea quod, neq; Dioscorides, neq; Actius huius symptomatis mentionem fecerunt. Nicander autem intelligere voluit non dolorem sed duritiam capiti clauorum similem, quæ ictum Cerastis semper concomitatur. Dolor vero inguinum, & poplitis obseruatus à Nicandro, ex magna neruorum contractione ortum ducit. Mentis autem alienatio visus hebetudo, & labiorum inflatio ex copiosis dimanat humiditatibus, quæ liquatæ per totam cerebri regionem disseminantur. Genitalis tandem erectionem, & aliorum neruorum contractionem malitia caloris mirum in modum exsiccantis generat. Causa pustularum, & coloris liuidi totius corporis ex generali doctrina Serpentum elicienda est. Ad D finem ex Actio, eadem accidentia in morsu Cerastis, quæ in morsu viperæ, sed sæuiora, & vehementiora contingunt. *Duritia ictum cerastis concomitans.*

Reliqua accidentia à qua causa dimanent.

VENE-

www.libtool.com.cn

E

VENENI CERASTIS MEDELA.

Lib. 6.

VM Dioscorides virus Ceraſtis veneno Baſiliſci ſimile exiſtimauerit præciſionem membri à Ceraſte percuſſi ſtatim à chirurgo faciendam eſſe probauit: nam qui diſert hoc præſidium, ex eiuſdem authoris ſententia, proculdubio ægrotanti lethum affert. Alioquin partem demorſam illico ſcarificandam, & ferro candenti inurendam eſſe aſſeuerant; cui opinioni Paulus Ægineta, & Actuarius adſtipulantur. Non ſunt præterea omittenda multa ſimplicia medicamenta, quæ huic vulneri non vulgarem opem afferre poſſunt. Etenim Porta plantas ſquamis refertas morſibus animalium ſquamoſorum mirum in modum opitulari pronunciabat. Ideoq; pix ex arbore picea ſtillans, ad mentem Dioſcoridis, Ceraſtum ictibus cum ſale illinitur. Item cedria cum ſale impoſita commendatur. Celſus farinam hordeaceam, nec non rutam ex aceto coctam, & nepetam cum ſale, & melle permixtam præſto eſſe arbitratur. Immò ſtercus caprilum cum aceto coctum, & parti ſaucię imponendum iudicat: deinde aſphodelum arefactum, magnitudine ægyptiæ fabæ, cum modico rutæ bis patienti exhibet: item trifolium, mentaſtrum, & panacem cum aceto, necnon caſſiam, coſtum, & cinnamomum in potione præſcribit.

Lib. 4. Phyt. cap. 2.

Simplicia medicamẽta morſui Ceraſtis cõferentia.

Plinius pice cum polenta quandoq; vtitur, interdum Caſtoris teſtibus cum panace, & ruta in vino patienti medetur. Quandoq; ſemine ammeos ad pondus drachmarum duarum cum pari portione myrrhæ adhibet Auicennas cæpam cum aceto tritam parti affectę applicat, interdum ſeſamum laudat: immò ſemen raphani, vel caſtoreum, vel calamenthum campeſtre cum vino, tanquam præſidium mirabile extollit. In hoc caſu non ſunt ſperneadi accipitres: ſiquidem Diodorus Siculus ſcripſit has aues ab Ægyptijs coli, quoniam ad Scorpiones, & Ceraſtes expugnandos, & delendos proſint. Demum Callias (referente Æliano) in hiſtoria, quam conſcripſit de Syracuſano Agathocle, & homines, & beſtias peſtifero Ceraſtis ictu perimi aſſeruit, niſi vir Libycus natione Pſylias ad ſanandum morſum acceſſerit. Hic ſiue accerſitus, ſiue fortuitò aduenies, & patientem dolore afflictatum inuenerit, ſola ſaliua dolorem mitigat: ſin ægrum vehementi dolore vexatum, & quaſi exanimem comperierit, illicò hauſta aqua, os ſuum primò colluit, poſtmodum eam in poculum proiectam ſaucio ſtatim propinat. At ſi veneſica vis in patientem mirandum in modum ſæuiat: tunc Pſyllus ægrotanti nudo nudus accumbit, & proprio corpore venenoſi vigorem frangens, patientem liberat. Propterea legitur apud Ælianum quod quando virum Libycum adulterij vxoris ſuſpitio inuaſit, infantem recenter natum in dolio Ceraſtarum pleno locat, cuius infantis à Ceraſtibus intacti ſe legitimum patrem eſſe arbitratur.

Accipitres valent ad morſũ Ceraſtis.

Lib. 9. de Anim. c. 38

Pſilli qua ratione ſanent ſaucium à Ceraſtibus.

Loco cit.

EPITHETA.

H

IOCVS natalis occaſionem dedit Poetis Ceraſtem nuncupandi Libycum quandoquidem, vt ſuperius fuit annotatum, in Africa hoc Serpentis genus libentiſſimè ſtabulatur. Statius Ceraſtem appellauit crinalem, quoniam poetæ crines Furiarum infernalium angues cornutos eſſe fabulati ſunt Lucanus aliquando Ceraſtem vagum nuncupauit; quoniam obliquè, ſeu inſtar litteræ S. curuus gradiatur: ideo non eſt mirandum, ſi à Nicandro in Theriacis σχολιοπλανὴς, nempè obliquè incedens nominetur. Deinde anhellans, aſtutus, & inſidiater eſt appellatus: propterea quòd vaframentis plenus in ſemitis delitescens, tranſeuntes inuadat: non immeritò igitur Nicander χαράξιπ δολόεντα indigitauit.

Ceraſtes cur Crinalis dictus ſit.

ALLE-

www.libtool.com.cn

A

ALLEGORICA ET MORALIA.

LAVRETVS in Sylua allegoriarum meditans improbos, & malignos Ceraſtum mores, retulit hoc Serpentum genere, deſignari illos, qui nimia freti poteſtate, alios perterrefaciunt. Vnde in ſacris Biblijs legitur. *Dan Coluber in via Ceraſtes in ſemita mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò.* Propterea Ceraſtes Antichriſtum etiam ſignificare poterit, qui Chriſti fideles, morſu peſtiferæ prædicationis, & cornibus poteſtatis armatus, adorietur. Quinimò Diabolus, & ipſe, ratione morum, Ceraſti aſſimilatur: nam ſi Serpens hic fabulo occultatus, & cornibus ſupra arenam eminentibus, aues alliciendo eas decipit: pari ratione Diabolus ab omni perfectione abhorrens, cornu tentamenti, viros iuſtos inuadens, blanda tectus ſpecie, defraudat. Amplius ſimoniacus perbelle naturam huius Serpentis æmulatur: namq; ſi Ceraſtes obliquo greſſu ſuum peragit iter; item ſimoniaci vias indirectas calcantes, dignitates petunt. Deinde ſi Ceraſtes mole corporis arenis tecta, cornibus tantummodo detectis, aues ineſcat: ita ſimoniaci, occultata omni ſeueritate, cæteros ad ferendam opem alliciunt, ſed cum honorem deſideratum fuerint aſſecuti, alios inſtar Ceraſtis, opprimunt. Quamobrem Ripa, iuſtis de cauſis, ad exprimendam Simoniæ iconem delineauit iuuenem, quæ ſiniſtra manu Ceraſtem ſtringit. Ex altera parte ad mentem Laureti in ſylua Allegoriarum Ceraſtes pro Iudice prudente, & potente intelligi poteſt: immò pro Chriſto, qui nouiſſimo die, ad reos condemnandos, maximo, & repentino horrore accedet.

In Genes. c. 49.

Antichriſtus per Ceraſtem ſignificatur.

B

Simoniæ ſimulacrum.

VSVS IN MEDICINA.

C EX cornu Ceraſtis vtilitatem incredibilem ad prodendum venenum homines recepturos eſſe, multi affirmant. Etenim promulgauit Greuinus ſe intellexiſſe cornu Ceraſtis, præſente vipera, aut napello, aut felle Pardi, exudare. Id Petrus, de Abano, quem Conciliatorem vocant, in libro de venenis atteſtatur: quandoquidem monimentis mandauit à cornibus Ceraſtum, præſente veneno, ſudorem emitti: quocirca Principes his cornibus in menſa vtuntur, & manubria gladiorum ex his fabrefieri curant.

Lib. 2. de Veneni, c. 1

DE HÆMORRHOO Cap. V.

ÆQVIVOCA.

D DVPLICI ratione moti, hiſtoriæ Ceraſtis illam Hæmorrhoi adiungere neceſſarium eſſe duximus: primùm quoniam hic Serpens inſtar Ceraſtis, quibuſdam cornuum rudimentis coronatus incedit: deinde quoniam obliquum Ceraſtis greſſum apprimè æmulatur, itaut ratione inceſſus à ſe inuicem diſtingui minimè queant. Itaq; Serpentis huius nomen æquiuocationem effugere non potuit: quandoquidem ſi appellatur hæmorrhois, & hæmorrhous: primitus αἱμορροὺς nempè hæmorrhois, apud Græcos, ſanguinis effuſionē paulatim factam ſignificat, à verbo græco αἱμορρόεω ſanguinem fundo. Hac de cauſa hoc eodem vocabulo à medicis Græcis αἱμορροὺς illud genus venarum ſedis deſignatur, à quibus identidem reſeratis earum orificijs ſanguis effluit. Pariter αἱμορρόους, & contractè αἱμόῤῥους, nimirum hemorrhous, ſiue hemorrhus non ſolum indicat illud Serpentis genus, de quo in præſentia diſſeritur; verùm quoq; mulierem, quæ menſtruas fluxiones patitur.

Hæmorrhois in quo differat ab hæmorrhoo.

SYNO

www.libtool.com.cn

E

SYNONYMA ET ETYMVM.

HÆMORRHOVM Latini Græcos, vt solent, imitati, hunc Serpentem indigitarunt. Nam αἱμορρόους ὄφις apud Eustathium legitur: cum tamen apud alios authores, αἱμορρόους ὁ pro mare Serpente huius generis, & αἱμορρόους ἡ pro fœmina vsurpetur: deriuant nonnulli hoc nomen ἀπὸ τῦ αἵματος, nempe à sanguine; cum Textor, & Volaterranus hunc Serpentem partim nigro, partim sanguineo colore refertum esse scripserint. Verùm Satius erit, ad mentem Galeni, etymologiam deducere ἀπὸ τῦ αἵματος, scilicet à sanguine, & à verbo ῥέω, nempè fluo. cum solo huius Serpentis ictu, sanguis ab omnibus corporis meatibus effluat: scribebat igitur Galenus in libro de theriaca ad Pisonem, quòd hæmorrhous, & hæmorrhois, suis nominibus, similem hominibus perniciem afferunt; quandoquidem saucij ab hoc serpente, sanguinem per os, nares, & deniq; per omnes porros corporis effundentes intereunt. Ideirco non fuit hoc F ignotum Lucano, qui meditans naturam huius serpentis à sanguine profluente nomen inuenientis, sic canebat.

Hæmorhoi etymum.

L. 9. Phars.

At non flare suum miseris passura cruorem
Squamigeros ingens hæmorrhois explicat orbes

Reusnerus quoq; in Paradiso Poetico Lucanum æmulatus sic canit.

Squamigeros ingens hæmorrhois explicat orbes
Læserit hæc, toto corpore sanguis abit.

Hinc Georgius Pictorius contemptans Tullium iuuenem ab hæmorrhoo percussum cecinit huiusmodi.

Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo
Magnanimo, fluxu sanguinis, & periit.

Præterea hic serpens apud illarum aspis hæmorrhois, apud Arnoldum, Afrodius, apud Syluaticum Afidius, & apud Auicennam Afudius, & Sabrin nominatur: siquidem hic G author verba faciens de Serpentibus, quorum ictu, sanguis ab omnibus corporis partibus dimanat, ibi Afidium, & Sabrin memorat, omniaq; recenset symptomata, quæ in morsu hæmorrhoi contingere solent.

L. 4 fen. 6. tract. 1. ca. 36.

Insuper hic Serpens Alberto Alfordius vocatur: immò tribus diuersis nominibus ipsũ cõprehendere videtur, dũ primũ de Alfordio deinde de hæmorrhoo, & demũ de Sabri sermonem habet; cum hæc varius, & eiusdem Serpentis Synonyma esse non animaduerteret; quoniam tantum modo inter hæc nomina non autem inter naturas horum animalium differentia assignanda est: quamobrem in progressu sermonis, ex ictibus horum Serpentum eadem prodire symptomata recitat, quæ in morsu hæmorrhoi obseruantur. Rectius igitur scripsit Auicennas, qui hæmorrhoum silentio inuoluens, Afudium tantùm, siue Sabrin nominauit. Cæterùm Olaus Magnus ab Alberto deceptus tres huius Serpentis species enumerauit, dum prima fronte de Sabri disseruit, cuius ictu omnes reciudi venas asseruit, & paulò post addidit Serpentem esse hæmorrhoum nuncupatum, cuius morsu homo percussus, sanguinis fluxu perit, & tandem capite subsequenti meminit Alfordij similem Sabri naturam participantis. Quapropter ex verbis Olai Magni hæc nomina vnius, & eiusdem Serpentis esse synonyma colligendum est. H

Alfordius serpes apud Albertum.

Alfordius serpes qualis.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

FORMA, ET DESCRIPTIO.

PARVVM serpentem hæmorrhoum, & in genere viperarum esse asseuerauit Aelianus; quoniam fortè viuos fœtus, ritu viperarum, edere crediderit. Postmodum addidit pedis longitudinem adæquare, habitum corporis à capite in tenuitatem procedere, colore partim flammeo, partim nigro insignitum, caput tanquam quibusdam cornibus inhorrescere, lento gressu serpere, obliqua', & non recta via proficisci, gradiendo q; lenem quemdam strepitum edere, quæ omnia ex Nicandro in Theriacis desumpta esse videntur: vbi infrascriptis versibus in latinum sermonem translatis, huius Feræ descriptionem sic assignat. *Gressus hæmorrhoi qualis.*

B
Vnum longa pedem, totoq; gracillima tractu,
Ignea quandoq; est, quandoq; est candida forma;
Constrictumq; satis collum, & tenuissima cauda.
Bina super gelidos oculos frons cornua profert
Splendentum quadam radiorum albentia luce,
Syluestres, vt apes populatrices q; locustæ.
Insuper horribile, ac asprum caput, horret, & instar
Ipsius obliquæ suæ paruula terga Cerastæ
Claudicat, ex medio videas appellere dorso
Paruum nauigium terit imam lubrica terram
Aluus, & haud alio tacitè trahit ilia motu,
Ac per arundineum si transeat illa grabatum.

Quamobrem cæteri Authores sententiæ Nicandri adherentes, non solum huic serpenti longitudinem, & latitudinem vipera minorem, sed etiam oculos igneos, & locustæ similes assignarunt. Idem Actius, & Auicennas attestantur. Immò addit Auicennas
C dorsum multis notis albis, & nigris variegatum esse, & collum, in comparatione ad viperam, esse angustum, & caudam tenuiorem, & dentes æquales ei inesse.

Deinde hic Serpens squamis ita ficeis est munitus, vt proficiscens strepitum sono arundinum vento concussarum similem edat. Quare vnà cum Pareo possumus affirmare hunc Serpentem esse corpore pusillo, ardentibus igneo quodam fulgore oculis, cute splendidissima, dorso multis notis nigris, & albis maculato, ceruice angusta, & cauda prætenui cum corniculis supra oculos, & tandem obliquè instar Cerastis reptat. *L. 20. c. 18*

Quibus omnibus Matthiolus in Dioscoridem adstipulatur. Quidam, ex Hermolao, huic Serpenti ruffos attribuunt pedes, quibus obliquo incedit tramite, sed perperam, quandoquidē hæmorrhous omni prorsus pede caret vt in sequenti figura licet intueri. *L. 6, c. 50.*

NATVRA.

D HOC Serpentis genus id sibi à natura comparasse Ælianus retulit, vt, in motu, admodùm segne, & pigrum sit. In gressu autem marem, à fœmina dignosci tradit Ætius; non ratione tardi motus, vel symptomatum, quæ, ob morsum, patientes vexant; sed quoniā fœmina infernè gressum circa caudam firmat; cum mas ventri tantummodo insitatur, & collum serpendo extendat. Alioquin naturaliter incedit, non secus, ac nauis mare sulcans: cum reptet more vndæ, quæ assurgit, & deprimitur: siquidem hæmorrhous anteriorem partem attollit, cum posterior est depressa, & vicissim. Qua de re Nicander, ad exprimendum naturalem huius Ferę motum nauigij vocabulo vsus est: veluti in recitatis versibus est legendum. *Animal vigrū, & segne.* *Incessus huius serpentis qualis.*

Eodem enim modo millepedes, & alij hortorum vermes, quasi essent elumbes, reptare videntur: quoniam partem anteriorem protrudunt, ventrem in terra firmant, & deinde etiam posteriora trahunt. Causam autem obliqui incessus hęmorrhoi, nonnulli attribuunt Canobo Menelai gubernatori, qui in Ægypto, Thonide regnante, in *Causa obliqui gressus huius serpentis.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

182

Icon Hęmorrhoi ad mentem Parei.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A hanc Feram incidisse fertur; vnde Helena; vi huius veneni intellecta, Serpentis spinam confregit, & pharmacum exemisse dicitur (per pharmacum enim Græci & venenum, & medicamentum intelligunt) in quem verò vsum, Ælianus se ignorare asseuerat. Nicandri verò sententia fuit ab Helena iratа spinam huius bestiæ confractam, non autem in gratiam alicuius pharmaci exemptam fuisse. Quamuis Spondylos Serpentum interdum aduri, & adustos elephantiasi, & lepræ mederi manifestum sit. Versus autem Nicandri in latinum sermonem translati sunt tales.

Quondam animosa Helena cygni Iouis inclyta proles,
Euersa rediens Troia (nisi vana vetustas)
Huic indignata est generi, Pharias vt adoras
Venit, & aduersis declinans flamina ventis,
Fluctiuagam stauit iuxta Nili ostia classem.
Namq; vbi Nauclerus se fassum fortè Canobus
Sterneret, & bibulis fusus dormiret arenis,
B *Læsa venenosos hæmorrhois impulit ictus,*
Illesamq; tulit lethali deuse quietem.
Protinus ouipara cernens id filia Lede,
Oppressa medium Serpenti feruida dorsum
Infregit, vitaq; excussit vincula spinæ.
Qua fragili illius sic dempta è corpore fugit,
Et graciles hæmorrhoi, obliquiq; Cerastæ
Ex hoc clauda trahunt iam soli tempore membra.

Ex quibus versibus eliciendum est hanc fabulam ita sese habere. Cum Menelaus, post vastationem Troiæ, & Helena recuperata, in Græciã reuerteretur, vi Aquilonaris venti tempestate oborta, ad Nili quoddam ostium à Patrono nauis tunc Canobum nuncupatum appulit. Itaq; Canobus cum in arena Thonide dicta, quia tunc Aegyptijs Thonis imperaret, vires reficere vellet, pede hæmorrhoum calcans, ab eoq; demorsus interijt. Hinc Helena incredibili mærore, ob viri huius interitum afflictata, accurreas
C tanto impetu hæmorrhoi dorsum calcauit, vt inde huius Serpentis; & Cerastis species obliquè & claudicans reptauerit. Huius fabellæ nemo Priscorum meminit, præter Aelianum, qui omnia ex Nicandro desumpsit. Immò apud eundem Nicandrum Ronsardus quoq; hanc fabulam legisse videtur dum sic cecinit.

Fabulæ narratio.

Quis meminerit huius fabulæ

Non debuisses, Helena, pedibus illos calcans
Renes conquassare, sed perdere prolem.

Ad finem Ardoinus contemplans naturam huius venenosi anguis, ipsam esse in excessu calidam iudicauit; cum huius ictu orificia venarum & meatus totius corporis iam facile aperiantur vtinde sanguis veluti sudor egrediatur.

LOCVS.

D HVNC Serpentem in arenis ægyptijs libenter diuagari inde colligitur; quoniam Celius Rhodiginus monimentis mandauit, quòd Hæmorrhous ideo Thonius à Nicandro fuit cognominatus, quia locis ægyptijs, quibus olim imperauit Thonis, summopere delectaretur. Immò in regionibus etiam Indicis versari non esse absurdum opinamur: cum Diodorus Siculus scriptum reliquerit, in eo tractu Indiæ, quò Alexander Porum persequens, exercitum traiecerat, magnam vim Serpentum stabulari, qui cum essent parui, varietate tamen corporũ distinguebantur: etenim alij æreis virgis specie; erant consimiles, alij densam, & hirsutam cristam arrigebant, & talis erat illorum vis morsus, vt percussis citissimam necem afferrent. Verùm si aliqui etiam leuiter lædebantur, grauissimo torquebãtur dolore, & à toto corpore sanguineus quidam sudor dimanabat. Quapropter si huiusmodi Serpentes non erant hæmorrhoi, ijs tamen congeneres esse credebantur. Atsi particularem huius Serpentis sedem inuestigemus: scribebat Aelianus saxorum cauernas ab hac Serpentum specie sũmopere diligi, quod à Nicandro proculdubio desumpsit, qui in Theriacis de peculiari loco hæmorrhoi hos protulit versus, qui latino sermone sic sonant.

Li. 16. loct. Antiq. c. 9. Hic anguis cur Thonius dictus

Lib. 9. de Anim. c. 43

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Cui noscenda sit hic serpens hæmorrhois, audi,
Rimosas colit illa petras sibiq; aspera tecta,
Et modicè pendens facit, instexumq; cubile.

SIGNA VENENI.

Signa alia ta a Galeno

GALENVS in libro de Theriaca ad Pisonem percussos ad hæmorrhoo in hoc horrendum symptoma incidere pronunciauit: quòd sanguis ab omnibus corporis partibus tanquam pluuia fluere videatur. Id postea elegantèr expressum fuit à Lucano his versibus.

L. 9. pharsaliæ.

Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo
Magnanimo iuueni, miratoriq; Catonis,
Vtq; solet pariter totis se effundere signis
Corycij pressura croci: sic omnia membra
Emisere simul rutilum pro sanguine virus,
Sanguis erant lacrymæ, quæcunq; foramina nouit.
Humor, ab ijs largus manat cruor, ora rubandant,
Et patulæ nares, sudor rubet, omnia plenis
Membra fluunt venis, totum est pro vulnere corpus.

Lib. 9. de Anim. c. 43.

Deinde Aelianus prædicto symptomati alia magis peculiaria addit signa: nimirum quòd punctus cyanei coloris in vulnere oritur, patiens stomachi dolore corripitur, deinde oculorum caligine detinetur, & si quæ sint in corpore patientis cicatrices recrudescunt; quę omnia à Nicandro desumpta esse videntur quoniam in Theriacis sic canit.

Protinus horrendos, vbi mordens intulit ictus,
Decolor accurrit species, quędamq; nigredo
Anxia corda dolent, gelidè sitis ingruit vndę.
Quin & sanguinei prima sub nocte fluores
Ipsis prosiliunt è naribus, auribus, ore,
Vesicaq; simul, quæ sunt in corpore plagæ
Rumpuntur, quadamq; cutis fuligine marcet;
Ergo caue, in primisq; suum ne fumina virus
Inuomat: hæc quoniam diro quem presserit ore
Ignitas queritur gingiuas, atq; per ipsos
Erumpens vngues miro fluit impete sanguis
Et male olente madent fœdi putredine dentes.

Quare ex verbis Nicandri elicimus, quòd inter accidentia, quæ hæmorrhoi morsum concomitantur, primùm recensetur color læsæ particulæ, quæ ad nigredinem vergens, calorem natiuum labefactatum, & à mala veneni qualitate ferè extinctum arguit. Deinde sequitur dolor cordis, nempè ventriculi cum Prisci os superius stomachi cor appellauerint. Id non fuit ignotum Nicandro, dum verba faciens de aconito canebat.

Os ventriculi aliquã do cor nominatur.

Crassantur circum præcordia summa grauiq;
Errore infestant morsus in corde molestos,
Oreq; ventriculi parsunt sublata patenti,
Quod cor, ventriculi quidam cellamq; vocarunt.

Oritur autem prædictus dolor ab exquisito oris ventriculi sensu ob cæterarum partium anxietatem. Hoc symptoma, crassante pestilentia, obseruatur, dum venenata qualitas prædictæ parti sensim communicatur. Quocirca ventriculus mirum in modum labefactatus suo fungi munere minimè potest: immò vomitus excitatur, & diarhea, retentricè intestinorum facultate debilitata, subsequitur. Item sanguis à cæteris partibus funditur, dum à veneno retentrix membrorum facultas paulatim dissoluitur, & dissipatur. Tandem vulnera iam in patiente consolidata recrudescunt ob nimiam veneni siccitatem: quemadmodum, æstiuo tempore, vrgente insigni siccitate, terram scindi, & rimas fieri contingit. Id autem eo potissimum in loco accidit, vbi antea terra disrupta fuit.

Causa doloris ventriculi.

Cur sãguis manet ab omnibus partibus.

Præterea alia infinita succedunt symptomata, vt difficultas respirationis, vocis priuatio

www.libtool.com.cn

A uacio, & animi deliquium, quæ à nimia sanguinis euacuatione originem ducere possunt. Signa verò quæ narrantur ab Auicenna, Alberto, & Olao magno, dum Asudius, siue Alsodius, & Sabrin mordent, sunt hæc. Porri cutis effundunt sanguinem, vomitus excitatur, venter soluitur, anguli oculorum in tumorem eleuantur, anhelitus impeditur, vrina difficilis redditur, dentes cadunt, & tandem interit aeger. quæ signa à symptomatibus morsu hæmorrhoi genitis discrepare haud quaquã videntur. Quamobrem Matthiolus in Commentarijs ad Dioscoridem, ex prædictis omnibus concinnatũ quasi epilogum assignat, dum inquit. In morsu hæmorrhoi color loci percussi fit cruentus, ex quo ab initio nihil, præter aquosum quoddam, effluit; ventriculus dolore afficitur: deinde sanguis non solum ex foraminibus morsus, sed etiam ex naribus fluit: spirandi difficultas subsequitur, & si quæ in corpore obductæ fuerint cicatrices, recrudescunt. In morsu fœminæ, scilicet hæmorrhoidis, anguli oculorum, & radices vnguium sanguinem fundunt: immò sanguis ab omnibus corporis meatibus manat, & tandem dentes, putrefactis gingiuis, exeidunt. *L. 6. c. 50.*

Signa morsus hæmorroidis.

B

MEDELA.

MORSVS hæmorrhoi, & dipsadis, nonnulli immedicabiles esse arbitrantur. Alij tamen ad communia ictus serpentum præsidia confugiunt: alij partem læsam prius scarificatam ferro candenti inurunt: alij partem immediatè præcidunt; deinde cataplasmatis validè attrahentibus vtuntur. Itaq; in hoc casu prima facie præscribenda sunt medicamenta, quæ sanguinem vndequaq; implacabiliter dimanantem supprimere possint: nam Dioscorides plagæ imponit emplastrum ex folijs vitium coctis, & vnà cum melle tritis: postmodum portulacam cum polenta commendat, antequam vrina cruenta prodire incipiat. Matthiolus in Commentarijs ad Dioscoridem, allium deuorandum, & vinum dilutum exhibet, vomitum prouocat, & theriacam præ-
C scribit: vulnus aqua frigida abluit, & demùm regionem veficæ spongijs calidis fouet. Paulus Aegineta caput hæmorrhoi crematum in vino potandum præbet: postmodum allium cum vino, & oleo necnon vuas passas minimè improbat.

Quæ medicamẽta primo præscribantur.

L. 6. c. 50.

Auicennas, præter medicamina præscripta, In primis sanguinem coercentia, vt farinam hordei cum vitrica, & albumine oui subactam memorat: deinde semen raphani cum vino, succum papaueris, cum radice lilij cælestis, necnon emplastrum, cum farina hordei, arnogloſſa, & gallis summoperè extollit. Celsus tam in ictu Cerastis, quàm Hæmorrhoi, & Dipsadis, asphodelum arefactum, ad fabę aegyptiæ magnitudinem, tradit: tum trifolium, mentastrum, costum, cassiam, & cinnamomum præscribit Plinius scriptis mandauit mustum serpentibus, sed præcipuè hæmorrhoidi, & salamandræ aduersari: deinde vitellum oui in hoc casu summoperè probat; quamuis Dioscorides hanc virtutem albumini potissimum attribueret. Rursus flores, & mora rubi, ex Plinio, huic morsui non vulgariter prodesse possunt. Demùm non est omittenda portulaca syluestris, quam nonnulli peplium vocant: hæc enim, ad mentem Plinij, sagittarum venena retundit, & in cibo sumpta, & ictibus superpositа, virus serpentum, sed
D præcipuè hæmorrhoidum, & præsertim superat. Si desideratur herba, eius semen simili facultate præditum esse Plinius testificatur.

Medicamẽta ab Auicenna præscripta.

Albuminis oui virtus.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

DE SEPE. Cap. VI.

ÆQVIVOCA.

L.20.c.18 CVM Ambrosius Pareus hunc Serpentem Hæmorrhoo persimilem, & obliquè incedentem, pronunciauerit iuri consonum esse iudicauimus, huius bestiæ historiam hoc in loco exarare. Verùm hoc nomen inter vocabula ambigua est collocandum; nam in primis apud Hesychium, & Varinum leguntur σῆπες ζῶα ἑρπετα, ἢ ἔφεις nec præter rationem: quandoquidem Seps in lacertarum numero, & in Serpentum genere recensetur. Nicander enim Sepa pusillo corpore, exiguis lacertis non dissimilem esse statuit; alibi verò inter mortiferos angues enumerauit. Ab hac sententia Dioscorides non recedens, post lacertas, Sepis, & corpore, & forma eis similis meminit: deinde ab eodem Dioscoride alibi inter genera viperarum Seps connumeratur, dum acetum mulsum aduersus ictum huius Serpentis commendatur. De lacerta chalcidica quę etiam Seps cognominatur, plura legenda sunt in historia Quadrupedum ouiparorum. Aelianus quoq; sepis Serpentis meminit, & capite subsequenti idem nomen lacertę chalcidicę conuenire astruit: cum aereis quibusdam virgis insigniatur, & putredinem mordendo, ritu Sepis Serpentis, membro percusso afferat. Alioquin Seps à Nicandro pro quocumq; Serpente malefico vsurpatur dum in Theriacis sic canit.

Lib.2. *Lib.5.* F

L.1 cap.6. *Li.9.c.54.*

Seps dicitur quilibet Serpens maleficus.

Præterea candens niue, & asper vepribus othrys
Rufis reptilibus scatet, & cana vallis, & alta
Ac riuida, salebris rupes, nemorosaq; saxa
Quà sitibundus, & haud apparere colore
Visus seps habitat, seps semper concolor illi
Qua sub fossa tenet tecta, atq; cubilia terræ. G

Doctissimus vir Greuinus, per Othrym Græciæ montem, à Nicandro quoscumq; montes à Serpentibus habitatos, & per vocabulum Sepis, omne Serpentum genus intelligi voluit. Itaq; nomen hoc conuenit Serpenti, de quo in præsentia differitur, conuenit lacertę chalcidicę, de qua suo loco actum fuit; item quibusdam Insectorum generibus; cum hęc omnia animãtia septicam facultatem participent. Siquidem apud Arnoldum, quoddam exiguũ apis genus seps nominatur, & apud Plinium quædam millipedæ species: scribebat enim è vermibus terrę quendam esse pilosum, multis pedibus refertum arcuatim repentem, tractuq; se contrahentem, onisco Græcis nuncupatum, aliud verò huius generis Insecti est, quod non arcuatur, sepa Græci, alij autem scolopendram minorem, & pernicioſam appellant.

Sepa est lacertæ species.

Sepa Insecti genus.

Li.3.Epid. sect.3. *Li 6.Epid. sect.8.* *Lib.9.*

Insuper apud Hippocratem Seps tuberculi pestilentis nomen est, quia erodendo partem, maximam putredinem generet. Alibi quoq; pustulam sepa dictam memorat. Phanias etiam, vt citat Athenæus, hæc scribit. Κατὰ δὲ τὸν, ἀντῦ τὸ σπέρματος φύσιν, ὁ καλούμενος σὴψ, κἠ τὸ τὰ σαφυλίνα σπέρμα. Vnde aliqui colligunt nomen sepis cuidam etiam plantę competere posse. Aliter Seps, vel Sepes feminini generis quodcumq; denotat obstaculum, quod in agros vel hortos ingressum prohibeat. Cæterùm quia hoc animal non solùm Sepis, sed etiam Sepedonis nomine decoratur, aduertendum est hanc etiam vocem æquiuocatione laborare; cum σηπεδὼν apud Græcos primum exponatur putredo, deinde Serpens, de quo in præsentia agitur, quoniam partem dente percussam insigni putredine afficiat. Quamuis Author Thesauri linguę græcæ scripserit σηπεδὼνα esse lacertæ genus, sed perperam: quandoquidem nomen Sepis tantummodo ad significandam lacertam chalcidicam vsurpatur. Verum quidem est quòd Cælius Sepedones vlcera putrescentia appellauit: immò apud Pollucem σηπεδὼν significat vlcus os potissimum infestans; itaut dentes, & ossa interdum summoperè vexet. Deniq; Celsus apud Hippocratem σηπεδόνες cancros interpretatur.

Sepes vel Sepes femini generis quid denotet.

Sepedones vlcerũ species.

H

SYNO-

www.libtool.com.cn

A

SYNONYMA, ET ETYMVM.

PETRVS Crinitus, in libro de honesta disciplina, reperiri tradit in veterum monimentis hæc nomina in numero singulari vsurpata, scilicet canes, plebes, & his similia, veluti etiam sepes animal apud Virgilium, annotante Ausonio: cum alioqui à Marco Tulio Cicerone Seps dicatur. Græcis σὴψ fœminini generis: quamuis sæpè sæpius à Theophrasto, & Nicandro genere masculino inflectatur. Scholiastes Nicandri hunc Serpentem σῆπα nominari putat παρὰ τὸ σήπειν τὰς πλησίον τρώγοντας (σήπω. enim putrefactio exponitur) quoniam ab hoc animali pars percussa illicò putrefiat. Vnde Ambrosius Pareus iure merito promulgauit hãc Feram tali nomine donari, quia morsu subitam inferat putredinem. Itaq; Latini hunc Serpentem, ex Scaligero, non iniuria, Putriam indigitarunt. Aliter etiam hæc Fera σηπεδὼν, ideſt Sepedon appellatur; & quamuis Nicander diuersis in locis Sepis, & Sepedonis meminerit: nihilominus Seps, & Sepedõ tanquàm synonyma denotant illam Feram, cuius historiam in præsentia examinamus: tum quia descriptiones Sepis, & Sepedonis inter se discrepantes apud Nicandrum non inueniuntur; tum etiam quia symptomata morsus Sepis recitata ab Actio conueniunt cum accidentibus ictus Sepedonis, quę Nicander recensuit. His addamus, quòd Plinius de alio Serpente, quàm de Sepedone non disseruit, & Dioscorides nisi de Sepe verba fecit.

Cap. 6.

Seps morsu subitam infert putredinem.

Putria animal quod sit.

Seps, & Sepedò idem sunt.

Aelianus quidem duo constituit distincta capita, in quorum altero de Sepe, & in altero de Sepedone pertractat: Verùm si diligentius animalis vtriusq; colores ab Aeliano assignatos, & morsus symptomata contemplemur; proculdubio eadem esse comperiemus, ex quibus omnibus Sepem, & Sepedonem vnum, & idem animal esse coniectamus. Præterquamquòd grauissimi authores, vt Gesnerus, & Greuinus Sepa, & Sepedonẽ esse synonima minimè dubitant. A veritate quidem alienum esse opinamur, quod Matthiolus, ex mente aliquorum recitauit; dum Sepa cum Ceraste eumdẽ Serpentem esse scriptis mãdarunt. Postmodũ Selsir, & Helsir nomina sunt arabica hunc Serpentem indicantia: quoniam Auicennas de serpente putrefaciente agens, prædictis nominibus vtitur. Saectaficus verò Sepedon Alberto esse perhibetur, vt notauit Gesnerus. Demùm Belonius refert, quòd hodie in Græcia circumferuntur huiusmodi voces, Sapidi, & Sapiti, quæ à Sepe Antiquorum detortæ videntur, quibus Sepa, vel anguem illi congenerem designare nituntur.

L. 9. c. 53.

Nomina Arabica, & barbara Sepedonis.

DIFFERENTIÆ.

D ADnum, & idem genus Sepa, & Sepedonem reduci, aliqua tamen ratione inter se distingui multi voluerunt: quoniam amboh i serpentes partẽ morsu læsã insigni putredine vitient; distinctionẽ verò ratione coloris obseruarũ, nixi authoritati Scholiastis Nicandri, qui Sepi vnicũ colorẽ coccinũ, Sepedoni autẽ diuersos colores assignat: immò in varios colores pro diuersitate coloris loci, transmutari astruit. Verumtamẽ ex verbis Nicandri conijciẽdũ est, ipsum noluisse intelligere de colore Sepedonis, quòd Scholiastes expressit; vt paulò inferius in descriptione huius Serpẽtis disseremus: quoniã ad mentẽ clarissimorũ virorũ Sepedonẽ à Sepe minimè discrepare opinamur.

Scholiastes Nicãdri separat Sepedonẽ à Sepe ratione coloris.

Obseruamus quidẽ in iconibus huius animalis differẽtiã penès caudã; cũ Pareus hũc serpentẽ cũ cauda obliqua ad instar caudæ suis delineet. Aetius verò, ex Matthiolo, simitẽ caudã nõ describit. quapropter ambas icones ante legentiũ oculos representare libuit. Præterea Aristoteles meminit cuiusdã pusilli anguis, quẽ aliqui sacrũ vocãt, & cæteri Serpentes, etiã permagni eũ vitant: hic quicquid momorderit, continuò putrescere asserũt: quamobrẽ ad Sepedonis genus quodãmodo referẽdũ esse videtur. Aristoxenes, etiam ex Aeliano, tradidit virũ quẽdã nullo morsu, sed solo serpentis tactu perijsse, & veſtẽ patientis paulò post putruisse. Id indicat temperaturam illius serpentis à natura Sepedonis non valdè discrepasse.

Differẽtia penès caudam.

Lib. 8. de Animal. 7.

Seps

www.libtool.com.cn

188

Sepis Serpentis effigies admentem Parei.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Seps Actij ex Matthiolo.



DESCRIPTIO.

VM Auicennas insolenti oratione Serpentem Selsir describit, ei caput latum, collum paruum, caudam brevem, & ventrem rotundum attribuit: deinde tergus lineis diuersi coloris variegatum cõsiderat. Actius verò hoc animal longitudine duorum cubitorum tardi incessus, capite amplo, ore acuto refertum, & albis notis maculatum contemplatur. Pariter ex Volaterrano, Seps colorem, quem attigit, reddit, quatuor

Selsir Auicennæ.

www.libtool.com.cn

ruor reeuruis dentibus armatur, & quem petit morsu, exanimat. Itaq; præter caput, E quod magnum est, paruus anguis quoad reliquum corpus potest nuncupari: quamobrem Lucanus aliquando paruum, & aliquando exiguum Serpentem appellauit. Reusnerus quoque in Paradiso poetico medians formam, & naturam huius Feræ sic canit.

Li 9. Pharsal.

Grande caput, breuior dum currit, cauda videtur
Sepedonis, tabem morsibus ille facit.

Omnes tamen authores descriptionem huius Serpentis à Nicandro poeta antiquissimo mutuasse videntur, cuius carmina in latinum sermonem translata sunt hæc.

Iam quæ Sepedonis species sit, qualeq; corpus
Accipe diuersa tractum ratione figurat.
Quin etiam mutilæ nullæ insunt cornua fronti,
Et color hirsuti, qualem est spectare tapetis.
Grande caput, breuior, dum currit; cauda videtur:
Quam tamen obliquo maiorem tramite ducit.

Ideircò ex doctrina Nicandri colligendum est Serpentem hunc carere cornibus, & F varijs coloribus, instar tapetis, ornatum incedere. Quamuis Scholiastes græcus Nicandri hunc colorem coccineum interpretetur: cum tapetes multi hoc colore infecti conspiciantur. Nihilominus credendum est Nicandrum intelligere voluisse hunc Serpentem varijs coloribus instar tapetum, à natura fuisse decoratum: cum tapetia diuersis coloribus picta, vt plurimum fabrefiant.

Tapetũ color qualis esset.

L. 1. de Venen. c. 13.

At doctissimus Greuinus Sepis colorẽ pallidum esse autumat: propterea quod Athenæus, citans antiquissimum poetam, mulierem timidam tapetis colore esse scripserit: nam pallor metum statim concomitatur. Hinc q; antiquos tapetes pallido colore infectos fuisse credit; hanc q; opinionem à veritate alienam esse non arbitratur; quoniam Ætius, vt superius annotatum fuit, hanc bestiam mulris notis albis respersam esse tradidit. Præterea Nicander in descriptione huius Setpentis admonet non facilè comprehendi posse longitudinem, vel breuitatem caudæ; cum illam, instar caudæ suis, intortam gerat. Aelianus autem, versibus Nicandri perperam expositis, obliquitatem caudæ, toti corpori Serpentis attribuens, incessum obliquum huic animali assignauit. In eumdem errorem incidit Pausanias, qui memorans interitum Ægypti Arcadiæ Regis à Sepe interfecti, hunc Serpentem minimè viperæ simílem, cinerei coloris, maculis varium, lato capite, angusta ceruice, aluo maiori, cauda breui, & obliquo incessu, instar cancri; qui gressus Cerasti etiam proprius esse perhibetur. Ex quibus Pausaniæ verbis obliquitatem incessus huius animalis colligimus, quam Nicander soli caudæ animalis assignauit. Ideoq; cum Nicander, in describendis cunctis Serpentibus summam diligentiam adhibuerit, eius potius opinioni, quàm sententiæ Pausaniæ adhærendum esse existimamus. G

Li. 15. c. 8.

Gressus huius Serpentis qualis.

NATVRA, ET LOCVS.

Venenũ Sepis quale.

HOC animal à natura tam validum sibi comparauit virus, vt morsu illud imprimens, patientem illicò tabe destruat. Et licèt, quoad molem corpoream, parua sit Fera, ingens tamen quoad vim veneficam poterit appellari. Id præstitit Baptista Mantuanus, quando eccinit. H

Mole brevis Seps peste ingens, nec viscera tantùm,
Sed simul ossa vorans.

Quamobrem Isidorus optimo iure hanc bestiam tabificam aspidem indigitauit: cum morsibus hominem statim consumat; itaut totus in ore Serpentis liquefiat. Optima igitur de causa Lucanus de hac Fera sic canebat.

Tabifica aspis qualis Serpens.

Ossaq; dissoluens cum corpore tabificus Seps.

Auicennas autem de temperatura Sellaris sermonem habens, venenosam, & valde calidam esse statuit: hac de causa Georgius Pictorius, & ipse calidum huius Serpentis meditans temperamentum, iniurias hyemis ab ipso non formidari canebat hunc in modum.

Hic

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A *Hic hyemis validus frigora nulla timet.*

Quòd autem naturalem gressum obliquum instar Cerastis habeat, vt Pausanias in Arcadicis recitauit, in præsenti non disputabimus: cum superius nostram sententiam retulerimus: regiones tantummodo, quas libenter incolit hæc Fera, manifestabimus. Auicennas igitur loquens de Serpente Selsir putrefaciente, in Regionibus Assem, nimirum Syriæ stabulari tradidit. His addamus quod etiam in Peloponesi Regione, & potissimum in Arcadia diuagatur: cum in historijs Pausaniæ legerimus Ægyptum Elati filium, & Arcadiæ Regem incautum ab hoc animali confectum fuisse.

Gressus qualis sit huius Feræ.

Loca libenter habitata ab hoc Serpente.

SIGNA VENENI.

B MORSVM huius Serpentis, ex Auicennâ, apostema acerbissimo iunctum dolori concomitatur: deinde capillorum defluuium, & putrefactio totius corporis sequitur. Verùm, ad mentem Aetij, primum ex vulnere manifestus sanguis, & paulo post sanies graueolens dimanat; tumor, & dolor consequitur: partes putrefactæ dealbantur, & totum corpus vitiligine affectum esse videtur. Hæc signa ex Nicandro proculdubio desumpta fuisse, infrascripta carminia docent, quæ sunt huius tenoris.

Quod fit ab hoc vulnus, magnos nocuosq; dolores
Excitat, interimens, quia fundit, & ipse venenum,
Quo sata marcentes tubes depascitur artus;
Indeq; siccata resolutus pelle capillus
Spargitur, & volitans candentis pupus acanthe
Præterea fadum turpi vitiligine corpus,
Et veluti ventis maculas à Sole videre est.

Itaq; inter symptomata huius morsus à Nicandro recitata primùm reponitur dolor vehementissimus propter qualitatem veneni maximè putrefacientis. Postmodum pili C defluunt; quoniam virus non solum per intimas, sed etiam per extimas disseminatum partes, pilorum radices corrodit, atq; corrumpit; indeq; totam occupans cutim, illam subalbam reddit, quod vitium à Græcis Λέπρα, & à Latinis vitiligo appellatur. Præter hæc symptomata, Aetius postea addebat sanguinem primò à vulnere manantem, quod signum omnibus ictibus venenosis commune est: quamuis paulò post sanies tetri odoris fluat ob insignem putredinem, quæ breui temporis tractu, vniuersum corpus ita occupat, vt tota caro putrida reddita absumatur. Id diligentissimè expressit Lucanus quando cecinit.

Cur pilica dãt in morsu huius serpentis.

L. 9. Pharsal.

Mors erat ante oculos, miserãq; in cruce fabellã
Seps stetit exiguus, quem flexo dente tenacem
Anulsitq: manu, piloq; affixit arenis
Parua modo Serpens, sed qua non vlla cruenta
Tantum mortis habet; nam plagæ proxima circum
Fugit rapta cutis, pallentiaq; ossa retexit:
D *Iamq; sinu laxo nudum est sine corpore vulnus*
Membra natant sanie, sura fluxere, sine vllo
Tegmine poples erat, femorum quoq; musculus omnis
Liquitur, & nigra distillant inguina tabe.
Dissoluit stringens viscera membrana, fluuntq;
Viscera, nec quantum toto de corpore debet
Effluit in terras, sæuum sed membra venenum
Decoquit; in minimum mors contrahit omnia virus
Vincula neruorum, & laterum contexta, cauumq;
Pectus, & abstrusum fibris vitalibus omne
Quicquid homo est, aperit pestis, natura profana
Morte patet; manant humeri, feriesq; lacerti,
Colla, caputq; fluunt: calida nam copia Austro
Nix resoluta cadit, nec solem tetra sequetur.

Parua

www.libtool.com.cn

Parua loquor, corpus sanie stillasse per ustum
Hoc & flamma potest, sed quis rogus abstulit ossa;
Hæc quoq; discedunt putrefq; secuta medullas
Nulla manere sinunt rapidi vestigia vati.
Cinypheas inter pestes tibi palma nocendi est;
Eripiunt omnes animam, tu sola cadaver.

Præterea quando à Nicandro in Theriacis ὀφιόδηκτος hoc fuit appellatus: Scholiastes græcus addit id forte à Nicandro fuisse scriptum, quoniam ὁ ἕψειν, ὁ πολὺν ὀδυνηρὸν διαπυΐσεως μόνον, vel ob ariditatem, vel quia percussis sitim afferat. Quod verum verum sit necne, liquidò non constat: omnibus quidem est manifestum, ob veneni malignitatem, spiritus non solùm dissipari, sed totum etiam corpus, tanquam ab igne consumi, quod non modò à veneno huius Feræ, sed ab omni quoq; putredinis genere, materiæ venenolæ coniuncto oriri potest. Id in pestilentia frequentes pluuias concomitante obseruatum fuit: tunc enim particula bubone pestilenti, vel anthrace occupata, tanta putredine afficitur, vt totum membrum vnà cum vita absumatur, & pereat. Id Hippocrates post annum pluuiosum accidisse recitauit.

Venenosa malignitas qualis.

L. 3. Epid.

MEDELA.

MORSIBVS Sepis, vt voluit Dioscorides, non solum portulaca, & acetum mulsum prosunt, sed etiam meconium, & ixia medentur. Auicennas verò præsidia ictibus viperarum conuenientia commendat, deinde symptomatibus occurrendum esse asserit. Plinius corticem, & baccas lauri, in Serpentum veneno profligando, sed potissimũ in morsu Sepis, Dipsadis, & viperæ adhibet: item oximel aduersus eiusdem Sepis ictus præscribit: immò falsamẽtorum nempè piscium salsorum cibus ab ipso probatur, dummodo à patiente sumptus, subinde vesperi vomitu reijciatur; quandoquidem percussus à Chalcide, Ceraste, & Sepe, summopere adiuuatur. Aetius in hoc casu confugit ad illa remedia, quæ ab eodem in morsu viperæ, ceraſtis, & ammodytis probata fuerunt: præterea portulaca, & vinum myrrites laudatur: item spongiam aceto calido imbutam morsui applicat, nec non butyro, cum melle mixto læsam particulam linit, & paleas exustas imponit. Demùm, ex Pareo, ijs omnibus antidoris vtendum est, quibus vipereum venenum superatur.

Salsamẽta venenis resistunt.

Aetij remedia.

DE ASPIDE. Cap. VII.

ÆQVIVOCA.

CVM in capite antecedenti, Aspidis mentio sæpius facta fuerit: Isidorus enim sepa tabificam Aspidem appellauit; deinde ex nonnullorum sententia, vt inferius adnotabimus, non solum seps, de qua superius egimus, sed etiam hæmorrhous, & alij huius generis serpentes, venefica vi, celerem interitum afferrentes, ad Aspidẽ tanquam ad proprium genus (quamuis perperam) reducuntur. Quocirca hoc caput historiæ Aspidis destinauimus. Verùm ne ambiguitas nominis huius Feræ lectores in errorem inducat, aduertendum est, quod ἀσπὶς, nempe aspis, apud Græcos propriè scutum rotundum, & in longitudinem minimè extensum significat: ideoq; Eustathius hoc nomen ab ἀ particula priuatiua, & verbo σπίζω nimirum extendo deriuat; quoniam hoc scuti genus artifex ad speciem rotundæ, & non oblongæ figuræ fabrefecerit. Scholiastes verò Aristophanis nomen Aspidis nempè scuti ab aspide animali deducit; quandoquidem hoc animal instinctu quodam naturali ductum in orbes multos, ità conuolutum dormit, vt scutum rotundum repræsentet. Alioquin Aspis insula in Mari Lycio à Plinio memoratur. Item Aspis est Promontorium ad formam clypei à natura fabrefactum,

Ambiguitas nominis est tollenda.

Aspis scutum significat.

Aspis Insula.

L. 5. c. 13.

www.libtool.com.cn

A factum, Africæ litora opacans, cum vrbe eiusdem nominis, quæ Latinis clypea nuncupatur. Huius etiam meminit Silius Italicus hoc versu. *Aspis vrbs.*

In clypei speciem curuatis turribus Aspis.

Cosura etiam insula ante Aspidem sita, Carthaginensem vrbem, quam clypeam vocant, à Strabone celebratur. *Lib. 5.*

SYNONYMA. ET ETYMVM.

B ASPIS, vt ex scriptis Isidori colligere possumus, nomen proprium ab aspergendo sortita est: propterea quod venenum quodammodo morsu aspergat. Quamuis, secundùm Arnoldum, ab asperitate cutis cognominetur. Alij nixi Auicennæ authoritati ab aspiciendo, aspidem indigitarunt: cum Auicennas scriptum reliquerit, quòd aspides acutissimo intuerentur lumine, nisi eorum oculi à quibusdam caruculis comprimentibus impedirentur. Alij nomen huius animalis ab aspide, nimirum à clypeo deriuant, quoniam hæc Fera instinctu quodam naturali ducta, statim atq; aliquem senserit strepitum, somno excusso, sese in orbem contrahit, atque ex medijs spiris terribile caput attollens, aspidem, nempe rotundi clypei formam exhibet. Verùm si rem accuratè perpendamus, ἀσπὶς est nomen græcum, à Latinis tamen vsurpatum: vnde Scholiastes Aristophanis dici existimat ἀπὸ τοῦ, α, στατικὴ μορίου, καὶ τοῦ σπίζω τὸ ἐκτείνω, διὰ τὸν ὄζον αὐτῆς συριγμὸς, ἢ διὰ τὸ τοῦ σώματος αὐτῆς μῆκος. nimirũ ab, α, particula intensiua, & verbo σπίζω, quod extendere significat, propter acutum ipsius sibilum, aut propter eius corporis longitudinem. Cæterùm hæc Fera à doctissimo Quatramio Marasius, & vipera nominatur, cum ritu viperarum catulos pariat. Alioquin ratione loci, Serpens Niliaca, & Aegyptia propriè dicitur, ideoq; secundùm Ouidium, Serpens vocatur peregrina: cum Aegypto ratiùm sit peculiaris. canit enim Poeta hunc in modum, quando de mysterijs Isiacis verba facit. *Verahuius animalis etymologia. Marassus, & vipera dicitur. Lib. 9. Metam. Serpens peregrina qualis.*

Plenaq; somniferis Serpens peregrina venenis.

C Hanc etiam ob causam, Propertius appellauit aspidem sacrum Colubrum, quoniam in simulacris Isidis adhiberetur sic enim canit. *Lib. 2.*

Brachia spectauit sacris admorsa colubris.

Si nomen hæbraicum aspidis inquiramus: legemus in textu hæbraico Deuteronomij. Pethen, quam vocem pro aspide interpretatur Pagninus apud Psalmographum in codice hæbraico; vox Akschub, à multis aspis, vel species aspidis exponitur: propterea quidam hanc aspidem ptyadem esse asseuerant. Item apud Esaiam; & Ieremiam, vocem Zipheoni, Interpretes aspidem, vel Regulum, vertunt. Albertus, ex Auicenna, aspidem reddit Hasyos; quamuis alij Hascos scribant. Similiter apud Albertum, Arunduus Serpens forte erit aspis chelidonia dicta, quæ ab eodem hirundo nuncupatur: cum Athaes Aspis sit diuersis insignita coloribus. Italicè dicitur aspide. Bononiensibus Magarasso, loquendo tamen de aspide nostrate. Hispanicè Biuora, Gallicè Vn aspic. Germanicè Ein schlang genannt. *Cap. 2. Psal. 140. Cap. 59. Cap. 8. Nomina Hebraica, & Arabica Aspidis. Species Aspidis ex Solino.*

D

DIFFERENTIÆ.

AELIANVS monimentis mandauit aspidum genus in sex decim species ab Aegyptijs distribui solere: sed postea quæ, & quales nam sint huiusmodi differentiæ, non explicauit. Solinus & ipse plures, diuersasq; huiusmodi animalis species (quamuis perperam) constituit. Etenim Dipsadem inter species aspidum collocat, cum tamen Dioscorides, Lucanus, & alij authores non proletarij Serpentem Dipsadem ab aspide valdè discrepantem esse statuant. Lucanus enim sic canit.

——— stabant in margine siccæ,

Aspides, in medijs sitiebant Dipsades undis.

deoq; colligendum est ex verbis Lucani, inter aspidem, & Dipsadem maximam cade-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

re differentiam: quandoquidem ex illius ſententia, altera ſpecies terreſtris, altera aquatilis eſſe perhibetur: neq; officit Galeni, & Actij opinio, qui triplicem aſpidum conſtituentes ſpeciem, vnam terreſtrem nominant; cùm illo in loco, terreſtris, non ad differentiam aquatilis nuncupatur, ſed dicitur aſpis terreſtris, quia in locis mediterraneis verſetur: cum alia ſpecies chelidonia dicta circa ripas Nili libenter ſtabuletur. Præterea Solinum ſecutus Iſidorus nõ ſolum hæmorrhoum ad genus aſpidum reducit, ſed etiam Preſterem, & Sepa aſpidem tabificam appellat. Immò prædicti authores ab effectu nocendi, has ſpecies inter ſe diſcriminant: propterea quòd Dipſadem ſiti; & Hypnalem ſomno interimere aſſerunt; quoniam Hypnalem ſpeciem aſpidis ſomno necantis eſſe arbitrantur: cum tamen hæc vox (hypnalis) non ſpeciem, ſed epitheton aſpidis denotet. Licèt apud Lexicographos græcos legatur ὕπναλὶ ſpecies aſpidis ſomno necantis. Albertus meminit hippupici, additq; eſſe illam aſpidis ſpeciem, cuius morſu ſuauis ſequitur interitus. At Nicolaus Leonicenus hippupicem pro hypnali intelligendum eſſe tradidit.

Differētia aſpidũ terreſtris, & aquatilis non admittitur.

Hypnalis an ſit ſpecies aſpidis.

Alij, ratione coloris, has Feras inter ſe diſtinguunt. Pauſanias atro colore, & Olaus magnus cinereo aſpides referras eſſe narrant. Cæterùm non modo nigras, & cinereas, ſed fuluas quoq; in agro Bellunenſi Pierius ſe conſpicatum fuiſſe teſtatur. Inſuper alij aſpidi chelidoniæ colorem hirundinis, Peyadi cinereum, & viridem aſſignant. Demùm aſpidi terreſtri, vt plurimùm, colorem cineris attribuunt, quamuis ſubuirides etiam reperiantur. Nicander quoq;, qui vnam tantùm agnouit aſpidem, in colore variam conſtituit, dum aſpidem cineream, luteam, faliginoſam, & nigram eſſe promulgat.

L. 14. Hiſtorũ.

Colores aſpidum quales eſſe debeant.

Strabo, ratione magnitudinis, duas ægyptiarum aſpidum differentias eſſe aſſtruit; nam alteram ſpithamæ duodecim digitorum longitudinem continentis eſſe, hanc q; breuiorem, & morſu ἐξυδατωτέραν nempè feraliorem eſſe fatetur; hæc ſpecies cum aſpide chelidonia Actij conuenire videtur; ſi quidem prædictam longitudinem non excedit, & celerem percuſſis interitum affert. Deinde Strabo alteri ſpeciei ὄργυιαν menſuram inter ambas manus extenſas contentam aſſignat; vlnam Latini dicunt. Quare hæc aſpidis ſpecies, vel ad cherſæam, vel ad peyadem referetur: nam Strabo, cum duas tantùm huius Serpentis ſpecies agnouerit, peyadas cum cherſæis confundere videtur. Nicander verò, quoad magnitudinem, vnam tantummodo aſpidem agnouit, cui μῆκος ὀργυᾶ πεντετὲς tribuit. Quocirca mirum non videbitur, ſi nonnulli authores, Feras huius generis quinq; cubitorum obſeruauerint.

Aſpis chelidonia, cuius ſit longitudinis.

Aſpis Nicandri, cuius ſit magnitudinis.

In quadam etiam Ciuitate Cypri, vaſti ſerpentes (Curſi dicti) verſantur, qui aſpides perperam cognominantur: carent enim illis conditionibus, & notis, quę in legitimis aſpidibus obſeruantur. Immò in Calecuth etiam, authore Ludouico Romano, magni angues diuagantur, inter quos ſunt, qui ad illius mentem, magnitudine aſpidem repręſentant: modò ambigimus, an veræ aſpides eſſe poſſint. Si confugiamus ad Dioſcoridem, is vnam tantùm aſpidem deſcribit: etenim quas hodie vulgus nuncupat aſpides, nullis ferè gaudent notis, quas Priſci ſuis aſpidibus attribuebant; anteriorem enim partem erigebant, & collo erant tumido, quemadmodum in tabula Iſidis pingebantur.

L. 5. Nauig cap. 21.

Lib. 3. ob. c. 52.

Bellonius conſpicatus eſt apud Brutios in Italia, ſerpentem, habentem in fronte callum inſtar tuberculi, hunc que aſpidem veterum eſſe exiſtimauit. Galenus autem in libro de theriaca ad Piſonem, tria aſpidum genera aſſignat: cum quędam apud eumdem χερσαία, quædam χελιδονία, & quædam πτυάδες cognominentur. Primitus χερσαῖος Græcis exponitur terreſtris, ideoq; ſic nuncupatur illa ſpecies aſpidis, quæ loca incolit mediterranea. Item χελιδὼν hirundinem ſignificat; quare quædam aſpis colorem hirundinis æmulans chelidonia nominatur. Demùm quoniam πτύω eſt verbum græcum, quod ſpuere ſignificat, hinc πτυὰς ſputatrix exponitur, eſtq; ſpecies quædam aſpidis ab inſpuendo veneno ita nuncupata. Et quamuis Ammianus quamdam aſpidis ſpeciem aquatilem conſtituere videatur, dum inquit. *Quas omnes ſerpentes magnitudine, & decore aſpis facilè ſupereminens, nunquam ſponte ſua fluenta egreditur Nili.* Nihilominus hic author fortè per flumen Nili, regionem Aegypti, quam alluit Nilus, intelligere voluit: nam ſi aſpidem in vndis Nili morantem intellexiſſet, à veritate valde declinaſſet: cum alij authores ſuperius memorati, terrarum, & non aquæ incolam aſpidem eſſe ſtatuant.

Cap. 8. Species aſpidum ſecundũ Galenum ſũt tres.

Etymũ nominũ ſpecierum aſpidis.

Li. 20. c. 2.

L. 13. c. 20.

Aetius prædictis nixus fundamentis retulit apud Ferarum ſcriptores, tres aſpidum differentias obſeruari, nimirum terreſtres, in mediterraneis commorantes locis, chelidonias

www.libtool.com.cn

A donias circa Nili ripas latibulantes, & ptyades, quæ ſputo venenato animalia inficiunt. Terreſtres maiores prædicat, cum longitudinem quinq; cubitorum æquent, chelidonias colore nigro, & albo refectas delineat: ptyades verò cinereo colore, viridiq; ad aureum declinante conſperſas deſcribit.

Ponzettus quoq; aſpidem primò ſiccam, & longiorem, necnon oculos, inſtar acceſi carbonis, micantes habentem exhibet: deinde aliam caput eleuantem, & conſtrictis dentibus ſputum venenoſum eiaculantem: tertiam hirundinem ob coloris ſimilitudinem, cognominat. Harum igitur ſpecierum icones, ad mentem Græuini ante oculos legentium repræſentare non piguit. His addere etiam libuit duas aſpidum icones, quarum altera alio nomine parua vipera vocatur, eſtq; coloris ferruginei; altera verò colore ſubuiridi maculoſo eſt inſignita, & interdum in noſtris etiam regionibus reperitur, vulgoq; *aſpido tormento* appellatur; quoniam morſu forſitan tormentum, & cruciamentum, non autem interitum hominibus afferat. *Tres aſpidũ ſpecies deſcribuntur.* *Aſpido tormento qualis.*

Legimus in hiſtorijs, apud Chiribrehenſes diuagari aſpides caudæ aculeo ferientes: B immò caudæ cuſpide ab Incolis ſagittæ imbuuntur, vt vulnerando lethaliter feriant. Villa quædam Bononienſis ſecus valles ſita, & *Malalbergo* nominata ſcatet copia aſpidum variis decoratarum coloribus: *Magaraſſi* vulgo dicuntur, qui dentibus vulnerant, & oblongo caudæ aculeo ferire nituntur. Villici ab his ſaucij partem tumefactam ligant, deinde lenibus adhibitis præſidijs tridui ſpatio liberantur. Quamobrem hæ aſpidum ſpecies cum aſpidibus ægyptiacis minimè conuenire dicuntur: quemadmodum ſuperius etiam adnotauimus. *Aſpides non ſtrateoles.*

DESCRIPTIO.

GLOSSA in vigeſimum caput Iob, aſpidem paruum eſſe ſerpentem, viperaq; prolixiori corpore diuulgat. Belluacenſis hanc Feram cæreleo colore exornatam deſcribit; eiq; dentes longos, & extra labia exporrectos, ad inſtar dentium apri, aſſignat. Plinius in hoc Serpente, C duos dentes in parte ſuperiori, dextra, læuaq; more tenuis fiſtulæ perforatos, venenumq; ritu aculei ſcorpionum, infundentes perpendit. *Lib. 11.* *Dẽtes quales ſint.*

Agricola in libro de Animalibus ſubterraneis duo in hac Fera, nempè tetrum odorem, necnon longitudinem, & craſſitudinem mediocris anguillæ meditatur. Quamuis, vt notat Edoardus Vuotonus, longitudo horum animalium interdum ſit orgyiæ, nempè ſenum pedum, & latitudo, quanta eſt venabuli, quo venatores ad tauros, leoneſq; conficiendos vti ſolent. Aelianus, prolixiori oratione, aſpidis deſcriptionem ante mentis oculos repræſentare conatur, dum hoc animal ſquamis rubentibus horrere, tractibus tardis incedere, ſomniculoſis oculis innuere, geminas caruncules callo valdè ſimiles in fronte gerere, ceruice ſqualida turgere, & in obuios, aut viatores anhelando virus ab ore emittere aſſeuerat.

At inter cæteros ſcriptores, Nicander dicendi maieſtate clariſſimus, & antiquiſſimus, ex quo cæteri authores multa deſumpſerunt, aſpidem deſcribit hunc in modum D verſibus in latinum ſermonem ſic translatis. *Nicandri deſcriptio.*

Tam procera, extenſa queunt quàm brachia duci,
Tantaq; craſſities eſt, quantum miſſile telum,
Quod faciens haſtas ducta faber expolit arte;
Pro trucium horriſona taurorum, & cæde leonum.
Squalidus interdum color albet, ſæpè virenti
Cum maculis, ſæpè eſt cineres imitante figura;
Nonnunquam ardenti veluti ſuccenditur igne;
Idq; nigra æthiopum ſub terra, quale refuſus
Nilus ſæpè lutum, vicinum in Nerea voluit.
Præterea geminæ calli inſtar, fronte caruncłæ
Harent ſanguineis ſcintillant lumina flammis,
Turgida ſqualet item ceruix, graue ſibilat ipſa
Beſtia, dum certam vomit ira concita mortem.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Aspidis species colore ferrugineo, vipera parua vulgo dicta.



Aspidis alia species colore subuiridi maculoso.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Quatuor hinc intra maxilla concaua dentes E
Radices fixere suas, quos iuncta quibusdam
Pelliculis tunica obducit, triste vnde venenum
Effundit, si forte suo hæc approximet hosti.

Quamobrem ex Nicandri carminibus longitudinem aspidis vnius vlnæ, & crassitudinem, quæ telo missili est similis, intelligimus; necnon colorem animalis aliquãdo sqmalidum sæpè cinereum cum multis maculis: immò quandoq; instar coloris Soli, in quo vt plurimum hæc bestia stabulatur. Insuper author gemina tubercula in fronte, oculos instar ignis micantes, & cerulcem turgidam contemplatur. Tandem quatuor dentes pelliculis quibusdam obductos, visionemq; humanam effugientes huic Ferae assignat, ex quibus postea morsu disruptis, venenum stillat.

Tubercula aspidũ vbi.

NATVRAE ET MORES.

MODO contemplantibus omnia, quę natura his animantibus ingenuit, F primò se se offert ponderandum, num sit verum assertum Isidori, quòd hoc animalis genus, ad primam magicæ cantoris vocem, alteram aurium ad terram premat, alteram verò cauda obturet, nè, cantionibus auditis, ad excantantem confugere cogatur: siquidem id fieri ab hominibus scribit Albertus Magnus, quoniam in capite huius animalis, lapis pretiosus custoditus, à multis, lucri gratia, expetitur. Hoc autem à veritate alienum esse in primo capite huius libri vbertim docuimus.

L. 12. Orig.

Li. 25 de An.

Si properemus ad alteram aspidis proprietatem; Plinius diuulgauit id à natura huiusmodi animantibus congenitum esse, vt nunquam mas, nisi comite fœmina, à specu egrediatur: propterea Reusnerus in paradiso poetico hanc proprietatem sic decantabat. G

Non prius è fouea visu truculentior aspis
Exit, quam comitem senserit esse sibi.

Immò addebat Plinius, quòd si harum Ferarum altera occidatur, tunc superstes iniuriam non impunitam relinquens, sociæ consortis occisorem in numeroso etiam hominum cœtu inuestigare audet, vt illius vindictam suscipiat. Præterea aspides visum imbecillum, incessum tardum, & auditum subtilem sibi compararunt. Visum horum animalium hebetem callosa quędam tubercula fronti adherentia, oculosq; comprimentia reddunt; idq; naturę beneficio, multi factum autumant: quoniam si visionis acumine hæc bestia polleret, proculdubio maximam cæteris animalibus noxam esset allatura. At postmodum ingeniosa, & prouida natura, ob imbecillam visionem, hanc Feram aure vigili remunerauit. Quapropter, leuissimo audito strepitu, quasi à quodam expergefacta somno, statim se se erigit. Hæc omnia Nicander expressit hunc in modum.

Visus imbecillus aspidis, & cur.

Auditus qualis.

Nunc age terribilem sitientibus aspidæ squamis
Pestile plus aljs hoc ex grege reptile, nosce,
Formidabile cui corpus, tardumq; volumen
Quandoquidem transuersa via est, prolixaq; ventris H
Spira, veternosiq; niuere videntur ocelli,
At simul ac fucilis fortè obseruauerit aure
Vel minimum strepitum, segnes è corpore somnos
Excutit, & teretem sinuat mox aspera tractum
Horrendumq; caput, porrectaq; pectora tollit
Tam procera, extensa queunt quam brachia duci.

Et quamuis poetæ cuiuscumq; Serpentis in iracundiam præcipitis tumidum collum describant: nihilominus hæc nota aspidis propria esse perhibetur. Id colligendum est ex Plinio, qui aspidum colla intumescere scripsit, cui fauet Lucanus hunc in modum canens.

Ira huius Serpentis.

Li. 9. pharsalia.

Aspida somniferam tumida ceruice leuauit.

Iraq; aspides duabus potissimum proprietatibus gaudere dicuntur, quibus alij Serpentes carent: cum ceruix horum animalium latè tumescat, & eorum venenum vnà cum

sopore

www.libtool.com.cn

A sopore artus patientis occuper. Scribebat Dioscorides, quòd virus Aspidis, & Basilisci, more taurini sanguinis, in arterijs vulneratorum, sanguinem cogit. His addit Volaterranus à puncturâ aspidis ranam depasti vulnus immedicabile fieri: propterea, ex Arnoldo, percussi ab aspide, duarum, vel trium horarum spatio intereunt. Nec præter rationem: quandoquidem Ioannes de Vigo narrabat (referente Pareo) se Florentiæ notuisse circulatorem, qui vt melius propria pharmaca populo venderet, digitum aspidi mordendum porrexit, & post horas quatuor interijt.

Vulnus aspidis quam dolorificum.

Habent præterea aspides hoc peculiare, vt mordendo tumorem non inducant: deinde (cũ dentibus adeò exilibus, & mẽbranula rectis sint præditi, vt à multis dentibus, carere credantur) tam exiguum foramen vulnerando formant, vt visionem penè effugiat. Hac de causa multi Cleopatræ interitum cognitu difficilem fuisse arbitrantur, quæ morsu aspidis vitam terminauit; quemadmodum ex Galeno in libro de Theriaca ad Pisonem colligendum est. Nam cum Augustus, superato Antonio, vinam Cleopatram tanquam fœminam præstantissimam in triumphum ducens Romanis ostendere
B decreuisset, studiosius seruandam curauit. At illa malens Regina ex humanis decedere, quàm captiua Romanis esse spectaculo, hoc Serpentis genus, vt, citra suspitionem, sibi inferret mortem, elegit. Duabus igitur fidissimis mulieribus, Naera scilicet, & Carmione indies operam suã Regiæ præstantibus iniit aspidem vuis, ficubusq; contectam ad fallendos custodes in calatho deferri. Itaq; facto in prædictis fœminis periculo, num Serpens illicò perimeret; vnde statim atq; Cleopatra illas exanimes conspicata est, eodemmet animali sibi exitium attulit. Hæc fortè aspidis species fuit chelidonia, quę nulla interposita mora morsu venenans, illicò percussos vita priuat. Hęc etiam species instinctu quodam naturali ducta, cum libeatter circa Nili ripas moretur, per dies triginta, ad loca alta properat, antequam flumen, Solum Aegypti, alluuione fœcundet. Cherſæa verò aspis non confestim, sed interposita quatuor horarum mora, in animalium perniciem operatur. Demùm aspis ptyas præter morsum saliuam habet venenosam, & adeo tenuem, vt angustissimos etiam cutis porros facillimè penetrare possit. Quamobrem Galenus, scribens de Theriaca ad Pisonem, tradebat ptyadas aspides,
C exporrecta ceruice, & merita inter se longitudine, instar rationalis cuiusdam animalis, venenum in transeuntes expuere. Quapropter Porphyrius non immeritò scripsit. *οἱ ἐν αἰγύπτῳ ὄφεις πτύσματι χρῶνται, ἅθων καὶ πτύαδες καλοῦνται, καὶ τυφλοῦσι τοὺς ὄφεις τῶν ἐπιόντων.* Nimirum Serpentes, qui in Aegypto sunt, sputo vtuntur, vnde & spuentes vocantur, & inuadentium oculos excæcant. His addendum est assertum Auicennæ, qui solo serpentini huius sputi odore animantes perire existimauit.

Aspidis chelidoniæ vis.

Aspis ptyas qualis.

Lib. 3. περὶ ἀποζήσεως τῶν ἐμψύχων.

Naturæ etiam horum anguium meminit Olaus Magnus differens de aspidibus aquilonaribus, quæ eleuatæ supra pectus incedunt, sputumq; venenosum in gutture collectum, in resistentem, vel obuium eiaculantur, deinde celeri cursu ad antra, & saxorum cauernas se se recipiunt. De natura autem ouorum aspidis recitat Bartholomæus cognomento Anglicus, quòd hæc parua, rotunda, liuida, viscosa, fœtida, summè venenosa, & filamentis quibusdam conglobata sunt, quæ si contingat, vt inuenta à Rubeta, vel ab alio animali venenoso foueantur, tunc vermis procreatur, qui visu, & halitu, more Basilisci, primo fouentem, deinde alios etiam animantes perimit: Deniq; de temperD natura aspidis, si lector multa scire desiderat, confugiat oportet ad primum caput huius libri, vbi prolixiori sermone de temperamento anguium agitur.

L. 19. c. 88.

Ouæ aspidum qualia.

LOCVS.

ASPIDES nullas in Gallia diuagari Bellonius attestatur: quamuis ibi multi versentur serpentes, qui valgò aspides nominantur. Insulæ quidem Hispaniæ, vt recitat Christophorus Andreas in Oecoiatria (referente Pareo) aspidibus, omniq; venenato Ferarum genere redundant. Neq; hoc à veritate recedere videtur; cum calidiori regione delectentur. Etenim Aristoteles in historia animalium tradidit aspides gigni in Africa, quarum ictus omni præsidiorum generi reluctantur. Sed animaduertendum, ex Ioanne Bohemo, quòd Africa producit etiam Ichneumones, qui malitiam aspidum repri-

Li. 8. c. 29.

www.libtool.com.cn

reprimunt, atq; castigant. Lucanus etiam promulgauit ab hoc Ferarum genere loca E
diligi calidiora: quapropter Africam, & potissimum Aegyptum, ripasq; Nili tanquam
peculiarem propriumq; locum incolit: vnde si accidat, vt huiusmodi Ferae in frigidio-
ribus locis conspiciantur, illuc delatas esse Lucanus arbitratur, dum inquit.

L. 9. Pharsal.

Ipsa caloris egens gelidum non transiit in orbem
Sponte sua, Niloq; tenus mouetur arenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur
Huc Libyae mortes, & fecimus aspida merces.

Quamuis Strabo quodammodo dissentire à Lucano videatur, dum propriam speciem
Ægypto assignat, praeter illas, quae in alijs diuagantur locis: vnde statuere videtur alijs
etiam in locis aspides procreari. Salmasius tamen in Solinum sententiae Strabonis
quodammodo fauens, de alijs Libyae locis fortè locutum fuisse Strabonem pronuncia-
uit. Veteres enim aspidum patriam Libyam, & Ægypti fines circumscripserunt: nam
rectè Nicander fulginosam aspidem sub Æthyopum gleba ab vnda Nili in mare ve-
sta delitescere, & per hanc speciem, ad mentem Aetij, aspis chelidonia Nili ripas in- F
colens intelligenda est: quandoquidem colorem hirundinum fuscum esse omnibus
constat; cum etiam gemmae chelidoniae ab eodem colore denominentur. Itaq; inter
aspidum tres species nominatas, chelidoniae Aegypti peculiares esse feruntur. Et eò
magis, quoniam Olaus Magnus aspides in plaga Septentrionali sitas, quoad venena-
tam naturam Africanis debiliores, obseruauit, quae pariter scabrosa cute, cinereo
colore, oculis scintillantibus, & longitudine trium, vel quatuor cubitorum, morsu fe-
riant, cui praesentissimo occurrendum est remedio.

Opinio Veterum circa locũ aspidum.

Quae species colat Nili ripas.

Lugent aspis Aegypto magis familiaris.

ANTIPATHIA ET SYMPATHIA.

G

MVLTIS animantibus, & plantis aspis dissentire videtur, dum primo in odium Ichneumonis rapitur: quod Nicandro non fuit ignotum, quando in Theriacis cecinit his versibus in Latinum sermonem translatis.

Solus eam potis est Ichneumon vincere pestem,
Cum grauis cautus ei bellum parat, edita q; ova
Quae fouet in multorum hominum insuper abile lethum
Omnia fracta teris, mordaces; dente laceßit.

Ex 2. Pharsal.

Bellum quoq; Ichneumonis, & Aspidis elegantèr explicauit Lucanus his carminibus.

Aspides vt Pharias cauda soleritior hostis
Ludit & iratas incerta prouocat vmbra,
Obliquaßi caput vanas Serpentis in auras
Effuso tuto comprehendit guttura morsu,
Lethiferam citra saniem tunc irrita Pestis
Exprimitur, fauceßi fluunt pereunte veneno.

Praeterea aspis aeri odio quosdam angues Argolas nuncupatos prosequitur: quando-
quidem ad illius interneeionem à natura procreati esse videntur; cum scripserit Suidas, H
iussu Alexandri Magni, hoc Serpentis genus Argo Pelasgico Alexandriam, ad perimen-
das aspides, delatum fuisse. Item aspis Ranarum foetus cauda insignes prosequitur; quod
Agricola in libro de animalibus subterraneis annotauit. Amplius cimices aspis abo-
minatur; ideoq; contra eius morsum valere dicuntur: nam gallinae ex Plinio, qua die
cimices ederint, ab aspide non morderi perhibentur.

Cimices aspidibus contrarij.

Ari radix aduersatur aspidi.

L. 7. Phyt. cap. 24.

L. 7. de rer. var.

L. 3. de Ira.

Suat praeterea nonnullae plantae, à quibus aspides naturaliter abhorrent. Primitus
Ari radice omnes Serpentes, & potissimum aspides fugantur; siquidem ejus fumo adeò
inebriantur, vt, ex Porta, torpidae interdum reperiantur. Plinius addit naturae aspidum
halicacabum ita aduersari, vt radice huius plantae propius admota, aspis soporetur: id
autem mirum non esse tradit Cardanus, cum huius plantae radices, & semina hominī-
bus quoq; soporem afferant. Ex altera parte loca opaca ab hoc animali ita diligi, vel
potius odio haberi asserũt, vt proprium sit huius Ferae in vmbra tantummodo exurge-
re: vnde scriptum reliquit Seneca: sicuti taurum color rubicundus excitat, & versos,

boues q;

www.libtool.com.cn

A boaeq; mappa proritat, ita aspis ad vmbram exurgit.

Insuper aspides ob sympathiam quamdam Afris, & Syris minimè obesse dicũtur: qua de causa prædicti populi proprios filios, vt narrat Vincentius Belluacensis, ijs obijciunt, quos si læserint tanquam adulterinos respuunt, sin secus eos tanquam legitimos nutriunt. Verùm id non de omnibus Afris, & Syris, sed tantum de Psyllis Libyæ populis intelligendum est, de quibus, in historia Serpentis in genere, actum fuit. Tandem animalia eiusdem speciei tam singulari amore se inuicem complectuntur, vt nec vipera viperam, nec aspis aspidem lædat. Hæc fuit opinio Galeni in libro de inæquali intemperie, quando hæc verba protulit. *Ita vtiq; & scorpium nec aueris se ieiunus illi insueueris. At non homo hominem morsu interimit, nec vipera viperam, nec aspis aspidem: siquidem quod simile est, id congruum amicumq; est, quod contrarium, inimicum, & noxium.*

Sympathia aspidũ cũ varijs populis.

Cap. 6.

VENENI ASPIDVM SIGNA.

B

VESTIGIA ictus aspidum tam obscurè apparent, vt acrem etiam oculorum aciem effugiant, & eò magis, quia tumor circa vulnus non eminet ob veneni tenuitatem, quod mirabili celeritate ad partes intimas penetrat, ideoq; cutim subiens ita ad penitiora delabitur, vt vel parùm, vel nihil in superficie cutis emineat. Hac de causa mors Cleopatræ cognitu fuit difficilis, & nonnisi serò ab Octauianis, ex duobus paruis punctis deprehensa fuit. Vnde non injuria sic canebat Nicander in Theriacis.

Mors Cleopatræ cur fuerit difficilis cognitu.

Nec tamen vlla vides impressi vulnera morsus,
Nec digitus facti cuiuscunq; ictum corpus aduris;
Sed qui læsus homo est, circa umbram, fauilla laborem
Claudit, & ignauo moriens torpore fatiscit.

C Hæc & alia signa huius veneni diuulgauit Lucanus, dum interitum Leui morsu aspidis perempti enarrauit hunc in modum.

L. 9. Pharsal.

At tibi Leue miser fixus præcordia pressit
Niliaca Serpente cruor, nullosq; dolore
Testatus morsus, subita caligine mortem
Accipis, & stygias somno descendis ad vmbras.
Non tam veloci corrumpunt pocula letho
Stipite, quæ diro virgas mentita Sabæas
Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.

Per Niliacum Serpentem à poeta hoc in loco aspis intelligitur: cum libenter circa ripas Nili versetur, citiusq; dicitur hac animal morsu interimere, quàm toxicum arboris apud Sabæos populos nascentis. Reusnerus quoq; in Paradiso poetico meditans somnum morsu aspidis inductum, pronunciauit distichon huius tenoris.

Serpẽs Niliacus qui.

Brachia si fuerint sacris admorsa colubris,
Iam trahit occultum membra soporis iter.

D Huius etiam symptomatis meminit Georgius Pictorius in Lerna malorum, dũ cecinit.

Aspidis & morsu læsum dormire fatentur
In mortem, antidotum nec valuisse ferunt.

Itaq; cum alias exactum fuerit venenorum alia vai, alia alteri corporis parti peculiarem afferre noxam: poterimus in præsentia pronunciare virus aspidis principaliter cerebro aduersari; quemadmodum ex enarratis symptomatibus huic morsum concomitantibus colligendum est: veluti sunt sopor, & oculorum nictationes. Scribebat enim Dioscorides, quòd statim post ictum aspidis, caligo oculos obumbrat, nullus penè conspicitur tumor, mediocris insurgit stomachi dolor, & vulnus est adeo exiguum, vt ab acutissima acu factum esse videatur. Addit postea Matthiolus in commentarijs ad Dioscoridem, quòd ictum aspidis consequitur stupor, pallor, frontis refrigeratio, hiatus assiduus, palpebrarum nictatio, colli inclinatio, capitis grauitas, segnities, lapsus in profundum somnum, & tandem conuulsio. Immò addit quoq; ex

Symptomata morsus huius Feræ. Li. 6. c. 56.

Loco cit.

morsu

www.libtool.com.cn

Symptomata morsus aspidis.

Signa mortis aspidis.

Symptomatum huius veneni causa.

m ictu aspidis chelidonię præsentissimam esse necem, & ex ictu cherſææ nonniſi poſt ſpatium quatuor horarum accedere: cum ptyas multò tardius interimat. Auicennas autem ſigna morſus aſpidis chelidoniæ, necnon aſpidis ſiccæ, ſeu cherſææ eadem eſſe affirmat: harum namq; alterutra, ſi mordeat, accidunt, vt inquit ipſe, frequentes ſingultus, alteratio caloris, ſtupor, & frigus membrorum, & ſomnus profundus cum pulſus vehementia. Sin mordeat ptyas, ideſt ſpuens: tunc patiens, ad mentem eiuſdem Auicennę, ſenſu, & motu penè priuatus, poſt continuos ſaltus ſoporatur: cum torſione colli, ſpaſmo, pulſu inordinato, & abſq; dolore, vita priuatur: quamuis ab initio dolorem intetimorum ſenſerit, & ad vomitum prouocandum, digitos in guttur introduxerit. E

Actuarius quoq; patientis colorem in viridem, & herbaceum permutari aſſerit: deinde in reliquis ſymptomatibus aſſignandis, ſententiæ Nicandri, & Auicennæ adſtipulatur. Tandem Ponzettus non modò ſymptomata ictus aſpidum, ſed etiam eorum cauſas in medium afferre conatur, dum inquit nigredinem quandoq; circa locum affectum, diuturnè à nimia caliditate veneni partem adurentis, & oculorum obſcuritatem à vaporibus venenatis oriri atteſtatur, qui interdum capitis dolorem afferre ſolent. Poſtea F humores in ſtomacho veneſica vi infecti agitantur, & vomitionem prouocant: immò ſæpè conuulſionem, quoniam tunicæ ſtomachi contrahuntur, & coarctantur. Deniq; materia deſcendens ad inteſtina dyſenteriam, ſyncopem, & interitum procreare dicitur.

VENENI ASPIDVM MEDELA.

L.8. c. 29.

MVLTI, antequam præſidium aliquod ad profligandum aſpidis virus, præſcribant, vitæ ægrotantis periculum facientes, centaurium in vino tritum propinant; nam ſi pharmacum euomatur, patientem perituru, ſin ſecus, victurum eſſe pollicentur. Ariſtoteles tamen, in hiſtoG rijs animalium, aduerſus ictum aſpidis Africanæ nullum valere præſidium atteſtatur. Quare hinc colligere poſſumus, pro caſtigando aſpidum aliarum regionum veneno, medicinam aliquem habere locũ. Vnde Dioſcorides, ad aſpidum virus, remedia in capite de Ceraſte propoſita commendauit. Plinius vnam tantùm opem, nimicum partis mutilationem inueniebat; cui ſententiæ Paulus Aegineta ſubſcripſit.

L.6. c. 54. Partis mutilatio, vbi conueniat.

exuſtio partis vulneratæ.

Medicamẽta tenuiam partium ad hibenda.

Aelianus quoq; non videtur recedere à prædictorum virorum opinione, dum inquit: Serpentum venenum peſtiferum eſt, ſed peſtilentius aſpidis: viperæ, & aliorũ anguium morſus non carent remedio, aſpidis tantummodò ictum curari non poſſe intelligo. Mercurialis tamen admoneret curationem huius veneni eſſe ſollicitandam, conſequenterq; ad plagæ exuſtionem deueniendum eſſe, vel podicem galli, aut columbæ vulneri eſſe applicandum. Et quoniam vulnus exiguum eſſe ſolet, ſcarificationibus, aut ſicyarum appoſitione dilatandum eſſe docet. Amplius, ex Pareo, quoniam veneno aſpidum, ſanguis in venis, & arterijs congelatur, medicaminibus calidis, & tenuium partium H vtendum eſt: veluti ſunt magna antidota, ſcilicet theriaca, & mithridatium, quæ in aqua vitæ diſſoluta intrinſecus, & extrinſecus, adhiberi poſſunt. At ſi accidat, vt pars læſa nigreſcet, ſatius eſſe putat Pareus, ſi vires ferant, partem eſſe amputandam.

Simplicia medicamẽta quæ conueniant. Origanum. Allium. Anisum. Lupinus. hyoſciamus. Ariſtolochia. Gentiana.

Cæterùm, vt in his præſidijs proponendis ordinatim incedamus, à ſimplicibus per os ſumendis exordiemur. Hæc autem à plantis, animalibus, & lapidibus deſumuntur. In primis nonnulli origanum virens, ad vomitum excitandum, cum vino tritum propinãt, deinde antidotis fæliciori cum ſucceſſu vtuntur. Olaus Magnus allijs tritis, cum zytho adhibet. Plinius clematidem aegyptiam contra Serpentes, & potiſſimum aſpides ex aceto efficacem prædicat. Deinde aniſum, lupinum, necnon hyoſciamum contuſum in vino præbet. Ponzettus ariſtolochiam cum roſis, & ſemen apij cum mero, item carpobalſamum, & puluerem gentianę cum vino, vel modico menthæ ſucco commendat. Pariter mira vis citri aduerſus aſpides, apud Atheneum legitur. Scribit enim prædones quoſdam vltimo damnatos ſupplicio tamquam Ferarum cibum in theatrum à militibus

L.3 c.5.

intro-

www.libtool.com.cn

A introductos, & ab aſpidibus pereuſſos nihil paſſos fuiſſe. Ideò Princeps id admiratus, de cibo eorum militem cuſtodem interrogauit: ſed ſtatim atq; cognouit: eorum eſum fuiſſe citrum, poſtero die talem cibum vni, alteri verò nequaquam dari juſſit: vnde qui citrum non comederat, altero incolume, ab aſpidibus punctus interijt.

Citri virtus admiranda.

Præterea in hoc caſu multum adiumenti affert acetum, & præcipuè acerrimum, cuius tanta quantitas ſumenda eſt, donec qualitas aceti circa dextram præcordiorum partem ab ægro percipiatur: Hepar enim in morſu aſpidis ſenſu priuari aiunt. Ad confirmandum, & extollendum hoc præſidium, addere poſſumus hiſtoriam cuiuſdam hominis à Plinio recitatam, qui vtrem aceto plenum ferens incautè calcauit aſpidem, à quo fuit vulneratus, & quoties deponebat vtrem, toties ſe eſſe ſauciatum ſentiebat; fieq; remedium huius morſus acetum eſſe intellexit. Id rurſus ſtabilire poteſt caſus cuiuſdam pueri, qui cum ictus eſſet ab aſpide, & ob ingentem æſtum ſiti premeretur, aliumq; non haberet humorem, acetum, quod forte ſecum habebat, hauſit, & liberatus eſt. Cornelius Celſus credidit hoc accidiſſe, non quia acetum facultatem refrigerandi, ſed quia vim diſſipandi poſſideat: ideoq; veriſimile eſt hoc præſidio, humorem B intra corpus denſatum diſcuti, & ſanitatem reſtitui. His addatur vrina impubium puerorum, quam non infrugiferam, in hoc caſu, Plinius exiſtimat. Verùm Marcus Varro octuageſimo nono vitæ anno tradidit, ictus aſpidum ſanari, ipſa pereuſſorum vrina, quod poſteà confirmauit Quintus Serenus his verſibus.

Aceti virtus in morſu aſpidũ.

Caſus pueri ab aſpidi ictũ.

Cur acetũ ſanet morſus.

Si verò horrendum vulnus fera fecerit aſpis,
Vrinam credunt propriam conducere potu,
Varronis fuit iſta ſenis ſententia, necnon
(Plinius vt memorat) ſumpti iuuat imber aceti.
Dicendum &c.

Vrina impubiũ laudatur.

Ab Animalibus etiam homo perceuſſus ab aſpide non mediocrem fructum eſt conſecuturus. Ponzetus, ad mentem nonnullorum, ſtomachum ciconiæ cum vino tanquam ſingulare auxilium extollit. Plinius fel muſtelarum, quas Græci ictidas vocant, contra aſpidum punctiones vtiliſſimum; imò vrinam teſtudinis cimicibus tamen admixtis C efficaciſſimam eſſe iudicat. Vnde poſtea Kiranides non ſolum teſtudinis vrina, ſed marinæ quoq; teſtudinis ſanguine hauſto, omnes ferè morſus, ſed præcipuè aſpidis ſanari opinatus eſt. Tandem Orpheus in libro de lapidibus, corallium in vino potum ab aſpide punctis quamplurimum prodeſſe facetur. Item in *Pam* prouincia Regni Malacenſis inuenitur quandoq; in felle hiſtricis lapis, ob raritatem alicuius æris, coloris eſt dilutioris purpuræ, amari guſtus, & tandem leuis, & inſtar ſaponis lubricus. Et quamuis in Malaca lapis bezoar ſit frequens; nihilominus Incolæ lapidem hunc in felle hiſtricis Malacenſis repertum, ad reſiſtendum cuicumq; veneno longè præferunt: Macerant enim lapidem in aliquo liquore cardiaco, vel, hoc deficiente, in aqua communi, quam poſtmodum patientibus propinant; vnde ſtomachus roboratur, & venenum eis nihil obeſt.

Stomachus Ciconiæ.

Vrina, & ſanguis teſtudinum.

Lapis Malacenſis.

Lapis Hiſtricis.

Si ad compoſita alexipharmaca mentem conuertamus. Primò incidemus in theriacam magnam Andromachi, quæ venenatis nõ mediocriter confert: propterea Galenus in libro de vſu Theriacæ ad Pamphilianum hæc habet. Perceuſſis à vipera, vulneratis à Serpente, ictis ab aſpide, cõmorſis à rabido cane, demũ læſis ab aliquo animali, quod D dentibus, aculeo, vel cõtactu venenum relinquat, recens theriaca ſatis ſuperq; efficax remedium eſt. Recens autem eſt, quæ ſextum, & trigeſimum annum nondum attigerit. Quapropter Septentrionalem plagã incolentes, ſi ab aſpide demorſi fuerint, ex theriaca Venetijs illuc vecta ſalutare remediũ percipiunt. Hac aũt deficiente, teſte Olao Magno, allium contuſum, & in cereuiſia diſſolutum bibunt, & aliud ſimiliter ſupra ictum collocant, & liberantur. Succedit antidotus Antipatri, quæ & theriaca nuncupatur: ex hac autem ſumpta ante, & poſt ictum aſpidis non parum vtilitatis patiens eſt percepturus. Recipit igitur, Galeno teſte, gentianę vnciam dimidiam, radicis trifolij tantumdem, ſeminis eiuſdem drachmas duas, polij drachmas tres, ariſtolochiæ tenuis drachmas duas, radicũ peucedani, & galbani tantũdem, petroſelini drachmas quatuor, rutę ſyluęſtris drachmas tres, pyrethri drachmam, herbę pedicularis tantumdem, radicum vitis albę drachmas duas, leucopiperis tantumdem, acori drachmas tres, thymiamatis drachmam, & obulos quatuor, verbaſci, chamępytios, chamęleę, marrubij, conizę, cymini

Compoſita medicamẽta ad morſus Aſpidũ.

Theriaca magna Andromachi vis.

L. 2. de Antid. c. 10.

Antidotus Antipatri, quæ recipiat ſimplicia.

www.libtool.com.cn

cymini æthiopici, succi papaueris, castorei, seminis, fœniculi, agarici, cassiæ rusæ, florum iunci odorati, rhei, singulorum drachmas duas, dauci cretici drachmam, & obulos tres, opopanacis tantundem, sagapeni drachmas duas, & obulos tres, abrotoni drachmam, & obulos tres, dictamni, & styracis tantundem, cinnamomi drachmas tres, nardi tantundem, myrrhæ unciam dimidiã, thuris drachmam, anisorum, & succi cyrenaici tantundem, coaguli hinnuli drachmas tres, croci unciam, & mellis attici, quod satis esse deinde ad nucis auellanæ magnitudinem exhibetur.

Quæstiones seu Dubia prædictæ antidoti. L. 2. de Antid. c. 10.

Neq; omittenda est theriaca ad intolerabiles dolores Euclidis Palatiani, quam vt ipse referebat, aduersus aspidum morsus composuit. Recipit autem, vt videre licet apud Galenum, castorei drachmas sex, opopanacis, sagapeni, seseleos, cachryos, chamædryos, chamæpityos, Marrubij singulorum uncias duas, styracis, bituminis Iudaici, myrrhæ, singulorum drachmas septem, succi papaueris unciam, & mellis libram. Percussi à Serpentibus prius vomere debent: deinde huius drachmam, cum succo fraxini, vel cum vino bibant. Præterea recitatur etiam à Galeno antidotus Damocratis, quæ in morsibus aspidum non vulgariter potest prodesse his versibus.

Lib. de Antid. c. 15.

Nunc ensem tradere medicinas volo
Quæ morsus tantum venenatos sanent
Coryntæ, viperarum, aspidis, chersydri:
Ictus Ferarum, & punctiuras quoq;
Apum, vespārum, scorpij, phalangij.
Hac arte struas. Iridis bis quatuor
Assume drachmas primum: tum Zingiberis,
Succi panacis, & succi papaueris,
Radicum libanotidis, semen trifolij
Cuiusq; creticum tamen bis quatuor.
Aristolochiæ, longam aico, & rutæ
Agrestis seminum drachmas duodecim.
Radicum vitis albæ sex, & decem:
Serpilli verò pariter, & smyrnij,
Pontoq; missæ nobilis castorij
Tantumdem: sed eryngij, & feminum apij
Aethiopici præsertim, & adhuc noui,
Cuiusq; drachmas appendo ter duas:
Eruiq; candidi, & mundi bis duodecim.
Hæc cuncta sicca, & transmissa cribro,
Excipe vino: paruos inde fac orbes,
Rotasue paruas, vnicam drachmam dabis
Huius medicamenti ex hemina meri
Boni, non commisti, pinguis, & non noui.
Facit dimidium resolutum aqua
Tumori ventris, atq; turgido colo,
Et quibus incerta causa quicquam dolet.

Item Christophorus Andreas in Oecoiatria (referente Pareo) præter theriacam, proponit ad morsus aspidum, singulare præsidium, quando ait. Insulas Hispaniæ aspidibus, omniq; venenatorum animantium genere abundare, & aduersus eorum ictus, theriaca postposita, sequenti antidoto, fælici successu vti, quæ vires insignes, & adeò multiplici experientia comprobatas habet, vt Incola non dubitauerit se quantumlibet efferæ aspidi mordendum offerre. Recipit autem hoc medicamentum folia taxi barbati cariophilatæ, leucoi rubri par pondus, quæ in aceto acerrimo, & urina sani hominis, pro fotu læsæ partis feruere debent. Sed satius esse existimat author, si præsens sciunus tres uncias huius decoctionis, duabus horis ante pastum, hauriat.

Noua antidotus ad morsū aspidum.

Olim etiam quidam circumforaneus medicatam venditabat aquam, qua pota, demorsi ab aspide sanabantur: eo potissimum tempore, quo Pompeius Rufus Romæ ædilitium munus obibat; quamuis postea hic circulator, permultis, qui eamdem factitabãt artem circumstantibus, ad suam ostendendam virtutem, & ad specimen de se præbendum, aspidem brachio admouerit, sed cum propriam sorbere non potuerit aquam, que

Aqua cuiusdã circulatoris.

ex

www.libtool.com.cn

A ex insidijs euersa, vel subducta fuit, paulò post, veneno ad intima penetrante, vita priuatus fuit. Postremò Petrus Andreas Matthiolus in commentarijs ad Dioscoridem, mirandum in modum extollit suam quinam essentiam ex aqua vitæ tanquam præstantissimam aduersus omnia contra virus aspidum; quod medicamen, cum sit tenuium partium, celerimè per vniuersas corporis partes diffunditur, & venas, arterias q; confestim penetrat, ideoq; prohibet, ne sanguis, & spiritus in venis refrigerati desentur, pariterq; adaucto calore innato, venefica vis citissimè superatur. *Li. 6. c. 54. Quintaessentia Matthioli.*

Ennumeratis internis alexipharmacis ad externa recensenda properandum est, quibus interdum pars affecta fouenda, & refocillanda est. Dioscorides sermonem habens de cimicibus lectularijs, illas ictibus aspidum vtiliter illiniendas esse tradebat: item butyrum circa vulnus esse ducendũ, & folia fraxini imponenda probabat. Amplius aquam maris contra ictus scorpionum, phalangiorum, & aspidum vtilissimam prædicabat; dũmodo patiens in eã calidã sæpius descenderet. Plinius halicacabo cum oleo trito, in hoc casu, vtebatur. aliquando has herbas polium, & rutam syluestrem, ex aqua cælesti B tritas, ad mitigandum aspidis vulnus laudabat. Aetius pro fomento aquam marinam adhibebat; quandoq; post scarificatas cucurbitulas, centaurium cum myrrha, & modico opio, aliquando rumex instar emplastri accommodatum parti læsæ apponebat. Præterea non est omittenda theriaca, quæ extrinsecus etiam adhibita præcipuam vtilitatem, parti vulneratæ afferre solet. Olaus Magnus refert, quòd gentes Aquilonares non modo theriaca, sed furfure quoq; instar emplastri accommodato vtuntur. Vincentius Belluacensis scripteis mandauit, quòd quidam citra vllum remediorum intrinsecorum, & extrinsecorum vsum, verbis, aspides excantant, ne veneno nocere possint, & vt de illorum capite lapis à multis expetitus erui possit. Author anonymos tradit excantari aspides, ne lædant, quoniam Dæmones discurrunt cum verbis ad serpentes, & infectione interiori hoc faciunt, vt serpentes ad nutum eorum moueantur, & sine læsione tractabiles fiant. Verùm de his vanis cantionibus in capite primo huius libri multa scripsimus. *Li. 2. de mat. med.* *Aquæ marinæ virtus* *Theriaca Andromachi.*

C

EPITHETA.

QVÆDAM huius animalis epitheta locum natalem, & naturales quasdam eius proprietates respiciunt, quædam verò cum alijs anguium epithetis sunt communia. Quoad primum aspis aliquando Niliaca, & quandoq; Aegyptia nominatur, interdum etiam Pharia à Pharo parua Aegypti insula: cum aspides prædictis delectentur locis. Surda quoq; vocatur aspis, non quia auditu careat, sed quia ad repellendas magici cantoris voces, aures obturare perhibeatur: vel potius ab effectu, quoniam morsu soporem inducens patientem surdum reddat: idcirco apud Apollinarem legitur aspis κωφὼ, nimirum surdastra: quamuis ab Hesychio, hoc epitheto donetur illa serpentis species, quæ, ob cæcitatem, Latinis cæcilia appellatur. Ratione alterius proprietatis, aspis apud Latinos somniculosa, somnifica, & somnifera dicitur. itẽ Græcis ἀσπὶς ὑπνάλη ab ὕπνος somnus, quoniam morsu soporem percussis afferat. Vnde Lucanus canebat. *Aspis cur surda dicatur.* *Cur somnifera dicatur.* *L. 9. Pharsal.*

D

Hic quoq; prima caput mouit de puluere tabes
Aspida somniferam tumida cernice leuauit
Plenior huic sanguis, & crassa guttur veneni
Decidit &c.

Hac de causa nonnulli, etiam expositores Ouidij fuerunt huius opinionis per pigram Serpentem, aspidem à Poeta intellectam fuisse, quando libro secundo Amorum sic cecinit. *Pigra serpens quæ.*

Pigraq; labatur circum donaria Serpens.

Nonnulli siccam aspidem vocarunt fortè quia incolens Nili ripas, nunquam aquæ se se inergat: quamobrem Lucanus decantabat.

——— stabant in margine ficæ
Aspides, in medijs &c.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Aspis cur sicca dicatur.

Auicennas tamen ideò siccas aspides nuncupari opinatur, quoniam vehementi cutis E siccitate prædite sint. Insuper ob rabificum virus, lethifera nominatur aspis à Lucano, à Græcis *ἰοχαιρα*, ideſt veneno gaudens, & apud Orpheum *παλαμναίη* nimirum cede contaminata; quamuis hac etiam voce græca, peſtis, & pernicies ſignificetur. Aliter etiam hic Serpens Græcis dicitur *ἀνδράφονος*, nempe homicida, item *ἴοβολος* venenum proijciens: quamuis hoc eodem nomine denotetur, qui ſagittas eiaculatur, aliquando Græcis vocatur *πτυελόεντος*, ſcilicet exitioſus: licèt vt plurimum hac nomine amarus deſignetur; nam herba *πτυελόεσσα* ab amarore proprium nomen ſortita eſt. Quandoq; dicitur *πυρίπνους*, videlicet ignem ſpirans: quamobrem tumeſcens, formidabilis, & Græcis *σμέρδαλέη* cognominatur. Pariter *λαχαρὸς* linguam exerens, & in epigrammatibus græcis *ἀναιδὴς* impudens, & tandem Nicandro in Theriacis *ἑλικόεσσα* ſinuoſa indigitatur.

Epithetæ græcæ.

DENOMINATA. F

Aſpidotrophi populi qui.

QVÆDAM pauca tam græca, quam latina ab aſpide tum animali, tum clypeo denominationem ſortiuntur. In primis *ἀσπιδόδηκτος* nuncupatur ille, qui ab aſpide percuſſus fuit. Item *ἀσπιδότροφος*, qui aſpidibus veſcitur: quamobrem Galenus ad calcem ſecundi libri ad Glauconem, Marſos populos *ἀσπιδοτρόφας*, nempe aſpidum carnem vorantes indigitauit. Synaſpiſmum poſtea Veteres vocabant, quando, in phalange, ſinguli cubitum occupabãt; nam Phlethon Gemiſtus, referente Cælio Rhodigino, prodidit Philippum Amynte omnium primum Macedonicæ phalangis ſynaſpiſmum conſtituiſſe. Amplius Aſpidiſcos, eodem Rhodigino teſte, quoddam ornamenti genus in ſcutis eſſe perhibetur. Immò partem in naui ad puppim vergentem, aſpida vocabant. Inſuper, ex eodem Rhodigino, Aſpidas forma orbiculari campos olim nuncupabant, aut vbi plures aſpides verſabantur. De parte tandem Vrbis Argiuæ, Aſpida nominata, Plutarchus in Vita Pyrrhi multa monimentis mandauit, ad quem lo- G cum lectorem relegamus.

Synaſpiſmum quid vocauerint Priſci. L. 25. lect. antiq. c. 31

MYSTICA, ET ALLEGORICA.

Cap. 11.

LEGVNTVR in ſacris Bibliis, nimirum apud Eſaiam hæc verba. *Lætetur infans delectabitur ſuper foramen aſpidis.* Multi exponunt, quòd quicumq; ex hominibus, occulto veneno ad nocendum referti ſunt, ſub regno Chriſti, mutato ingenio, fore vel pueris innoxios. Iterum apud eumdem Propheram leguntur talia verba. *Ova aſpidum rumpent, & telas aranearum texunt, qui comederit de ouis eorum, morietur, & ſi comprimantur, producetur regulus.* Aliqui expoſitores de peccatis Iudæorum Propheram egiſſe aſſeuerant: quaſi hic ſit ſenſus: vos eſtis ſimiles ouis aſpidum, quibus fractis, nil aliud quàm aſpis emergit, & omnes veſtri labores telis aranearum aſſimilantur, quæ nullius ſunt vſus; cum ex ipſis nulla veſtimenta parari poſſint. Gloſſa huius loci ita exponit. Veluti ex ouis aſpidum naſcitur Regulus; ita ex Iudæis dimanabit Antichriſtus. D. Hieronymus prædictum Eſaiæ locũ interpretans prodidit, fractione ouorũ aſpidum, myſticè denotari manifeſtationẽ errorũ, qui veritatis, & bonitatis ſpeciem præ ſe ferunt, vt eorũ fetor omnium naribus cõmunicetur. Lauretus autem in ſylua Allegoriarum id myſticè interpretatur venenatam doctrinam, vel Improborum conſilia in humanis cordibus deliteſcentia, quæ tandem perueriis operibus manifeſtantur. Iterum in Deuteronomio legitur. *Venenum Draconũ vinum eorum, & venenum aſpidum crudele.* Interpretes per hæc verba myſticè indicari fatentur Dæmones, lauidos, & Calumniatores, qui verborum præſtigijs, & vaniſſimis commentis, hominum ſimplicium mẽtes decipere conantur. Demùm quando apud Iob legitur. *Panis eius in ventre illius vertetur in fel. aſpidum intrinſecus*, ſcribunt Interpretes pro expoſitione huius loci, malum illud, quo impij delectantur, tanquam cibum immutaturũ naturam, & tanquam venenũ maximè

Cap. 59.

Ova aſpidũ myſticè quid ſignificent.

Cap. 2.

Cap. 20.

noxium,

www.libtool.com.cn

A noxium, quale aspidum ab omnibus conspiciendum fore: & quoniam in eodem capite Iobiana hæc alia verba: *Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.* D. Gregorius in Moralibus id mystice declarans inquit; Demonstrari initium occultarum cogitationum, quæ in corde oriuntur: sed postea mens capta violenti veneno tentamenti opprimitur, & necatur: cum aspis latentes malorum suppeditationes denotet, & vipera violenta designet tentamenta. *Li. 15. c. 9.*

MORALIA.

AVTHORES morales vnanimes produnt Diabolum meritò aspidi assimilandum esse: nam si aspis morsu patientem soporat; Diabolus quoq; si dentibus lethalium criminum peccantem momorderit; illum somno mundanarum deliciarum adeò obruit, vt omnibus priuetur sensibus. Primò enim propriam fragilitatem, mortem appropinquantem, & Dæmonum crudelitatem non conspicatur, æternarum suauitatem voluptatum non odoratur, correctiones virorum iustorum non audit, confessione non loquitur, bonis operibus non mouetur, & deniq; sceleratis, & mortiferis criminibus inuolutus ità dormit, donec diabolicum virus eum interimat. Cum tamen manifesta sit Christi doctrina apud Mattheum. Vigilare oportet, quoniam si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; neq; sineret perfodi domum suam; Deinde si aspis ità cognominatur, quia venenum aspergat: Diabolus quoq; tentamenti virus disseminat. Immò si, ad mentem Plinij, hic serpens Mauros, & Afros non lædit: parieet Diabolus viris iustis nocumento esse nequit, qui Mauri iure merito cognominari possunt; cum assidua pœnitentia nigri esse ferantur. Amplius Dæmon erga viros iustos interdum ità se se gerit, veluti cantator magicus erga aspidem, qui cantionibus, eum de cauerna educere nititur: sic Diabolus assiduis mollium monimentis deliciarum, prædictos viros de profunda status fidei, & gratiæ cauerna extrahere conatur. Demũ si quis ab aspide demorsus nonnisi per mutilationem membri sanatur: pariratione, membra corporis Ecclesiæ à Diabolo per hæresim infecta totum corpus inquinabunt, nisi separentur. Dicebat enim Christus apud Mattheum, omnem arborem bonos non producentem fructus excidendam esse.

Diabolus assimilatur aspidi.

Cap. 24.

Iterum dæmon comparatur ad aspidem.

Cap. 3.

Cæterùm non solum Diabolus, sed homo etiam auri sitientissimus, assiduisq; lucris, & opibus inhians aspis nunquam potuerit: cum, ritu illius venenosi animalis, oculos in temporibus, & non in fronte habeat; non enim anteriora, & æterna conspicatur, sed lateralia, nimirum mundi diuitias, & vsuras meditatur: nam vsuræ, non secus ac aspides sæuiunt, mordent, inficiunteq;, & necant eum, qui fœneratur. Vnde Author sub nomine Chrisostomi præclarè id significat, vbi aduersus fœneratorem declamat hunc in modum. Similis est pecunia vsuraria aspidis morsui: sicut enim, qui ab aspide percutitur, quasi delectatus cadit in somnum, & sic per soporis virtutem moritur, sic qui accipit pro vsuris ad tempus delectatur, quasi qui beneficium accipit, & sic per suauitatem beneficij non sentit quomodo captiuus efficitur: nam sicut venenum aspidis latenter per omnia membra discurrit, & corrumpit. Sic vsura per totas facultates eius discurrit, & conuertit eas in debitum. Præterea in erroribus perseuerantes, more aspidum, aures obturant, ne diuina audiant præcepta. Nam cantator magicus est concionator, qui blandis hortationibus illos de vitiorum specu eruere conatur. At illi aures animæ, scilicet intellectum, & voluntatem obturant: siquidem aurem voluntatis terra mundanæ voluptatis claudunt, & aurem cordis, & intellectus cauda, ideſt fine vitæ: cum diuturnam vitam protrahere, & tandem pœnitentiam agere sperent. Iuxta illud Ieremiæ. *Induruerunt ceruicem suam, ne audirent legem, & ne susciperent disciplinam.* Sed exemplũ obstinati peccantis expressum habemus in libris Decretalium: vbi summus Pontifex iurè optimo vehementer inuehitur in Fridericum Imperatorem his verbis. *Sed licet sic apud eum pro pace, paternis monitis, & precum cura remus insistere lenitate; idem tamen Pharaonis imitatus duritiam, & obturans, more aspidis, aures suas preces hominum, & monita, elata obstinatione, & obstinata elatione despexit, propter quod &c.*

Auarus æmulatur aspidem. Homil. 12. in Matth.

Peccantes obstinati similes aspidibus. Cap. 17.

Lib. 6. c. 2.

Obstinatus, ex D. Augustino, assimilatur aspidi.

Diuus etiam Augustinus in expositione psalmi nonagesimi, obstinatum aspidi assimilan-

www.libtool.com.cn

milandum esse retulit; dum dixit, *Hic verò nouissimus aspis, quia alteram aurem quam* E
proximè potest terræ infigere, alteram verò caudæ immissione obturare conatur, ne audiat. Quid ad hæc excantantis vox, quid sermo faciet prædicantis? Orabo pro eo, baptizabor pro mortuo, uberrimo quodam profluuio lacrymarum: apud quem videritn nihil humanæ excantationis quamlibet sapientiam, nihil quantumcumq; admonitionis industriam prævalere. Noverit tamen vir sapiens non Cælo se se, sed solo infigere caput, quod sapientia, quæ è supernis est, non modò pudica, sed etiam pacifica sit. Hæc autem Magistra ita dicam) aspidica, nisi terrena esse non potest, sed nec ideo obsurda foret, nisi caudæ quoq; obturaret auditum, caudæ est finis intentionis, hæc surditas desperata, dum hic quidem velut terræ infixus propriè inhæret voluntati, inde velut reflectens caudam, finem aliquem meditatur, & infigit animo, quem desiderat adipisci. Inde tam mordax, & amarus sermo inuenitur in ore hominis obstinati, quòd nulla ad eum penetrari queat benevolentia monitoris. Inde aspidis virus in lingua aculeo persæuerat, quod adhuc sua linguam excantatoris tanto se studio obturarit.

Detractores similes sunt aspidibus. Illi etiam, qui alienam famam passim debacchantur, aspidibus optimè de causa, in sacris Bibliis, assimilantur. Hæc sunt verba. *Venenum aspidum sub labijs eorum sepulcrum patens est guttur eorum*, sanè ora bonorum, non tumulus, sed odoris plena suauissimi. F

Tyranni aspidi similes. L. de Amicit. c. 48. Insuper importuni, & immites tyranni aspidum similitudinem effugere non possunt: nam veluti aspis nonnisi cum socia vagatur, & alterius interfectorem pertinacissimè persequitur: sæuus quoq; tyrannus, cui, vt dicebat Cicero, nulla est fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentiæ fiducia, omnia ejus illi semper suspecta sunt; aut filium, aut alium tyrannidis successorem sibi adiungit, ne si quid acciderit, vltor desit.

Improbus, & scelestus Princeps. Importuno tyranno adiungere possumus improbum, & scelleratum Principem, qui more aspidis Afris minimè noxij, proprijs consanguineis, aut sibimet ob munerũ copiam, amicitia deuinctis peccantibus parcit, aliorum verò scelera libera, & impunita non relinquit. Immò Princeps, & Iudex iustus mores illius ægyptiacæ aspidis imitari debe-

Iudex quã do debeat imitari. ret, quæ vnà cum catulis quotidie ad mensam cuiusdam viri accedebat: sed cum accidisset, vt catulus filium hospitis venenauerit: illicò mater proprium catulum coram hospite, morte puniuit. Sunt etiam multi homines nocendi cupiditate pleni tanquam G
aspides, qui essent causa ineuitabilis mali, nisi natura hebetudinem visus illis communicasset: pariter prædicti homines essent pestilentissimi, si vis ingenij propriæ cupiditati accederet. Quare non immeritò Synesius in epistola quadam ad fratrem, recitat distichon græcum incerti Authoris, in quo homines quidam notantur tanquam maximè venenatis bestijs, nimirum aspide, rubera, vipera, & cane rabido nocentiores versus sunt.

Ἀσπίδα, φρῦνον, ἔχιν, καὶ λαδικίας σαπρὸν ἰόν,
Καὶ κύνα λυσσητῆν, καὶ πάλι λαδικέας.

Hi autem versus in latina carmina sic verti possunt.

Aspida, bufonem, necnon vitabis echidnam,
Atq; canem rabidum, non secus ac homines.

Laodicei homines vitiosi. Quibus versibus λαδικεῖς homines tanquam nocentissimi taxantur: putat enim Gesnerus hoc in loco λαδικέας per syncopem pro λαοδικέας dici, vt sit gentile nomen à Laodicea Ciuitate Asiæ, cuius ciues dolosi, auari, & omni improbitatum genere referti esse ferebantur: ideoq; summis rationibus tales homines aspidibus comparantur. Nam H

Vitia ablatu difficilia quę. quemadmodum pro ictibus aspidum nullum inuenitur remedium, nisi partes demorsæ amputentur: ita quædam sunt innata vitia, quæ nonnisi solo interitu auferri possunt. Ad finem, ex moribus aspidum aliquid etiam boni haurire possumus: quandoquidem si aspis mas ita immoderato affectu propriam prosequitur coniugem, vt nunquam sine illa diuagetur, atq; nunquam quiescat, nisi illius interfectorem venenauerit: pariter hinc homines Christi fideles discere debent rationem benevolentiæ, qua vxorem suam in dies complecti debent.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

HISTORICA.

RECITAT Ælianus in historia Animaliũ, quòd in quadam Ægyptiorum pastione ab Hercule denominata vixisse formosum puerum anserum custodem, ab aspide ita adamatum, vt dormiens ab illa excitaretur ad declinandas insidias, quas aspidis cõiux ei machinabatur: hic interim expergefactus ab illis sibi diligentissimè cauebat. Item Ælianus addit aspides ab Ægyptijs mansuefieri, facileq; cibarijs cicures reddi: quapropter neque illis, neque eorum infantibus obsunt: immo crepitu digitorum, de cauernis educti ad appellantem accedunt. Etenim Ægyptij statim post prandium farinam vino, & melle temperatam supra mensam exponũt, deinde aspides tanquam conuiuas, plausu dato, ad prandium inuitant: tunc illæ à varijs erumpentes cryptis, caputque eleuantes sensim, & moderatè explentur. Rursus si accidat, vt Ægyptij, nocturno tempore, de cubili surgere velint, ne aspides in tenebris conculcent, digitos percutiunt, indicantes de via esse decedendum; at aspides sonitus discrimen intelligentes cõfestim ad latibula confugiunt. Item Aelianus ad confirmandam aspidum apud Aegyptios veneration em, narrat, quòd vinitor cum scrobem foderet generosam plantaturus vitem, ligonis ictu, aspidem illic fortè latibulantem dissecuit, postea dimouendo terram, posteriorem Serpentis partem reperit, anteriore adhuc cruentata, & reptante: quamobrem obstupefactus statim rationis impotens redditus est, vt non solum diù, sed etiam noctu delirans de lecto exiliret, & se persequi aspidem indicaret. Immò veluti morsu læsus opem implorans vociferabatur, & interemptæ aspidis simulacrum se conspicari referebat. Cum autem diu huic capitis debilitate vexatus esset; tandem eius consanguinei ipsum supplicem in Serapidis templum duxerunt, Numenq; rogarunt, vt illud aspidis spectrum amoliri dignaretur, tuncq; patiens sine hausto hellebori, inde liber egressus est.

L. 9. c. 25, & 27.

Veneratio aspidũ apud Ægyptios.

Historia Agricolæ dementati ob necẽ aspidis.

B

Deniq; Aelianus aliam exarat historiam cuiusdam iuuenis insatiabilem profundumq; ventrem semper esitando distendentis, qui pauonis cuiusdam potiundi à Rege Ægyptiorum Ioui dicati, ad suæ deseruiendum voracitati, miro desiderio tenebatur. Hic igitur quemdam templi ministrum, mercede sacrilegij data, ad coercendam auem impulit. Itaq; ministro inani spe inducto ad locum accedenti, vbi alesmorari solebat, vt comprehensam gulose afferret iuueni, non pauo, sed horrifica aspis visa est, quare perterrefactus, opere infecto, illinc recessit.

Pauo in Aspidem versus.

C

PROVERBIA.

NON multa sunt adagia, quæ ex natura huius animalis desumuntur. Inter hæc primò hoc recitatur. *Aspidi, & Basilisco insistis.* Proferturq; de re inexitabili, quoniam horum animalium alterum, virus in obtios exputt, alterum verò visu nocet. Non absimile est hoc adagium alteri. *A fronte præcipitium, à tergo lupi.* Desumptum esse videtur ex doctrina Horatij, quando in satyra secunda primi libri scripsit. *Hæc vrget Lupus, hac angit canis.* Vel ex satyra tertia libri secundi, vbi legitur. *Hic fossæ serpentes hiantes, hic rupes maxima.* Deinde aliud recensetur. Δήγμα ἀσπίδος, idest *Morsus aspidis.* & promulgatur de malo immedicabili, aut de odio irreconciliabili, aut de lingua vehementer virulenta: propterea huc spectat ille versiculus.

D

Morsus aspidis proverbium.

Ἰὸς φέρεται ἀσπίδος ἀνὴρ γυνή.

Idest.

Telum aspidis profectò mulier improba.

Quoniam Aelianus tradidit aduersus omne serpentis virus, excepto morsu aspidis, remedium inueniri. Immò Manutius in Adagijs pronunciauit hoc prouerbiũ trahi posse ad hostem elancularium: cum aspis, citra dolorem, venenum infundat, & post demoram partem, nullum ferè in ea vulneris vestigium appareat. Tandem solet etiam hoc promul-

Mulier improba aspidi comparatur.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Aspis à vipera prouerbium. promulgari. *Aspis à vipera.* Et præcipuè quando sceleſtus homo, virum improbum conſulit. Refertur hoc inter apophthegmata Diogenis, qui conſpicatus duas mulieres colloquentes, hæc verba protulit. *Aspis à vipera mutuo venenum ſumit*: nec immeritò, quoniam mulier à multis ἰλιὰς κακῶν dicta eſt. De hoc prouerbio confugiendum eſt ad caput de vipera, vbi latius de hoc agitur. E

MIRACVLA.

EVERVS Sulpitius agens de virtutibus Monachorum orientalium, narrat quòd cuidam iuueni, qui pœnitentiæ ductus nuper ad Eremum ſeceſſerat, tabernaculumq; nonnihil per ſpatium ſex mille paſſuum à monaſterio ſibi conſtituerat, Abbas panem, per duos pueros, miſerat, quorum natu maior annum quintum decimum, minor verò duodecimum agebat. His ergo pueris inde reuertentibus aſpis mirandæ magnitudinis ſit obuiam: ipſi autem nihil perterrefactibeſtiam collum tumidum deponentem conſpicati ſunt: interim minor natu Feram manu comprehenſam pallio inuoluit, deinde Monaſterium ingreſſus quaſi victor, ſpectantibus cunctis Fratribus, reuoluto pallio, captiuam aſpidem non ſine iactantiæ tumore oſtentauit. Cum autem puerorum fidem, atq; virtutem cæteri prædicarent; tunc Abbas hanc infimæ ætatis iactantiam ægrè ferens, virgis vtrumq; compeſcuit obiurgás eos, cur prodidiſſent, quod Dominus per eos fuerat operatus: nam opus illud non ſuæ fidei, ſed diuinæ virtuti attribuendum erat; illiſq; præcepit, vt Omnipotenti Deo humili corde famularentur, & non ſignis atq; virtutibus gloriarentur. Item Chriſtiana virgo diuinis munita auxiliis multitudini aſpidum, quarum ſimulacra Magus quidam excitabat obiecta, illeſa, & incolumis euaſit. Hec & alia huius generis miracula legenda ſunt apud Surium, & alios Authores qui mores, & geſta illorum Martyrum prodiderunt, qui iuſſu Tyrannorum in lacum ſerpentibus plenum ducti fuerunt. F

Puer aſpidē pertractat illæſus.

Chriſtiana Virginis miraculū.

G

HIEROGLYPHICA.

L. 1 4. Hieregl. SACERDOTES Aegyptij, ex Pierio Valeriano, ad oſtendendam quamdam vim inuictam principatus, iconem aſpidum repræſentabant, quoniam longa experientia compertum eſt, paucos ab aſpide percuſſos euaſiſſe. Ideoq, olim peruulgati moris fuit diademata Regum Aegypti imaginibus aſpidum decorare. Siquidem hoc hieroglyphico ſtabilitatem regni deſignabant: nam quemadmodum amor aſpidis erga coniugem firmus, & ſtabilis eſſe perhibetur: ita per aſpidis ſimulacrũ, regnũ ſuum inter reliqua imperia firmum fore indicabant. Vnde Valerius Flaccus ſcribebat. *Iamq; aſpide cinctа comas, & omnis perſona ſiſtro.* Quamobrem Diodorus Siculus addebat à Sacerdotibus Aethiopum, & Aegyptiorum pileos oblongos geſtari, circa quos inuoluti aſpides conſpiciebantur, vt, qui contra Reges inſurgere audebant, læthalibus morſibus ſubeſſe demonſtrarent. Sunt qui hominem nulli Legum Imperio, vel Magiſtratuum edictis, vel Dynaſtarum iuſſis obtemperare nolentem, ſignificent icone aſpidis aures obturantis: nam aſpis ſtatim atq; cantionibus accerſiri ſenſerit, aures claudere conatur; ne verba excantantium audire queat. H

Diademata Regum Aegypti qualia. Lib. 4.

Cur aſpides in pileis. Viri inobediētis hieroglyph.

Alij, per duas aſpidum icones, tenacem, & ſynceram amicitiam denotari poſſe arbitrantur: quandoquidem perhibent aſpidem nunquam abſq; comite è ſpecu egredi, vt ſi earum altera occidatur, ſuperſtes alterius mortem vlciſci poſſit. Poſtremò addit Cælius Calcagninus, ſimulacro aſpidis tanquam à ſenecta immunis, & ad motum nullo vtentis inſtrumento, & facili reuolutione ſe contorquentis, aſtrum deſignari poſſe: quamuis hoc hieroglyphicum à quacumq; alia Serpentis icone monſtrari poſſit: cum quiliber Serpens prænominatis gaudeat conditionibus.

In lib. de reb. Aegyp.

EMBLE-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

EMBLEMATA.

LORENTIVS vir præstanti litterarum scientia conspicuus, in suo Emblematum libro, delineauit chirurgum secantem brachium hominis ab aspide demorsi, cum hac inscriptione. PRINCIPIIS MALI OBSTANDVM. Deinde subscripsit hexastichon huius tenoris. *Embl. 66.*

Aspidis haud vlla morsus curabitur arte,
Ense recidatur pars nisi læsa statim:
Haud aliter si seditio teterrima pestis
Ingruat, & secum crimina multa trahat.
Omnia sunt tentanda quidem, sed tollere præstat
Vnum, ne totus grex malè dispereat.

B Principijs cuiuscumq; mali confestim occurrendum esse monet, etiam Persius satyra tertia, quando canit.

Helleborum frustra, cum iam cutis ægra tumebit.
Poscentes videas; venienti occurrito morbo.

Neq; hoc est valde dissimile illi, quod recitabat Ouidius in libris Amorum, quando dixit.

Vidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus,
Dilatum longa desinat ulcus mora.

Vel iuxta aliud.

Opprime, dum noua sunt subiti mala semina morbi.

Hoc igitur præceptum seruandum est in demorsis ab aspide, qui nullo modo sanantur, nisi partes læsæ illicò amputentur. Itaq; hoc emblemate monentur Principes, vt seditiosos ciues merita pœna puniant, atq; à Republica eijciant: siquidem ille, cui neq; natura, neq; industria rectè viuendi studium conciliare potest, ad mentem Platonis, vita C est priuandus: cum in hoc casu Clementiam esse, non esse clementem, multi opinantur, iuxta vulgatum carmen. *Misericordia genus est scelestos interimere*

Impius hinc fueris, si pius esse voles.

Dum vnius interitu multi seruantur, propterea quod optimum misericordiæ genus est scelestos interimere, non tantum vt ipsi pereant, sed vt pereundo alios à maleficijs deterreant. Quare ad rem nostram reuertentes attestamur satius, & melius esse, vt vna tantum pars, & non totum corpus intereat. Alia quoq; huius generis emblemata videnda sunt apud Authores politioris musæ studiosissimos, quę breuitati studentes omittimus.

PHRENOSCHEMATA.

D VCAS Contilis scriptor Italicus, in suo erudito Phrenoschematum libro, figurauit aspidem aures obturantem hoc titulo coronatam; MENTEM NE LÆDERET AVRIS. Voluit enim indicare, quòd Author huius symboli profitebatur se agrestí odio prosequi illos, qui modestiæ nescij, & pudoris improbi in dies conuicijs, & maledictis aliorum nomen lacessunt: ideoq; instar aspidis claudit aures, qui magici cantoris voces audire renuit. Item Ioannes Andreas Palatius, in suo opere Phrenoschematum, scriptum reliquit, quòd vir quidam palestræ litterariæ miles exercitatissimus effigiauit aspidem cauda aures obstruentem, vnà cum simulacro aperti libri, addiditq; hoc Dictum Italicum. MISERO ONDIO SPERAVO. Itaq; author huius Insignis voluit omnibus manifestare quomodo aspidicam naturam indignatæ cuiusdam mulieris, neq; vlla exacta etiam dicendi facultate, neq; carminibus melle fuauioribus placare potuerit. Deniq; Perciuallus in suo volumine Insignium memorat nobilissimum virum, qui ad demonstrandam cuiusdam fœminę crudelitatem, exhibuit iconem aspidis, cum dicto. NON OMNIBVS VNA. Quasi velit innuere, quòd omnis aspis, vt re- *Aspis obturans aures, quid significet.* *Fœmina quomodo aspidi comparetur.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

vt relatum fuit in hiſtoria huius animalis, nunqvam ſine comite diuagatur: hæc autem E
fœmina, quæ in actionibus aſpis eſſe videtur comitem reſpuit.

SIMVLACRA.

Iſidis corona qualis.

NEMINI dubium eſſe arbitramur, quòd olim Aegyptij æternos honores multis brutis, & potiſſimum aſpidibus decernebaat: quapropter hæc animantia lædere nefas eſſe opinabantur. Ideo Ciceronon ſine cauſa hæc ſcribebat: Aegyptiorum mores quis ignorat, quorum imbutæ ſunt mentes prauitatum erroribus, nam carnificinam potius ſubirent, quàm ibin, aut aſpidẽ violare. Idcirco refert etiam Aelianus ab Ægyptijs ſimulacra Iſidis iconibus aſpidum tanquam regio quodam diademate coronari. In

Syntag. 12

cuius rei confirmationem fatetur Giraldus agens de Iſide, ſe vidiſſe hoc ſimulacrum in vetuſto quodam numiſmate apud Auguſtinum Muſtium. Icone autem aſpidis penès F
Iſidem vtebantur, tum quia aſpides ſexdecim ætates viuere ferebantur, tum quia aſpides in hominum perniciem natas eſſe negabant: cum notum eſſet ab aſpidibus necem

Iſis iuſtitia ſimulacrum.

tantùm impijs afferri. Quod ſi ita eſſet, Feram hanc tanquam Iuſtitiam honoribus cumulandam eſſe fas eſſet, quippe quæ acrimonia intellectus prædita bonum à malo, & verum à falſo diſtinguerer.

Addunt alij ab Iſide ſceleſtis tantummodo hominibus aſpidem immitti, hancque ſolum Thermuthim vocatam, tanquam immortalem prædicabant, huicq; in vnoquoq; ſacrarum ædium angulo, ſacella ædificabant, & bubulum adipem interuallis quibuſdam obijciebant. Quapropter aſpis, in Sacris Iſidis, cum collo tumido, & capite

Iſiaca tabula quid repræſentet.

elato circumferebatur: nam Iſiaca tabula (teſte Salmaſio in Solinum) aſpidem hac forma delineatam exhibebat. Quare Iuuenalis in ſexta ſatyra ſic canebat, huc alludens.

Et mouiſſe caput viſa eſt argentea Serpens.

Apuleius quoq; ad rem, de geſtaminibus Iſidis ſcribebat, quòd læua cymbium depen- G
debat aureum, ex cuius anſulis ſurgebat aſpis caput attollens arduum, ceruicibus latè tumeſcentibus. Quocirca non à veritate recedunt, qui inter ſimulacra ad Iſidem ſpectantia, chelidoniam aſpidem, & ſiſtrum recenſent: quamuis poſtea tradant id inde factum eſſe, quoniam ſiſtrum edat ſonum voci hirundinum ſimilem; cum tamen chelido-

Siſtrũ quẽ ſonũ ederet

nia aſpis tanquam Nili maximè peculiaris ibi effigiaretur, quippè quæ cum ſiſtro, & oſyride inter myſteria Iſiaca recenſebatur. Id innuit Ouidius, quando canit.

Siſtraq; erant, numquamq; ſatis quæſitus Oſyris,
Plenaq; ſomniferis Serpens peregrina venenis.

Lib. 2. c. 2.

Inſuper recitat Matthias à Michou, quod olim etiam Lithuani ignem, ſyluas, & aſpides venerabantur. Ignis enim per ſacerdotes ſolum ſubiectis lignis accendebatur, ſyluæ ſacroſanctæ vocabantur, & deniq; aſpides tanquam numina in priuatis ædibus ſeruabantur.

Simulacrũ Furoris quomodo pingatur.

Præterea Ripa, in prima parte Iconologiæ, ad repræſentandum Furorem implacabilem, aſpidis ſimulacro vtitur, dum delineat hominem ſaucium omni armorum genere H
munitum, in cuius dextra manu ſtringitur aſpis, quæ in hoc ſimulacro locum eatenùs habere videtur, quatenùs in ſacris paginis legitur, quòd nullus furor poteſt comparari furori aſpidis, quę ſtatim atque ab aliquo leuiter etiam tangitur, intumeſcit, ſemperq; furit, donec aliquem morſu venenauerit. Iterum Ripa, in ſecunda Iconologię parte, ad

Simulacrũ Inobſequẽtis quale.

exprimendum Inobſequentem, figurauit mulierem habentem ſecus pedes aſpidem, altera aure ad terram appoſita, altera verò caudę extremitate obturata: cum Phyſiologi aſpidem, ne vocibus excantantis obtemperet, aures claudere referant. Poſtremò idem author, ad oſtendendam obſtinatam mentem, effigiauit annoſam mulierem alas ſupra caput habentem, cum aſpide in ſiniſtra manu, quę malam eorum denotat naturam, qui proprijs tantummodo aſſentientes opinionibus, aliorum etiam optima

Li. 8. de comp. med. c. 1.

non libenter audiunt conſilia: cum ſint inſtar aſpidis aures claudentis. Ideò Galenus falſę opinionis effectus exprimens dicebat. Falſę enim opiniones animos hominum prœoccupantes non ſolum ſurdos, ſed etiam cęcos faciunt; itaut videre nequeant, quę

alij s

www.libtool.com.cn

A alijs conſpicua apparent. De ſtatuis non multa in præſentia recitabimus; ſolum enim referemus, quòd Romæ in Viridario *Beluedere*, nuncupato conſpicitur ſtatua Cleopatræ Aegypti Reginæ, quæ brachio dextro caput ſuſtentat, cum aſpide regionem cordis, ſub ſiniſtra mamma, mordente. *Statua Cleopatræ.*

VSVS IN CIBIS.

VLGI monimenta perſonant, quòd Marſi populi viperis, & aſpidibus in edulijs vtantur; propterea Galenus ſcribens de arte curatiua ad Glauconem, loquenſq; de viperis, hæc verba proferebat. Ita verò eas condire oportet, quemadmodum vidiſti Marſos, qui Feris venenatis, & aſpidibus nutriuntur; capite quidem primùm abſciſſo, & cauda ad digitos vſq; quatuor, deinde omnibus interaneis exemptis; immò & cute adempta, necnon aqua corpore ipſarum diligenter abluto. Clariſſimus Mercurialis in ſuo tractatu de Venenis ponderans verba Galeni ſcribentis de Theriaca ad Piſonem, admiratur, quare ſcripſerit Galenus carnem aſpidum non ingredi poſſe antidota, cum vniuerſum earum corpus ſit venenoſum, & nihilominus idem Galenus loco ſupra citato aſſeruit Marſos his carnibus abſq; noxa veſci. Ad tollendam igitur hanc difficultatem; Reſpondet Doctiſſimus Mercurialis totum quidem corpus aſpidum veneno redundare, ſed Marſi populi illarum carnes edunt, quoniam fortè ſub ipſorum cœlo aſpides non ſunt venenatæ, veluti alicubi, neq; viperæ. Aut dicendum eſſe putat cum Fracaſtorio, quòd huiuſmodi populi cum aſpidibus naturalem quamdam habent ſympachiam, vt nunquam ab ipſis lædantur. *L. 2. c. 10.* *Aſpides quomodo condiuntur.* *Cap. 8.* *Difficultas in verbis Galeni.*

VSVS IN MEDICINA. ET IN VARIIS.

GALENVS in libro de Theriaca ad Piſonem, ſenectam aſpidis in medicina commendat, & præcipuè ſi tuita cũ melle in ſuffuſionibus oculorum adhibeatur, quandoquidem acutiſſimam reddere viſionem perhiber. Plinius verò ad clarificandum viſum, membrana aſpidis, quam exuerit, vtitur, ſed illam eum adipe eiuſdem animalis permiſcet. Immò, ex eodem Plinio, cutem aſpidis pondere ſexta parte denarij, cum pipere pari modo, ad expugnandas febres quartanas, gentes Parthorum in aliquo liquore hauriunt. Item Galenus agens de compoſitione medicamentorum per genera, & enumerans Andromachi emplaſtra, memorat vnum ex aſpidibus ad diſcutiendas ſtrumas, & podagras, quod recipit therebentinæ, lapidis aſij, bituminis ſingulorũ denarium pondo trecentorum ſexaginta, Aphonitri, ceræ, baccarum lauri, gutæ ammoniaci ſingulorum denarium pondo trecentorum quadraginta, lapidis pyrites denarium pondo octoginta, calcis viuæ denarium pondo centum octo, aſpidum cineris põdo denarium centum quadraginta, olei veteris heminas duas, poſtremò cinis, pharmaco refrigerato, inſpergitur. *Suffuſionis remedium.* *Febris quartanæ auxilium. L. 6. c. 14.* *Præſidium ſtrumarũ, & podagræ.*

Olim etiam præter vſum medicum aſpidibus in ſupplicijs vtebantur: quoniam Galenus ſcribens ad Piſonem recitabat, ſe in magna Alexandria obſeruaſſe, quàm citò morſus aſpidum necarent: quandoquidem pectoridamnatorum capitali ſupplicio aſpidem admouebant, & reum obambulare iubebant, ſicq; confeſtim illum de medio tollebant. *Vſus aſpidũ in ſupplicijs.*

DE

www.libtool.com.cn

DE DIPSADE. Cap. VIII.

ÆQVIVOCA.

Ordinis ratio.

NON erit neceſſe, vt longo verborum circuitu oſtendamus, cur de Dipſade hoc in loco agendum ſit; cum ſuperius exaratum fuerit hunc Serpentem à Solino inter ſpecies aſpidum connumeratum fuiſſe: dum plures, & diuerſas aſpidum ſpecies aſſignans, inæquales ad nocendum eſſe ſcripſerit; quoniam Dipſas, Siris, & Hæmalis, ſomno, ex illius ſententia interimant. Dipſas igitur, vt æquiuocationem aperiamus, multa ſignificare videtur: cum διψάω; διψάδος in Græcorum ſcholis ſit nomen adiectiuum, quod ſiticuloſum, & aridum indicat: ideoq; Apollonius poeta terram aridam, aliquando Dipſadem nuncupauit; & Ouidius eadem ratione motus, quamdam anum Dipſadis nomine inſignijuit, quando cecinit.

Terræ aridæ Dipſas dicta.

L. 1. Amor. eleg. 8.

——— *eſt quædam nomine Dipſas anus.*

Item Dipſas, quando ſubſtantiuè ponitur, viperę ſpeciem deſignat, vel potius Serpentem, de quo in præſentia differitur; quoniam ab ipſo demorſi, inexplebili potandi deſiderio crucientur. Pariter Dipſas apud Theophraſtum, ſpinę quoddam genus eſſe dicitur. Scribit enim in Arabia ſupra Copton ἄκανθαν δίψαδα prouenire; & Plinius vertit ſpinam ſitientem; quapropter multi opinati ſunt hanc ſpinam nomine Dipſados fuiſſe appellatam, quia in locis admodum aridis naſceretur: quamuis nonnulli authores, nec præter rationem, exiſtimauerint hanc eſſe illam ſpinæ ſpeciem, quam alij Græci, vnica voce, δίψακον nominarunt. De hac re legendus eſt doctiſſimus Salmaſius in Solinum, qui huius rei veritatem eſt aſſecutus.

Li. 4. Hiſt. plant. c. 8.

Dipſas ſpinæ genus.

Prætera in Herbario veteri, quod Apulei, nomine inſcribitur, herbæ chamælæa, & chamæleon confunduntur, ibiq; varia nomina aſſignantur, inter quæ, Dipſas, connumeratur. Legantur enim ibi hæc verba. Quidam Græcorum hanc plantam vocant chamælæam, alij crocodilon, alij Dipſadia, alij onocardion, alij cneoron, Itali labrum veneris. Quare periti Botanici hinc colligere poſſunt, nomina chamęlęę, & chamęlæontis, tanquam eiuſdem plantę confundi, & permiſceri; cremm cneoron chamęlæę, vel thymelęę nomen eſt; Dipſas verò onocardion, labrum veneris, & crocodilon chamęlæonti competere videntur, quoniam hanc plantam multi Piſcorum cum carduo dipſaco eamdem eſſe crediderunt.

Quæ planta dicatur Dipſas.

Amplius Danai filię ab aliquibus poetis Dipſades, quaſi ſemper ſitientes cognominatę fuerunt; cum ſemper circa aquas infernas verſentur: notiſſimam enim eſſe coniectamus Danaidum puellarum fabulam, quæ ob necatos ſponſos, has pœnas apud Inferos dare feruntur, vt ſtitulis perſtillantibus aquam hauriant, atq; in dolium pertuſum, graui quidem, ſed inutili labore infundant. Harum Dipſadum fabulę meminit Horatius hunc in modum.

Dipſades Danai filiæ.

——— *atq; notas*
Virginum pœnas, & inane lympha
Dolium fundo pereuntis imo.

Hanc quoq; Tibullus memorauit, dum cecinit.

Et Danaï proles Veneris quæ numina læſit
In caua lesbeas dolia portat aquas.

L. 11. c. 33. Cælius autem Rhodiginus in ſuo volumine lectionum antiquarum, narrat, quòd Dipſas nuncupatur in re ſacrificali, & pariter hepatis quoddam ſignum. Demùm apud Salmaſium legitur, Dipſas ἔχις, ideſt anguis, Aſpis ὄφις, ideſt Serpens. Inſuper cum Dipſas ſerpens gaudeat alijs nominibus, inferius enumerandis; operæ pretium erit hoc in loco ambiguitate laborantia recenſere. Iraq; Dioſcoridi, & alijs authoribus, hic Serpens non ſolum Dipſas, ſed etiam Cauſos vocatur: cum tamen Græcis καῦσος ſit æſtus, & febris ardens apud Hippocratem. Nihilominus Dipſas quoq; hoc nomine inſignitur; cum ab hac percuſſi tanquam feruenti calore agitati æſtuent. Item vocatur Melanuros;

Cauſos Serpens.

www.libtool.com.cn

A lanuros; cum tamen μελάνυρος Græcis nominetur animal nigram habens caudam. Immò Melaaurus piſcis eſt apud Ariſtotelem, qui nigris maculis in cauda eſt inſignitus. *Melanurus anguis qualis.*
Huius piſcis meminit Reuſnerus in Paradiſo poetico, quando cecinit. *Melanurus piſcis.*

Inſignem caudæ melauurum nomine nigræ,
Tu guſtare (bonus ſi cupis eſſe) cave.

Præter hæc, appellatur etiam hic Serpens, in nomenclaturis Dioſcoridis, Preſter, cum tamen Preſter ſit genus vorticis, quod typhon, nempe vibratum ecnephiam dicunt. *Preſter anguis item igneus turbo.*
Idem ventus, dum furit, contacta comburens preſter eſſe dicitur, vt author eſt Plinius; Immò πρηστὴρ ἄνεμος igneus turbo eſt, vt apud Heſiodum in Theogonia legitur. Ideoq; ſpecies eſt fulminis apud Cælium: de hoc eleganter Lucretius diſſerit, dum inquit. *Lib. 6.*

Quod ſupereſt facile eſt ex his cognoſcere rebus,
Preſteras Graij, quos ab re nominarunt,
In mare, qua miſſæ veniant ratione ſuperne,
Nam fit, vt interdum, tanquam demiſſa columnæ
In mare de cælo deſcendunt.

B Hic admonet Lucretius, quòd Græci ab effectu, nimirum hunc ventum preſterem παρὰ τὸ πρήθειν, nempe ab incendendo, & inflammando nominarunt. Immò addit Lucretius, quòd hic flatus igneſcens, figuramq; columnæ imitans quandoq; in terram deſcendit. De alio autem paulò inferius ſic loquitur. *Ventus preſter vnde dictus.*

Fit quoq; vt inuoluat ventis è nubibus ipſe
Vortex conradens ex aere ſemina nubis,
Et quaſi demiſſum cælo preſtera imitetur;
Hic vbi ſe in terras demiſit, diſſoluitq;
Turbinis immanem vim prouomit, atq; procellæ.

Demùm πρηστὴρ, ideſt preſter apud Pollucem exponitur anterior pars gutturis fauci- *Lib. 2. Preſter pars guturis.*
bus ſubiecta, quando ira effer. ueſcens ſe tumeſcit: cum tamen πρηστὴρ ſerpens nominetur ob ardorem inextinctæ ſitis, quem morſu patientibus affert.

C

SYNONYMA, ET ETYMVM.

LATINI hunc Serpentem Dipſadem, nomine græco, ob vocabulorum inopiam appellarunt. Græcis autem δίψας nominatur; cum δίψα ſit ſitis, & διψάω ſitio. Quandoquidem icti ab hoc angue, implacabili ſiti agitantur. Hac eadem ratione ductus Iſidorus, Dipſadem Situlam cognominauit, & Auicennas viperam facientem ſitim, qua de re in epigrammatibus græcis legitur δίψας ἔχιδνα, nimirum vipera ſiticuloſa. *L. 12. orig. Vipera ſiticuloſa quæ.*
Ab alijs dicitur μελάνυρος, melanurus, quia nigram caudam habeat. Ab alijs ἀμμοβάτης Ammobates per arenam incedens. Eſt enim nomen compoſitum ex ἄμμος arena, & βαίνω vado. Ab alijs cognominatur πρηστὴρ Preſter à verbo græco πρήθω incendo, quoniam Serpens hic patientes, ictibus, veluti quibuſdam flammis aduratur. Ideo Bellonius ſolebat dicere: vipera, quæ nuncupatur Preſter, veneno veluti igneo hominem necat. Non immeritò igitur Dipſas nuncupata fuit Serpens vrens; cum percuſ- *Ammobates anguis qualis. Serpens vrens qualis.*
D ſorum viſcera adeò exſiccentur, vt continua aquæ potio ab illis deſideretur. hinc nonnulli colligunt, quod, Serpens apud Textorem, Anger, & Cruciator dictus à Dipſade non differat. Id narrabat Lucanus de Aulo tuſco milite Catonis, qui à Dipſade percuſſus interijt; quemadmodum inferius recitabimus. Et eò magis libuit Dipſadem Serpentem vrentem appellare, propterea quod in ſacris Biblijs legitur, quòd Deus in populum Iſraeliticum murmurantem miſit Serpentes vrentes; & multi docti viri in translatione Bibliorum, Preſteras verterunt. Hinc aliqui tradiderunt Preſteras, ob internum ardorem, ore ſemper hiante, & vaporem exhalante calidiſſimum incedere. *C. 21. Num.*
Huius conditionis Lucanus ſic meminit.

Oraq; diſtendens auidus fumantia preſter. *L. 9. Phar ſal.*

Idem exponit Baptiſta Mantuanus quando canit.

Nec non inflatis preſter, qui faucibus æſtum
Expuit.

Nulla

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Cauſos anguis. Nulla igitur teneri debemus admiratione, ſi interdum hic ſerpens καῦσος, ſcilicet Cauſos cognominetur: cum hæc vox nimium calorem, & æſtum ſignificet. Cæterùm animaduertendum eſt ad mentem Agricolæ, in libro de Animalibus ſubterraneis, inter Preſterem, & Dipſadem aliquam cadere differentiam: inquit enim Agricola hos Serpentes (licet quoad formam inter ſe non diſſentiant) quoad effectum à ſe inuicem diſcrepare: cum Preſter, percuſſum extemplò, veluti ſyderatione quadam immobilem, *Diſcrimen inter Preſterem, & Dipſadem.* menteq; alienum reddat, mox pilis defluentibus, & vrgente pruritu, aluiq; fluxu, parientem abſumat. Aelianus etiam quandoq; inter morſum Dipſadis, & Preſteris, aliquod obſeruauit diſcrimen; quamuis poſtea alibi ſymptomata genita à morſu Dipſadis, & Preſteris eadem eſſe aſſeuerauerit. Pariter Solinus, & Lucanus de vtroque Serpente ſeorſim egerunt, illiſq; diuerſas proprietates aſſignarunt. Cæterùm in hac difficultate confugiendum eſt ad Dioſcoridem, qui ſcriptis mandauit, Dipſadem Preſterem, & Cauſum vnius, & eiuſdem Serpentis eſſe ſynonyma, propterea quod Preſter, & Cauſos ab vrendo, & Dipſas à ſitiendo cognominatur. Cui ſententiæ Paulus Aegineta, Volaterranus, & alij authores innumeri adſtipulantur. *Li. 6. c. 50.*

GENVS, ET DIFFERENTIÆ.

SOLINVS in Polyhiſtora hunc ſerpentem inter ſpecies aſpidis connumerauit; cum tamen Dioſcorides, & alij authores nõ vulgares Dipſadem ab Aſpide toto genere diſcriminauerint: ſiquidem hæc animalia adeo inter ſe ſunt diuerſa, vt alterum aquatile, alterum terreſtre eſſe feratur. Lucanus id explicat, dum canit.

——— *ſtabant in margine ſiccæ*
Aſpides in medijs ſitiebant Dipſades vndis.

L. 9. Pharſal. Aetius hanc ſerpentis ſpeciem ad illud viperarum genus reducit, quod in locis maritimis libentiſſimè ſtabulatur. Verumtamen Greuinus Dipſadem à vipera biſariam diſtinguit; primò, quoniam à Dipſade percuſſi citius intereunt, deinde, quoniam in cauda huius animalis quaſdam paruas nigras maculas obſeruat. At Marſi populi (referente Galeno) nullam inter Dipſades, & viperas differentiam, niſi ratione loci, inuenire videntur: etenim degentes in locis ſalſilagine refertis Dipſades, & viuentes in ſolo vliginoſo viperas indigitarunt, haſq; minimè ſtriculoſas eſſe affirmarunt. Quapropter in Libyæ, & Aegypti arenis ſalſedine præditis Dipſades verſabuntur, quæ verò in Italia, viperæ eſſe ferentur: Hanc autem ſententiam Galenus probare non videtur, dum inquit. Sanè viperarum caro adeo ingentem obtinet deſiccandi facultatem, vt nõnulli, qui eam ederunt, vehementiſſima ſiti cruciati ſint, & proinde illas Dipſades cognominant. *In lib. de venen. cap. 14.* *Differẽtiæ inter Dipſadem, & Viperã, ex opin. Marſorum.*

Sunt autem, qui dicant demorſos ab his viperis ſanari non poſſe potando, ſed dirumpi potius, quàm ſiti liberari. Quocirca eos, qui Romæ viperas venãtur ſiſcitatus ſum, num aliquam haberent notam, qua genus vtrumq; viperarum diſtinguerent; at illi genus nullum viperarum Dipſadum eſſe negabant, ſed iuxta mare degentes talem producere effectum affirmabant, quæ in Italia, ob regionis humiditatem, non inueniuntur. Hactenus Galenus, qui tamen Marſorum verbis aſſentiri non eſt viſus, dum paulò inferius nullum eſſe genus Dipſadum negare non audet. *Lib. 11. de ſimp. med. fac.*

FORMA, ET DESCRIPTIO.

ISIDORVS, & Arnoldus Villanouanus retulerunt Dipſadem eſſe ſerpentem tantæ exiguitatis, vt dùm calcatur non videatur, cuius venenum patientem ante extinguit, quàm ſentiatur. Qui Authores de exiguitate ſerpentis fortè, quoad craſſitiem, verba faciunt, cum in icone Dipſadis à Greuino exhibita longitudo potius, quàm craſſities obſeruetur. Verumtamen, ex mente Aetij, longitudo cubitalis huic ſerpenti aſſignatur, quæ paulatim ex craſſa in tenuem deſinit, corpore albicãte, necnon maculis partim rufeſcentibus, partim nigris variegato. Soſtratus hunc ſerpentem à reliquis *Exiguitas Serpentis quoad craſſitiem.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A Si quis ita distinguit, dum scribit caudam huius animalis duabus lineis nigricantibus esse insignitam. Auicennas autem colum magnum, & tergum ad extremitatem visq; nigricans, & caudam vsquè tenuem Dipsadi attribuit; quæ bestia, vt plurimum, eodem Auicenna authore, in Regionibus lokiati, & Assim, nempè in Regionibus Libyæ, & Syriæ versatur. Itaq; Dipsas est animal corpore exili viperæ perquam simili, & ictu violentissimo. Vnde non erit cur Matthiolus admiretur Leonicenum virum alioquin eruditissimum, qui Dipsadem corporis forma, nullis notis à vipera diuersam esse existimauit: nam similitudine horum animalium deceptus vnum ab altero non discriminauit. Quamobrem Nicander in Theriacis canit hunc in modum. *Locus natalis huius anguis. In Comm. ad Dioſc. l. 6. c. 50.*

Exiguæ similis spectatur Dipsas echidnæ,
Sed festina magis mors ictus occupat agros
Parua, & lurida, cui circa vltima cauda nigrescit.

Et Georgius Pictorius in Leena malorum paruitatem huius serpentis meditans, sic canebat.

Situla paruus item serpens sputamine ledit,
B *Et sensus tollit, tollis itemq; motum.*

Author libri de natura rerum scriptis mandauit hunc Serpentem tanta colorum varietate refulgere, vt mira specie, & eximia pulchritudine, intuentes in admirationem trahat. Cæterùm Solinus, & multi alij authores hanc figuræ serpentinæ elegantiam non Dipsadi, aut Situlæ, sed Scytali assignarunt. Quapropter prædictus author libri de natura rerum horum nominum congruentia, fortè deceptus, alterius descriptionem alteri attribuit; quemadmodum, ex delineatione vtriusq; serpentis innotescere potest: Hoc igitur in loco lector iconem Dipsadis, ex Greuini mente, contemplari poterit. *Colorũ varietas non obſeruatur in Dipſade*

NATVRA. ET MORES.

C DIPSADI natura adeò terrum congenuit virus, vt inter pernicioſiſſima animalia ab Authoribus recenseatur. Quamobrem iure optimo Moses in Deuteronomio, terrificam illam describens solitudinem, Dipsades in illa versantes memorauit. Est enim hoc animal fraudulentum, quoniam inter ova ſtruthionum in arenis locata malitiosè ſtabulatur, vt Garamantes huiusmodi ova colligentes fallat. Tales enim populi, cum careant creta, ex qua fictilia vasa fingantur, ouis ſtruthionum permedium dissectis, loco vasorum vtuntur: immò ex his pileos ad tegendum caput idoneos fabricant; cum huiusmodi gestamine plurimum delectentur. Insuper natura tam feruens indidit Dipsadibus venenum, vt ab illis percussi ardente siti crucientur. Quapropter Textor ad rem sic canebat. *Dipſadis vaſa frameti & Oua ſtruthionũ ad quid.*

Non adeo feruet, quem læsit aquatica Dipsas.

Hac eadem ratione motus Lucanus hoc animal torridum appellauit, dum cecinit.

Exuuias positura suas, & torrida Dipsas. *L. 9. Pharſal.*

Hoc enim animal acri semper ardere siti perhibetur, quæ nulla vnda restingui potest: Vnde Lucanus canit. *Loco cit.*

—— in medijs sitiebant Dipsadas vndis.

D Immò Reusnerus in Paradiso poetico ad rem, infrascriptum recitat distichon.

Tu colis immundas trestis velut hydra paludes,
Aut qualis medio Dipsas in amne sitit.

Quamobrem poterimus iure optimo illud pronunciare de hoc animali, quod de Tantalo cecinerunt Poetæ. *Dipſas Tãtalo ſimilis*

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus.

Non erit igitur admiratione dignum, si demorsi ab hoc animali confestim rabidam, & tantaleam concipiant sitim: Id non latuit Galenum, qui in tractatu de symptomatum causis, causam implacabilis sitis assignans, scribebat hanc ex diuturna prauæ victus ratione dimanare, quæ tandem patientem perimit, veluti, qui comedit viperam fortè Dipsadem, igneæ afflictatus siti interijt. Immò quoniam hoc animal mordendo siccitatem *L. 1. c. 7. Cauſa ſitis intenſæ ex Galeno.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A tatem generat, à multis os siccum habere fertur. Vade Reusnerus sic canit.

Respicit auerso maculosum lumine tergum,
Et sicco Dipsas virus in ore gerit.

Itaq; ob ictum huius serpentis, tanta siccitas in corpore patientis generatur, vt animal mordens totum absorbere humorem videatur. Reusnerus id testatur, dum inquit.

Imbibit humorem lethali noxia morsu
Dipsas, & in venis frigida virus agit.

Cum tamen natura huius animalis sit (quemadmodum Physiologi referunt) vt semper feruida ardeat siti, quam postmodum ab hoc animali percussi faciè concipiunt, id patet in inscripto Reusneri disticho. *Sitis ardẽs excitatur ab ictu huius serpẽtis*

Vt sitis hanc torquens nullis extinguitur vndis,
Sic rabidam morsu concitat illa sitim.

Si quis autem naturam huius venenosi serpentis melius intelligere cupiat, adeat Lucanum poetam, qui recitat omnia symptomata, quæ vexarunt Aulum Tuscum militem Catonis in Africa à Dipsade demorsum: vbi legitur, quòd nullo aquæ potu etiam copioso, neq; proprio etiam hausto sanguine sitim ob morsum Dipsadis conceptam, sedare potuerit: carmina igitur Lucani sunt hæc.

Signiferum iuuenem Tyrreni sanguinis Aulum *L. 9. Phar-*
Tortа caput retro Dipsas calcata momordit *sal.*
Vix dolor, aut sensus dentis fuit, ipsaq; lethi
Frons caret inuidia, nec quicquam plaga minatur;
Ecce subit virus tacitum, carpitq; medullas
Ignis edax; calidaq; incendit viscera tabe.
Ebibit humorem circum vitalia fusum *Symptomata*
Pestis, & in sicco linguam torrere palato *a morsu*
Capit, defessos iret, qui sudor in artus *Dipsadis.*
Non fuit, atq; oculos lacrymarum vena refugit.
Non decus imperij non mœsti iura Catonis.
Ardentem tenuere virum; quin spargere signa
Auderet; totisq; furens exquireret agris.
C *Quas poscebat aquas sitiens in corde venenum*
Ille vel in Tanaim missus, Rhodumq;, Padumq;
Arderet, Nilumq; bibens per rura vagantem
Accessat morti Libyæ, fatisq; minorem
Famam Dipsas habet terris adiuta perustis.
Scrutatur venas penitus squallentis arenæ,
Nunc redit ad Syrtes, & fluctus accipit ore,
Æquoreusq; placet, sed non sibi sufficit humor,
Nec sentit, fatiq; genus, mortemq; veneni;
Sed putat esse sitim, ferroq; aperire tumentes
Sustinuit venas, atq; os implere cruore.

Itaq; ex enumeratis accidentibus, Ardoinus monet colligendam esse malam huius veneni qualitatem, quæ vehementer calida, sicca, & crassa est; cum penitiores partes exsiccet adurendo, & corruget vias venæ, totiusq; corporis poros adstringat, itaut *Qualitas veneni.*
D quidquam potus haustæ aquæ, neq; per lotiũ, neq; per sudorem reddatur: quamobrem æger ob copiosam potionem necessariò dirumpitur.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

LOCVS.

L. 11. de simp. med. fac. Garamantes populi Libyæ. Lib. 13.

DIPSADES, authore Æliano, tum in Africa, tum in Arabia nascuntur, & diuagantur. Auicennas Libyam, & Syriam proprias huius animalis regiones prædicat. Ab hac doctrina non multùm recedit Galenus, qui prædicta loca tanquam siccissima his animalibus valdè accommodata celebrat. Verùm licet per totam Libyam diuagentur, plerumq; tamen apud Garamantes Libyæ pariter populos, Psilliſq; finitimos libenter ſtabulantur. Hoc non latuit Silium Italicum, qui cecinit hunc in modum.

Quippe atro rabidas efferueſcente veneno
Dipſadas, immenſis horrent Garamantes arenis.

Qui plura de loco natali horum Serpentum ſcire cupit, confugiat ad Lucianum, qui in Dialoge de Dipſadibus hæc habet. Ea pars Libyæ, quæ ad Auſtrum tendit, copioſis referta eſt arenis, terraq; Solis ardore exuſta, deſerta, vt plurimum, & infæcunda non gramen, non fœnum, non plantam villam, nec aquam habens, ni fortè in terræ concauitatibus, imbris, & pluuiarum reliquiæ conſtiterint, quæ tamen minimè ſunt potabiles, cum denſæ ſint, & terrum ſpirent odorem. Has igitur ob cauſas locus redditur inhabitabilis: nam quo pacto habitari poſſet locus ita aridus, frugibuſq; & arboribus carens, & tam moleſtis feruoribus ita ſubiectus, vt aer veluti igneus euadat. Præterea arenæ ipſę maximoperè feruentes regionem prorſus inuiam & inacceſſibilem faciunt. Soli autem Garamantes his locis finitimi, homines agiles, atq; frugales, in tentoriis vitam degentes, venationum fructibus victitantes nonnunquam venando talem regionem ingrediuntur circa Solſtitium hybernum, ſydere maximè pluuio obſeruato; quando ſcilicet maior ardoris pars deferbuit, arenis aſſiduo imbre madefactis. Venantur autem onagros, ſtruthiones humi volantes, aliquando ſimias, interdum elephantos: hæc enim animantia ſola aduerſus ſitim perdurant, & moleſtiam feruentis Solis perferre poſſunt.

Aer igneus vbi ſit.

Garamantes homines frugales.

Cæterùm Garamantes, poſtquam commeatum, quem ſecum ingredientes Regionem detulerunt, omnem conſumpſerunt, rurſus ad proprias pergunt habitationes, ne iterum arenæ accenſæ, aut reditum intercludant, aut eumdem difficiliorem reddant. Siquidem omnis euadendi facultas ſublata eſt, quando Sol ſublato ex regione humore, ardentibus radijs feruere inceperit. Et ſanè hæc omnia, quæ hactenus dicta ſunt, feruor, ſitis, ſolitudo, ſterilis ſoli infæcunditas minus nobis videbuntur grauia in comparatione ad illud, quod dicturi ſumus. Idcircò omnibus modis hæc regio fugienda eſt. Omnis generis Serpentes hic locus alit, permagnos, varios, multitudine innumeros, forma terribiles, veneno præſentiſſimo inexpugnabiles partim in cauernis ſubterraneis ſtabulantes, & in arenæ ſeceſſibus cubantes, partim verò ſupernè reptantes, nimirũ Aſpides, Viperas, Ceraſtes, Bupreſtes, Amphisbenas, Dracones, & duplex Scorpionum genus, vnum terreſtre, & pedibus ingrediens permagnum, multis vertebris inſigne, alterum aereũ, & volatile alis tenuibus refertum, ad inſtar alarum locuſtæ, aut veſpertilionis. His igitur animantibus multis circumuolitantibus, inacceſſibilis, & infeſta redditur illa Libya. Verùm Serpentum omnium nocentiſſimus, quos arena illa nutrit, Dipſas eſt, anguis non admodum magnus viperæ aliqua ex parte ſimilis, quæ violento ictu ardores accendit inextinguibiles, & totum corpus adurit incendio: hæc ille. Vnde colligere poſſumus verum locum natalem Dipſadum eſſe Libyam, ſed potiſſimum illam Libyæ partem, quæ Garamantum Nationi eſt finitima.

Cur Regio reddatur inacceſſa.

Vbi omne Serpentum genus verſetur.

Dipſadis deſcriptio ex Lucian.

G

H

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

SIGNA VENENI DIPSADIS.

IPro cognitione huius ictus confugiamus ad Dioscoridem, is scriptis mandauit, quòd percussus ab hoc Serpente, talem concipit sitim, quæ copiosissimo etiam aquæ potu extingui minimè possit; & quamuis patiens affatim pleno ore aquam hauriat; nihilominus confestim in eamdem bibendi appetentiam relabitur: immò toto habitu ijs fit similis, qui antea nihil potionis hauserunt: hinc Auicennas iustis de causis scribebat, quòd venter huius patientis, & interanea adeò aduruntur, vt aqua satiari nequeat: deinde cũ aqua pota neq; per lotium, neq; per sudorem exeat, per venas ventris meat, & abdomen ita rumidũ reddit, vt patiens hydrope laborare videatur. His addit Actius, quòd, in ictu huius Serpentis, præter symptomata morsum viperæ consequentia, oritur sitis, quæ potu non sedatur: ideòq; eum quidquam nec per vrinam, nec per vomitum, nec per sudorem egrediatur, necesse est, vt ægrotans alterutro horum modorum pereat, nimirum aut internæ partes vehementi aduranturque siti, aut ob copiam potionis, patiens dirumpatur. Venenum enim huius generis per vniuersum diuagans corpus, illud ita exsiccat, & adurit, vt instar membranæ, aut corij ante ignem locati contrahatur: quamobrem meatibus excrementorum intercluſis, aqua hausta in ventre necessario contineatur. Vnde in hoc casu magna internarum, & externarum partium inflammatio, ob insignem veneni siccitatem accidit, quod per vniuersum corpus desseminatum totum sanguinem in suam conuertit naturam.

Li. 6. c. 50.

Percussus à Dipsade fit similis hydropico.

B

Venenum exiccans quale.

Prædictis addit Gillius in Ælianum, quòd percussus à Dipsade tanta cruciatur siti, vt tanquam taurus, ore hiante, ad flumen confugiat, vt potu desiderato se expleat. Verùm signum hoc desumptum fuit à Nicandro, qui in Theriacis de ictu huius Serpentis sic canit.

Patiens tanquam taurus ad amnem cõfugit.

Quem ferit accenso miseras is corde querelas
Fundit, & arenti sitibundus fauce dehiscit,
Quæsitisq; velut taurus superincubat vndis.
Immensos replet, sed frustra viscera potu,
Dum crepet intensus rupto mox flumine venter.

C

Qui plura de his signis scire cupit, confugiat ad Rubricam de natura huius Serpentis, vbi multò plura narrantur.

Cæterùm illi authores, qui Dipsadem à Prestere discriminarũt, signa vtriusq; morsus diuersa assignarunt. Quare Volaterranus retulit ictum à Prestere reddi immobilem, mente alienum, & defluentibus pilis, ventris solutione absumi. Lucanus hæc symptomata recenset, dum inquit.

L. 9. Pharsal.

Ecce subit facies letho diuersa fluenti
Nasidium, Marsi cultorem torridus agri
Percussit Prester; illi rubor igneus ora
Succendit, tenditq; cutem, peregrine figura,
Miscens cuncta tumor, toto iam corpore maior,
Humanumq; egressa modum super omnia membra
Efflatur sanies late tollente veneno
Ipse latet penitus congesto corpore morsus,
Nec lorica tenet distenti corporis auctum,
Spumeus accenso non sic exundat aheno
Vndarum cumulis, nec tanto carbasa Coro
Curuauere sinus, tumidos iam non capit artus
Informis globus, & confusa pondere truncus
Intactum volucrum rostris, epulasq; daturum
Haud impune feris non ausè tradere busto,
Nondum stante modo, crescens fugere cadauer.

D

Symptomata Dipsadis, & Prestetis eadẽ.

Ex hac Lucani doctrina non possumus colligere, nisi enormem totius corporis tumorem Prestetis ictum concomitantem, qui tumor etiam in percussio à Dipsade, ob immo-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

dicam potionem, obseruari potest. quapropter satius esse existimamus vnà cum Dioscoride, & alijs authoribus non spernendis, symptomata Dipsadis, & Prestéris tanquam vnius, & eiusdem animalis promulgare. Isidorus quoq; huius insignis meminit tumoris, quem postea putredo sequitur. Sed obseruandum est, quòd Isidorus ex doctrina Solini transcribens, hallucinatus est: etenim Solinus statim atq; protulit ingentem corporis tumorem Prestéris ictu oriri; mox addidit ictum Sepis cōtestim putredinem contrahere. Ideoq; non est legendum, ad mentem Isidori, quòd putredo morsum Prestéris concomitetur.

Lib. 12. orig.

VENENI DIPSADIS MEDELA.

Lib. 6. cap. 50.

DIOSCORIDES, diligenter ponderata huius veneni natura, pronunciauit, quòd morsus Dipsadum tanquam immedicabiles à plerisq; Veterum relinquebantur. Quocirca, si peculiaribus contra Dipsadem auxilijs egeamus, communia experiri oportet. Protinus autem scarificationem loci affecti, & inuctionem (si pars id ferat) necnon amputationem faciendam esse opinamur: deinde varia cataplasmata adhibenda sunt, quæ in primo capite huius libri fuerunt proposita. Immo acres cibos, & meracas potiones, & lauacra probat Dioscorides, quæ subinde, breui spatio assumenda sunt, priusquam morbi genus emerserit, quo semel erumpente, opem ferre non potest vlla medici opera: hæc Dioscorides.

Amputatio & scarificatio partis læsæ.

Verùm Galenus scribens de Theriaca ad Pisonem, inter alia præsidia ad expugnandum Dipsadis virus celebrata, theriacam Andromachi multis laudibus cœlo tenus effert, atq; extollit. Hæc de causa in poemate Andromachi sic canitur.

Theriacæ Andromachi laudes.

Non, si quis cupidis expressa papauera labris
Hauserit, exitium pocula sumpta ferent.

Et paulò inferius.

Arida non Dipsas, non clarus fraude Cerastes,
Non feret impresso vipera dente necem.

Lib. 1. Probl. Theriaca, quam ratione inuet demorsum à Dipsade.

Aphrodisæus admiratur hoc præsidij genus, scilicet cur theriaca in hoc casu sumpta possit sedare ictum, quam morsus Dipsadis in percussis animalibus accendere solet; quandoquidem hoc nobile medicamentum ex calidis, & siccis simplicibus integratur. Neq; adduci potest id alia ratione fieri posse; nisi mutuo quodam viperarum consensu huic antidoto permixtarum, quarum carnes, admiranda antipathia aduersus quodcunq; animal venenosum potiuntur. Auicennas demorsis ab hoc Serpente plurimùm olei, ad iciendam vomitionem, propinat: deinde enemata fæces educentia, & aquas commendat; Amplius diuretica præscribit, veluti sunt decoctiones apij, spicæ indæ, asari seseleos, petroselini, & similium. Exterius autem, cum sale, calce, & oleo componit emplastrum, & tandem cuncta medicamina morsibus canis rabidi conferentia summopere celebrat.

Diuretica conueniūt.

Præterea Castoris testes, ex Plinio, aduersus Prestéres, cum panace, aut ruta in vino præcipuam afferunt vtilitatem. Insuper salsamentorum cibus, ex eodem authore, mero subinde hausto; itaut circà vesperas vomitu reddatur, percussos à Chalcide, Elape, & Dipsade maximoperè iuuat. Iterum Plinius flores, & mora rubi, corticem, baccas, & folia lauri in morsibus Hæmorrhoi, & Prestéris minimè infrugifera esse putat: quemadmodum, & portulacam in hoc casu vtilissimam esse opinatur, dum inquit. Portulaca, quam Peplium vocant, non multum satiua efficacior est, cuius memorabiles vsus traduntur: sagittarum venena, & Serpentum Hæmorrhoi, & Prestéris extingui pro cibo sumpta, & plagis imposita extrahi asserunt. At cum ipsa, ob anni tempus, non reperiatur, semen eius simili efficacia prodest: accipio portulacam vulgarem, non autem peplium Dioscoridis: hactenus Plinius. Hoc præsidium in tali casu non parui momenti habere videtur; posteaquam Paulus etiam Aeginetæ, in simili casu, portulacæ folia, ex aceto contrita, folia rubi cum melle leuigata, plantaginem, hissopum, al-

Vomitus prouocandus est.

Sine portulaca sit adhibenda.

lium

www.libtool.com.cn

A lium, porrum, rutam, & vrticam celebrat. Aetius remedia morsibus viperarum conuenientia extollit, deinde potiones lotium prouocantes probat, item enemata, & medicamenta vomitum excitantia non omittit: postea vulneri, post scarificationem, & cucurbitularum, necnon dissectarum gallinarum appositionem, emplastrum ex oleo, calce, & vino imponit. Tandem Celsus, ad exterminandum Dipsadis venenum, portionem asphodeli arefacti cum modico rutæ, trifolium quoque, & mentastrum cum aceto libentissimè admittit.

Gallinæ per mediũ dissectæ quãdo conueniant.

MYTHOLOGICA.

RECitat Aelianus, in historia Animalium, cum Prometeus ignem in gratiam mortalium à Vulcano furatus esset, Iouem indignatum furti indicibus nobilissimum pharmacum, ad arcendam senectutem largitum esse. Sed qui hoc acceperunt munus, illud asino vectandum imposuerunt. At bestia, æstiuo tempore, itinerans tali onerata farcina, grauique oppressa siti, ad limpidissimum fontem à Dipsade custoditum, potandi gratia accessit. Asinus autem à custode fontis repulsus, sitisq; impatiens, pretiosum, quod gestabat, pharmacum, vt ad bibendum admitteretur, Dipsadi obtulit. Cæterùm Nicander in Theriacis sic aliter hanc fabulam exarat. Cum Iupiter Saturni nempè Temporis filius natu maiòr, distributa fratribus minoribus hæreditate, nimirum cum Neptunus æquora, & Pluto tartara occupassent; solemni, celebriquè pompa, numeroque Deorum associatus æthereum regnum ingrederetur, vt hominibus in signum lætitiæ gratularetur; munus iuuentutis illis largitus est. Mortales autẽ tali grauati onere, illud gestandum asino imposuerunt. Hic cum longum iter confecisset, siti æstuans, conspicatus fontem à Dipsade custoditum, eam rogauit, vt sitim illa extingui aqua permitteret: Dipsas autem, nisi accepto iuuentutis munere, asini voluntati obtemperare noluit. Qua de causa deinceps homines aureo iuuentæ dono priuati, senio obnoxij

Lib. 6. cap. 51.

Opinio Nicandri circa hanc fabulam.

C fuerunt, & angues, quot annis; senectam exuerunt. Verùm ex altera parte Dipsadem ab asino vaà cum iuuentutis dono sitim recepisse ferunt: hinc postea factum est, vt ab hoc demorsi angue, aspera, & ignea siti corripiantur. Audiamus igitur Nicandrum versibus in latinum translatis sic loquentem.

Cur percussi à dipsade siti crucientur.

Feruetus est iuuenum, & narratur fabula, quod, cum
Maximus aetheream cepisset Iupiter arcem,
Diuiso in fratres maris: & quòd Tartara, regno,
Contulit aeternam mortalibus inde iuuentam,
Vt dignum meritis imperiretur honorem:
Iam quoniam supero surrepta ex aethere flammæ
Prædonem amentes, odere Promethea, quòd non
Ipsos perpetuum viriles fecisset in æuum.
At nihil hoc illis diuinum, & nobile munus
Profuit à facili iam susceptisse Tonante,
Quandoquidem pigro fesso tandem illud asello
D *Imposuere grauis qui mox sub pondere doni,*
Arida dum tentat vicino guttura fonte
Colluere, aspecto subitò serpente stupescit,
Vtq; sibi tutum velit is concedere potum,
Supplicat: ille bonum fore se respondet, at ista
Conditione, suo si det quæ pondera dorso
Baiulet insipiens (suasit si:is) annuit ille:
Hinc est quòd veterem Serpentes corpore pellem
Abijciant, & quoq; noui reparentur in anno,
Infelix hominum genus, omni ex parte, sequentis
Perpetuo senio, certoq; sub infera fato
Ipseq; sic Serpens, velut ante accensus asellus
Ferueat, & pectore hominem clam vulnere ladat,

Qui

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Qui plura de hac fabula scire cupit, adeat primum caput huius libri, & secundum caput libri de Quadrupedibus Solidipedibus, quibus in locis valdè curiosa lector inuenier. E

MORALIA.

DIpsas, siue Situla, in doctrina morali, meritò auaritiæ assimilatur: quandoquidẽ si percussus ab hoc Serpẽte ad interitum vsq; sitiardet; pariter ab Auaritia comprehensus ad finem vsq; vitæ aurum immodicè sitit. Et ratio est, quoniam

Gaudia magna putat nummos seruare dolosas,
Nec fruitur partis stultus vbiq; suis.

Auari hominis conditiones.

Immò ea quandoq; est hominis auaritia, & implacabilis pecuniarum sitis, vt, cum iam alterum pedem in cymba Charontis habuerit, nondum suæ cupiditati sit descripturus modum. Ideoq; ad rem canebat ille.

Qui legit immensum nummorum pondus & auri, F
Partaq; de partis capiat solatia rebus:
Stultus ad illecebras, & gaudia sera nepotum
Congerit hos sumptus, terraq; vorace recondit.
Ad stygios penetrat sed cum defunctus auernos,
Et vada Cocyti tenebrosi pallida lustrat:
Nil sibi diuitiæ prosunt, nil sortis auaræ
Congeries, sitiens Acherontis flumina gustet.

Ideo D. Ambrosius in expositione Euangelij de hydropico in ædibus Pharisei sanato, scripsit impium esse, sitire, dum quis, vel diuitias, vel cætera huius mundi bona concupiscit.

Bibones cõparantur Dipsadi.

Verùm satius erit hominem vini intemperantissimum Dipsadi comparare: etenim si Dipsas acri semper siti premitur; item bibax continuo mero corpus mancipare desiderat. Idcirco Quidius quamdam anum lenam Dipsadem indigitauit (hanc Plautus meribibam, & multibibam appellasset) & non immeritò; siquidem vetulæ lenocinium exercentes, ob siccitatem senij, semper sitiunt. Carmina autem Quidij sunt hæc. G

L. 1. Amor. eleg. 8.

Est quædam quicunq; volet cognoscere lenam
Audiat, est quædam nomine Dipsas anus:
Ex re nomen habet, nigri non illa parentem
Memnonis in roseis sobria vidit equis.

Item sunt, qui baccheis liquoribus adeò delectantur, vt spreto omni diuitiarum genere, nec non postpositis cunctis honoribus, & dignitatibus, magno probro, vino tantùm se obruere desiderant. Meminimus, in hoc genere, legisse apud Scaligerum Epigramma huius tenoris.

Optarem mihi non aurum, non opida terræ,
Non quas Thebarum iactat Homerus opes.
Verùm vt plena mero spument mihi pocula Bacche,
Summaq; perpetuus proluat ora latex.
Semper amicorum circum pulsante corona,
Et vitem agricolæ falce premente colant;
Hæc, quas testor opum, sunt argumenta, valete H
Fasces, cum teneo pocula plena manu.

Ebrij, quid præstent in mensa.

Huius ratio inde nascitur, quoniam nati ad perdenda vina, omnem felicitatem in bibendo collocant, & quasi in gremio Iouis sedentes assiduè canunt.

Felix est, ter felix quater,
Cui das potum Bacchus pater
De spumantis cantharo.

Quare iustis de causis quidam poeta agens de turpitudine mensæ, in qua gurgites, & helluones vini discumbunt, canebat hunc in modum.

Non pudor in verbis, non est reuerentia mensæ,
Porcorum ritu, gens mala vinit ibi.

Irrepit

www.libtool.com.cn

A *Irreuerenter agunt, paneſq; & fercula menſæ*
More ſuum potant, pocula lata vorant.
Reddere nec curant grates, pro munere, Chriſto
Votaq; pro taciris ſacrificare bonis.
Sordida labra tenent potius ſpumante ſaliua,
In manibus craſſos ſtercora ſpurca gerunt,
Ex naſo ſtillant muci, nimbiq; madentes,
Ex oculis lippis ſordida gutta fluit.
Maxille ſquallent, nigra rubigine dentes.
Sordent, mundities corporis omnis abeſt.
Præterea inuitant ſe ſe ad munera Bacchi
Conſocij, quorum pocula plena madent,
Ructant, exhauſtum donec ſpumare falernum
Poſſint, & vino ſordida menſa fluit.
Inq; vicem Bacchi madido certamine ſe ſe
B *Sollicitant, hauſtus continuantiq; ueri.*

Quid plura? non defuerunt etiam temulentiæ nota infames, quiâ Dipſade feriri deſiderauerint, vt acri exardentes ſiti, in aſſiduam bibacitatem, & crapulam (quam ſemper deteſtari debemus) incumbere poſſent. In hoc genere legitur apud Pierium Valerianum pulcherrimum epigramma de Framariano Scurra, quod ſic ſe habet. *Continuè bibẽdi deſiderium.*

Narrabat quidam vim Dipſados exitialem,
Perpetuam infundat, qua pede fixa ſitim,
Nempe ſitim, tria quam neq; ante extinguere Nili
Oſtia, vel magnis ſtagna perhauſta cadis,
Interiore loco Libyæ Garamantas adipſos,
Quà ſouet arenti ſtruthius ova ſolo;
Quippe vbi quis miſera ſpatiatus forte per arua
In pede fulminei vulnera dentis habet.
Ritè duæ dextra famulæ, totidemq; ſiniſtra
Hæc gerit, hęc pleno vaſe propinat aquas,
C *Illa propinatis, alias ſuperingerit illa,*
Nec mora, nec requies, pocula mille parat.
Framarianus ad hæc, hanc ò mihi quæriſte amici,
Figat, vt illa meos offenſa pedes.

Hic ambiget aliquis, qua ratione in helluonibus, & temulentis continua fames, & ſitis exciteturr, cum eorum vaſa repleta ſint, & venæ repletæ ex Galeno non attrahant. Galenus enim, ad excitandam appetentiam, quinq; motus neceſſariò præcedere debere aſſeuerat: etenim primò membra exinaniuntur ratione caloris natiui in humidum, tanquam in propium pabulum ſemper agentis, deinde venæ inanitæ ab alijs venis, & à iecore attrahunt, tertiò aliæ à meſeraicis, & à ventriculo, quartò in ventriculo fit ſuctio, & triſtis ſenſatio, quintò inſurgit animalis facultas, & gignitur appetentia. Itaq; ſi in appetitu excitando, ordo prædictorum motuum eſt ſeruandus, ſequetur quòd nullo modo fiet appetentia, niſi præcedente triſti ſenſatione quæ non aderit, niſi fiat ſuctio, & attractio à venis, & hæ non attrahent, niſi partes corporis vi caloris exinanitæ fuerint. Hoc autem in habitu Helluonum, & Manduconum minimè præſtari poteſt, tum quia non ſolum horum membra non ſunt exinanita, ſed potius adeo extenſa, vt maiorem extẽſionẽ perferre nequeãt, etiam quia venæ ſunt ita repletæ, vt magis impleri non poſſint; quare cum non egeant, non attrahent, nec in ventriculo fiet ſuctio, nec triſtis ſenſatio, conſequenterq; nec appetitus excitabitur, quomodo ergo iſti Bibaces, & Edones poterunt abſq; appetitu indies voracitati ſuæ deſeruire? *Lib. 1. de ſymp. cauſis c. 2.* *Quinque motus concurrũt ad excitãdum appetitum naturalem.* *Dubitatio circa appoſitam.*

In hac dirimenda difficultate, duplicem appetitum, nempe naturalem, & voluptuoſum poſſumus aſſignare naturalis non poteſt fieri, niſi precedant quinquæ illi motus à Galeno recitati: quapropter non talis appetitus in helluonibus, ſed tantummodo voluptuoſus excitatur. Neq; officit omnium vaſorum repletio; quandoquidem calor naturalis ſemper concoquit, & ſemper alimenti diſtributionem exercet, cum natura, ſeu facultas vegetatiua ſemper ſit in actu ſecundo, quia eius quies eſt interitus. Ideò vaſis, etiam *Soluitio prædictæ difficultatis.*

www.libtool.com.cn

etiam repletis operatur, licèt lentè, donec vel ob prohibitam euẽtionem calor ſuffu- E
cetur, vel aliquod vas diſrumpatur: hac de re hominibus temulentis repentinus interi-
Lu. Aphoriſ. aphor. 3. tus ſemper impendet. Vnde Hippocrates iure optimo ſcribebat habitum Athletarum gulæ ſingulis horis inſeruientium periculoſum eſſe; verba autẽ Hippocratis ſunt hæc. *Habitus Athletarum, qui ſummum bonitatis attingunt periculoſi, ſi in extremo conſtiterint, neq; enim poſſunt in eodem permanere, neq; quieſcere, cum verò non quieſcant, neq; poſſint proficere in melius. Reliquum eſt igitur vt decidant in deterius. His de cauſis bonum habitum ſtatim ſoluere expedit, vt corpus rurſus nutriri incipiat.*

Crapula eſt fugienda. Quare prudentes viri ex aſſertis colligere debent huiuſmodi vitium prorſus vitandum eſſe, quoniam qui crapulantur, animam, & corpus indignis modis polluunt; iuxta ſententiam cuiuſdam poetæ ſic canentis.

Polluit hic animam vitus, corpuſq; laceſcit,
Aſſidua eſt peius ebrietate nihil.
Inducit morbos varios, & corpora ſoluit,
Et frangit nervos, contaminatq; caput.

Nec præter rationem, cum Galeaus, in Commentarijs ad Aphoriſmos Hippocratis, F
ſcriptis mãdauerit omnem noxam à vino genitam Græcis κραιπάλην, ideſt crapulam
A copia vini, quæ damna dimanent. nominari, παρὰ τὸ κάρηνον, καὶ πάλλεσθαι, quia caput concuſſum valdè patiatur. Præterea vinum immoderatè hauſtum non ſolum capiti obeſt, ſed neruos quoq; omnes à capite ad artus deſcendentes valdè debilitat: iuxta illud diſtichon.

Vt venus eneruat vires, ſic copia vini,
Quæ tentat greſſus, debilitatq; pedes.

Sin autem Lector omnes vini immoderatè ſumpti effectus, & affectus ſcire cupit, memo-
Vini effectus qui, & quales. riæ mandet inſcaſcriptum epigramma, quod ſic ſe habet.

Bacchus alit lites, lites diſſoluit eaſdem
Ad pacem Bacchus, bellaq; ſæua trahit.
Hic ſepelit curas, animos coniungit, amico s
Diſiungit, longo membra ſopore leuat:
Ille aperit verum, mundiq; arcana recludit,
Audaces timidos Bacchus & ipſe facit.
Suſcitat exangues, languentia corpora reddit G
Ardenti humanos vulnere ſæpè necat.
Quid vultis? ſummi ſunt munera maxima Bacchi,
Armatos nudus ſternere namq; poteſt.

Itaq; oportet vt homines ſint ciborum, & potiſſimum vini potus continentiſſimi, quo-
niam vinum moderatè ſumptum caput roborat, præcordia exhilarat, coctioni famula-
Vini commoda quæ ſint. tur, alimenti diſtributionem adiuuat, & denicq; ad recuperandam etiam valetudinem conducit, iuxta vulgatum terraſtichon.

Suaue Dei munus vinum eſt, hominumq; ſaluti
Conducit, præſit dummodo ſobrietas.
Immodico ſed ſi tua proluris ora lyæo,
Pro dulci potas tetra aconita mero.

Præterea virus Dipſadis iuſtis de cauſis veneno venereo aſſimilari poteſt, primò, quia
Veneris effectus quales. Dipſas ictu dentium maximum in patiente ardorem accendit; quemadmodum mulier ictu oculorum flammas amantibus inſinuare dicitur: ideircò poetæ Venerem fiagran- H
tem, & igneam nuncuparunt. Audiamus Ouidium.

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Pariter author ille, qui Meſſalinam mutatis veſtibus, ad lupanar ſe contuliſſe decan-
tat, & lupanar calidum, & faces Veneri tanquam ignipotenti aſſignat hunc in modum.

Non calidum intraſſet (proh) Meſſalina lupanar,
Si benè caſta faces Veneris vitaſſet, & arcus.

Ad rem noſtram pertinet illud epitaphium mulieris cuiuſdam, quæ lecta venuſtate, &
formæ dotibus inſignita fuiſſe perhibetur. Hoc autem ſic ſe habet.

Comparatio Veneris ad Dipſadem.

Occidit, heu poſtquam multos occidit amantes,
Et cinis eſt hodie, quæ fuit ignis heri.

Verùm quamuis hanc ſimilitudinem explorata fateatur veritas: nihilominus authori-

ritate

www.libtool.com.cn

A ritate clarissimi viri Scaligeri illam roborare placuit; qui elegantissimo epigrammate virus venereum ad virus Dipsadis sic comparat.

Est in Desertis Libyes, vbi lethifer atros
Per populos rapidis Auster anhelat equis,
Tristis & infesto metuenda simillima Cœlo,
Reptilis infami bestia Dipsas agro:
Insidijs pollens, morsuq; inspirat acuto
Perpetuam, illato vulnere dira sitim.
Haud aliud mea nunc obsedit corda venenum
Lethæi cuius luminis icta acie.
Verùm aliter cecidit, flammas namq; inter acutas,
Sunt eadem auxilijs ora petenda meis.

Reliquum est modò, vt alterum huius comparationis membrum stabiliamus, meditantes, nùm venereis accensi facibus, veluti à Dipsade icti in talem agantur furorem, vt præsidijs medicis egeant. Id autem longè petendum non esse opinamur: siquidem B canit Autonius. *Amantes dicũtur fatui.*

Myrteus amentes vbi lucus opacat amantes.

Deinde author ille, qui cunctorum vitia taxare nititur, dum excordes contemplatur amantes, qui aliena viuunt anima, & aliena loquuntur lingua, minimèq; cognoscunt vitia fœminarum, quas diligunt, eos nuncupauit fatuos sic.

Nutibus, & toruis oculis fatuantur amantes.

Ouidius etiam id intactum non reliquit, dum cecinit.

Quisquis amat, ratione caret, sine lege, modoq;
Discurrit.

Insuper meminimus legisse pulchrum distichon, quò pulchrius in hoc genere, vt nostra fert opinio, inueniri non potest, in quò non amens ad amantem comparatur, sed amantem, & amentem eumdem esse sic astruit. *Comparatio Amantis ad amẽtem.*

Sunt amens, & amans idem; nam mentis vterq;
Nil habet infælix, quòd sine lege furit.

C Immò ad magis roborandam hanc opinionem, insania hæc amatoria, veluti & furor à Dipsadis ictu excitatus remedia expostulare videtur. Quapropter Ouidius libro primo de remedio Amoris sic canebat.

Discite sanari, per quam didicistis amare,
Vna manus vobis vulnus opemq; feret.

Sed quod magis nos trahit in admirationem, est, quòd Paulus Æginera medicus celeberrimus, post caput de Insania, sermonem habet de passione Erotica, nimirum amatoria, & præsidia huic affectui conuenientia præscribit. *Medela affectus Erotici.*

Postremò, in hac morali doctrina, occasione illius, qui cælum suspiciens, ictus fuit à Dipsade, de quo in subsequenti rubrica verba fient, admonetur ille, qui aliena facta scit, & sua minimè nouit, iuxta vulgatum carmen. *Detrectatores taxantur.*

Quicquid delirant alij, mox carpit iniquo
Dente theonino, nec sua facta videt.

Hic etiam auceps, de quo mox agetur, gestus, & volatus auium animaduertens, & quæ circa pedes erant non obseruans, lethali vulnere Dipsadis affectus fuit: propte- D rea illi accidit, quod Thaleti contigisse fertur, qui noctu cælum contemplans in foroem decidit. Paciter à nonnullis taxantur Astrologi, qui cælestium corporum motus, & influxus meditantur, deinde, quæ propiùs sunt admota, ignorant: immò cum præsentia ignorent, futurorum, quorum cæca est cognitio, scientiam possidere profitentur. Idcirco Morus in hos, lepido epigrammate, sic lusit. *Astrologi quare taxentur.*

Saturnus procul est, iamq; olim cæcus, vt aiunt,
Nec propè discernens à puero lapidem:
Luna verecundis formosa incedit ocellis,
Nec nisi virgineum virgo videre potest.
Iuppiter Europam, Martem Venus, & Venerem Mars,
Daphnen Sol, Hersen Mercurius recolit.
Hinc factum, Astrologe, est, tua cum capit vxor amantes,
Sydera significent, vt nihil inde tibi.

Sed ad.

www.libtool.com.cn

Ex dictis, quæ doctrina moralis eliciatur.

Sed aduertendum est, quòd in præsentia hæc non sunt exarata, vt Astrologia damnetur, E
sed tantummodo vt ex assertis doctrina moralis eliciatur in illos, qui expedita, & optima consilia alijs impartiri profitentur; cum tamen sibimet ipsis consulere nequeant. Iuxta illud,

Sunt plures alijs bene consultare scitu, qui
At sibimet nequeunt licitum suadere, & bonestum.

Ad finem, cum Dipsas, ob nigredinem cauæ, melænura appelletur: monuit sapienter Pythagoras animal cauda nigra non esse attingendum, innuens declinandum esse à vitio, cui succedit mentis nigredo, & voluntatis conflictatio molestia; quandoquidem vitij facilitatem mox vitæ miserabilis difficultas consequitur. Lauretus autem in Sylua Allegoriarum, Dipsadẽ in Deuteronomio nominatam, allegoricè Diabolum, vel hæreticum exposuit.

Dipsas diabolo, & hæretico assimilatur.

EMBLEMATA.

F

Viator sitibundus à Dipsade mordetur.

VIDAM vir multa exercitatus lectione, sumpto a veneno Dipsadis argumento, effigiauit hominem lassum, & sitiundum per frondiferam, & vastam syluam diuagantem, vt faluentes gelidæ alicuius scatebræ aquas, ad sedandam sitim, inueniret, nec non ibi figurauit Dipsadem, viatoris pedem pungentem, cum hac inscriptione INFORTVNIVM. Postea subscripsit hoc terrastichon.

Dum iustrat syluam sitibundus fortè viator,
Vt possit gelido fonte leuare sitim,
Vritur en caco percussus Dipsadis ictu,
Atq; hiberis medias hic sitit inter aquas.

Itaq; non sine causa hoc emblema inscribitur hoc titulo. INFORTVNIVM, quandoquidem hic viator arida oppressus siti, aquam quærans à Dipsade mordetur, cuius ictu vniuersum inflammatur corpus, vt nullo vnquam potu talis, & tanta sitis extingui possit. Alciatus quoq; delineauit hominem sagittis, & arcu anes petentem, cuius sinistra cruri mordicus adhæret Dipsas, cum titulo. QVI ALTÀ CONTEMPLATVR CADERE. Postmodum addidit picturæ tale hexastichon.

Anceps à dipsade dimorsus.

G

Dum turdos viseo, pedica dum fallis alaudas,
Et iacta altiuolam figit arundo gruem.
Dipsada non prudens auceps pede perculit vltrix,
Illa mali, emissum virus ab ore iacit,
Sic obit, extenso qui sidera respicit arcu,
Securus fati, quod iacit ante pedes.

Emblematis argumẽtum vnde sumptum.

Nonnulli voluerunt argumentum huius emblematis à quodam apologo Æsopico desumptum fuisse, in quo introducitur auceps insidias turdo in alta arbore sedenti tẽdens, dum interim vipera in terra versans aucupis pedem ictu lethali afficit. Vnde tandem obiens hæc verba protulisse dicitur: alium capturus ab alio capior. Aliqui fuerunt huius opinionis, argumentum huius emblematis acceptum fuisse ex quodam epigrammate græco Antipatri Sidonij, in quo de Alcimene aucupe agitur, qui assiduè cœlum intuens, vt arcu, & funda aues peteret, paruiq; pendens quæ in terra versabantur, à Dipsade tandem ictus perijt. Hoc autem epigramma, tum quoniam in ipso Dipsas memoratur, tum quoniam est scitu dignum, nos non tæduit in medium afferre.

H

Ὦ πρίν, ἐγὼ καὶ ὕδρα καὶ ἀρπάκτειραν ἐρύκων
Σαίρματος ὑψιπέτη βίστονας γέρανος,
Ῥιπῇ γερμαδίῳος ἐυστροφα κῶλα τιτάινων
Ἀλκιμένης πταυῶν ἔργον ἄπαυδε νεφος
Καὶ μὲ τις ἀτήτειρα παρὰ σφυρὰ δύλὰς ἔχιδνα
Σαρκὶ τὸν ἐκ γενύων πικρὸν ἐνῆσα χόλον.
Ἠέλιε χείρωσεν ἰὸν ὡς τὰ καθ' ἑλθρα λεύσσων,
Τὸν σοσὶν ἀκ ἰδάλην πῆμα κυδιανόμενον.

Hoc autem epigramma latio sermoni redditum ac so-

Qui

www.libtool.com.cn

A *Qui ſturnum, iactis ſementibus antè, rapacem*
Acerbam altricolam, Biſtoniamq; Gruem
Extenſis manibus, bubulaq; it verbere funda
Alcimenes abigens ipſe procul volucres;
Inſtigit pedibus ſerpens en vulnera Dipſas,
Lethiferoq; nigrum virus ab ore vomit.
Ideq; dat ipſa neci, attentus dum ſidera ſpecto,
Neſcius exitij, quid foret ante pedes.

HIEROGLYPHICA.

B AD exprimendum hominem ſiticuloſum, & bibacem, veteres pingebant ſimulacrum hominis, cuius cruribus Dipſas ſerpens mordicus adhærebat. cognita enim illis erat huius ſerpentis natura, cuius ictu, talis in viſceribus patientis accenditur flamma, vt (veluti ſuperius relatum fuit) hæc ſitis aqua, etiam copioſa extingui minimè poſſit: immò ad inſtar olei ſuper ignem infuſi, magis atq; magis augetur. Hoc igitur hieroglyphicum, teſte Pierio Valeriano, olim poterat obſeruari in litore, quod è regione maioris ſyrtis inter Libyam, & Aegyptum porrigitur, vbi quædam columna viſebatur, in qua vir moribundus cum figura Dipſadis pedi adhærentis cælatus erat: immò ibidem icones, etiam nonnullarum mulierum ſculptæ erant, quarum aliæ aquatum ire, aliæ decumbenti vaſa aquæ plena porrigere videbantur. Verùm meminimus legiſſe apud alios authores, in eodem narrato loco non fuiſſe columnam, ſed ſepulcrum, in cuius lapide marmoreo ſculptus erat homo in actu potandi, qualem ſolebant Priſci figurare Tantalum in media palude natantem, & vndam haurire conantem, ibi quoq; Dipſas pedibus ſimulacri dentibus hærens effigiata conſpiciebatur, vnà cum iconibus mulierum aquam vaſibus præbentium; Amplius multa ſtruthionum ova ibidem ſculpta intueri licebat, ſub quibus Dipſades libenter latibulantur: deinde infraſcriptum erat epigramma huius tenoris, in quo percuſſus à Dipſade, cum Tantalo, & puellis Danaidibus comparatur hunc in modum.

Hieroglyphicũ humãnis bibacis.

Sepulcrum cum lapide marmoreo, in quo prædictũ erat calatũ hieroglyphicũ.

C *Talia paſſus erat quoq; Tantalus aethyope cretus,*
Qui nullo potuit fonte leuare ſitim.
Tale nec è Danao natas implere puellas
Aſſiduis vndis vas potuiſſe reor.

Arbitratur etiam Pierius Valerianus, per ſimulacrum huius animalis, poſſe hieroglyphicè appetentiam demonſtrari; cum ſitis per metaphoram, pro vehementi cuiuſcũq; rei deſiderio, & appetentia ſumatur: ſiquidem homo alicuius rei maximè cupidus, ſitibundus nominatur. Etenim legitur apud Ciceronem, quòd homines ſanguinem, virtutem, voluptates, & honores ſitire dicuntur.

Lib. 16. hieroglyph.

DE SCYTALE. Cap. IX.

D

ÆQVIVOCA.

CVM in capite antecedenti, Dipſadis, aut Scytulæ nuncupatæ natura ponderata, & examinata fuerit, in præſenti de Scytale neceſſariò agendum eſſe duximus: quoniam nonnulli authores, ob vocabulorum congruentiam, Situlam, cum ſcytale confuderunt. Albertus enim Serpentem, de quo modò agitur, duplicem eſſe credidit, dum altero in loco Situlam alibi vero ſcyſceculum nominauit. Quandoquidem Situlam in duas ſpecies diſtinxit, nempe in illam, quam græco vocabulo Dipſadem cognominant, deinde in illam, quæ varietatis tergi pulchritudine intuentibus maximam admirationem affert; quas poſtremas conditiones Solinus Scytali, & nõ Situlæ aſſignauit.

Situlæ, & Scytalis diſcrimen.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Præterea tradit Albertus ſcyſcecium eſſe ſimilem Serpenti in vtramq; partem ſalienti, quem Græci amphisbænam indigitant, Hinc errorem Alberti manifeſtum eſſe coniectamus, qui pro ſcytale, Situlam vſurpauit, & nominum conuenientia deceptus, vnam Serpentis ſpeciem in duas perperam, diſtribuit. De hac re, ne prolixiores ſimus, plura legenda ſunt apud Nicolaum Leonicenum in libro de Dipſade. E

Æquiuocatio ſcytalis.

Interea ad æquiuocationẽ huius nominis enodandam properabimus. Scytale igitur, & ſecundùm Græcos σκυτάλη propriè flagrum, vel ſcuticam denotat; item ſaccum coriaceum; nam legunt̃ur apud Heſychium hæc verba σκυτάλαι, θήλακες δερμάτινοι, nimirum ſacci coriacei. Immò σκυτάλαι palangæ etiam dicuntur. Pariter σκυτάλη clauam in ſumma parte corio obductam, vel etiã clauam ſimpliciter, vel fuſtem, vel quamliber virgam, & baculũ ſignificat. Amplius σκυτάλη turmam equitũ deſignare videtur: dũ ab Heſychio hæc verba ſcribuntur. σκυτάλαι ἱππικαὶ ἴλαι, nempè agmina equeſtria. Hinc σκυταλώδες apud Galenum, oſſa digitorum nominantur: cum tali ordine diſpoſita ſint, vt tanquam milites in acie ſtare videantur. Quamuis apud Suidam σκυθάλης inſtrumenta ad ignem iaculandum exponantur. Cæterùm, ex mente Etymologi, σκυταλίδες εἶδος καμπῶν, fortè animalculũ quoddam, & εἶδος ἀκριδῶν apud Alexandrinos dicuntur, Item vas quoddam in naui. Alioquin σκυτάλιον idem quod σκυτάλης penès Theophraſtũ, & regula exponitur. Et in antiquis Dioſcoridis nomenclaturis, ſcytalion altera ſpecies vmbelici Veneris nominatur, vel quia folia huius plantæ quadam ſerie, veluti milites in exercitu ordinata ſint, aut quia folium plantæ craſſitudinem corij æmuletur. Verùm Salmaſius in Solinum animaduertit, pro σκυτάλιον, fortè legendum eſſe σκυτάριον, vel σκυτάριον, cum folium prædictæ plantæ ſcutum, vel figuram ſcuti repreſentet. B

Scytale.
Saccus coriaceus.
Claua vel fuſtis.
Turma Equitum.
Lib. 1. de Oſſibus c. 4.
Oſſa digitorum.
Lib. 4. hiſt. plant. c. 5.
Lib. 4. c. 9.
Vmbilicus Veneris.
Planta ſcytalion cur dicta.

Quapropter non erit mirum, ſi Ioannes Tzetzes ſcripſerit, hoc vocabulo (ſcytale) ſex ſignificari, primò lorum, quo nates puerorum verberantur, deinde piſcem inſtar ſcuticæ formatum, tertiò ordinem oſſium digitorum, quartò virgam quadrangularem fabrorum marmorum, immò quamcumq; virgam, & baculum, quintò ſpeciem Serpentis, de qua modò agitur, & ſexta eſt digna auditione Laconum ſcytale, de qua paulò infrius verba fient. Præterea Lexicographi nixi Plinianæ authoritati ſcytalem murem araneum interpretantur: cum tamen Plinius libro trigeſimo ſecundo naturalis hiſtoriæ, & capite quinto, ſcytalem quidem nominauerit, ſed poſtea murem araneum eſſe non expreſſit. Debebant potius Lexicographi citare Columellam, qui in principio capitis ſexteciemi libri ſexti, expreſſis verbis, ſcytalem murem araneũ eſſe affirmat; dum inquit. *Eſt etiam mortifer ĩis Serpentes ictus, & magnorum animalium noxium virus: nam & Vipera, & Caecilia, ſæpè cum in paſcua bos impromidè ſupercumbit, laceſſita onere morſum imprimit, muſq; araneus, quem Graeci σκυθάλην vocant, quamuis exiguis dentibus, nonnũquam exiguam peſtem molitur.* Multi authores hunc Columellæ textum põderantes, & potiſſimũ Geſnerus, hoc mendum eſſe opinantur; quoniam nomen hoc muri araneo congruere minimè poteſt: Quamobrem pro, σκυτάλην, legendum eſſe μυγαλῆν iure optimo arbitrantur: cum μυγάλης proprium muris aranei nomen eſſe perhibeatur; veluti in Hiſtoria Quadrupedum digitatorum explicatum fuit. G

Scytale nõ ſit mus araneus.

Eſt quidem verum, quòd Oppianus in Alyeuticis, ſcytalem inter piſces recenſet, dum canit hunc in modum.

Ὀραύγων γενεὴ, καὶ πρηνάδες ἠδὲ κυβεῖαι
Καὶ σκολιαὶ, σκυτάλαι τε, καὶ ἱππυρίου γένεθλα.

Hi autem verſus ex Lippij verſione ſic ſonant. H

Lib. 1. de Piſc.

Oremon gentes, & prenades atq; cybiæ
Obliquæ ſcytalæq; hippuron maxima turba.

Hæc autem ſpecies piſcis, ſcytale nuncupata in alto degens pelago, & litus nunquam adiens, an ſit eadem quæ ſcylla, an verò Oppiani exemplaria ſint mendoſa, hoc in Hiſtoria piſcium videndum eſt. Inſuper ſcytalam Plinius inſulam quamdam penès intimum receſſum ſinus Arabici ſitam appellauit.

Scytalæ inſulæ.
Lib. 17. mo. Plin. Attic. cap. 8.

Demum ſcytale genus eſt laconicæ epiſtolæ, quæ (annotante Gellio) in loro ſcribebatur, Nam Lacedæmonij ad ſuos Imperatores ſcripturi, vt litteræ interceptæ occulta hoſtibus conſilia indicarent, ex induſtria hanc ſcribendi rationem excogitarunt (quamuis nonnulli huius rei cõmentum Archimedi referant) ſurculos duos teretes, &

torno

www.libtool.com.cn

A torno perpolitos æquababant, vt par vtriq; & longitudo, & crassitudo ineſſet: Horum alter Imperatori ad bellum proficiſcenti dabatur, alter verò penès magiſtratum diligenter ſeruabatur. Itaq; quoties ſcribendi ad Imperatorem occaſio ſe ſe offerebat, pagina inſtar oblongi lori ceſa, furculum circumuoluebant, & oras paginæ ita iungebant, ne rimæ vllæ apparerent; tunc litteras à ſummo capite per tranſuerſum ad imum vſq; exarabant: perſcriptum inde lorum à furculo eximebant, & ad Imperatorem mittebant: nam reuolutum hoc lorum truncatas litteras, ſyllabas, & dictiones oſtentabat: ideoq; hoſtes etiam ab hoc loro intercepto nihil in eo ſcriptum coniectare poterant. Is verò, cui ſcriptum deſtinatur, applicato loro, & circa furculum circumuoluto, itaut continuata ſcripti ſeries ſequatur, legit, intelligit epiſtolam, quæ Græcè σκυτάλη nuncupatur. In hunc modum ſcriptam epiſtolam Lyſandro ad Helleſpontum allatam Plutarchus memorat. Porta, loco lori, vtitur filo, quemadmodum ipſe narrat in libro de Ziferis, ad quem locum lectorem relegamus.

Scytale Epiſtola qualis.

Alius modus vtendi loro.

SYNONYMA, ET ETYMVM.

SCYTALE in caſu recto, & ſcytales in caſu obliquo, nomen huius Serpentis inflectitur, aut ſecundum alios, ſcytala, ſcytalæ: poſtea pronunciant, ita vocari quaſi ſiſtale, quoniã ob ſpectabilis formæ pulchritudinem, viatores in admirationem remoretur, & ſiſtat. Id autem prolatum fuiſſe ab ijs opinamur, qui perpetuas agitant nugas, aut qui linguam græcam parùm profitentur: quandoquidem Latini nomen huius Serpentis nõniſi à Græcis habent, quibus σκυταλη, ἡ σκυταλὶς ἡ, aut τὸ σκυτάλιον, nimirum à forma τῆς σκύταλης, quæ vox baculum ſignificat. Aut vocatur ſcytale, quoniam figura huius Serpentis teres, & oblonga, σκυτάλη, nempè lorum coriaceum, aut ſcuticam, aut baculũ æquet: σκύτος enim corium, & pellem indicat. Idcircò Greuinus, dum textum Nicandri græcum in gallicum ſermonem verteret, fatetur ſe græcũ nomen huius Serpentis retinuiſſe; cum illud gallicè reddere non potuerit, niſi linguæ, iniuriam facere voluiſſet. Siquidem vocabulum græcum, quo manubrium cuiuſcumq; inſtrumenti deſignatur, Gallicè ita reddi non poterat, quin aliqua relinqueretur ambiguitas: qua de cauſa nomen, ſcytale, in verſione retinere maluit. Itaq; ex ſententia Greuini, ſic nominatur hic Serpens, quoniam mole corporea magnitudinem manubrij ligonis adæquet.

Siſtale nomen barbarum.

Etymũ græcum.

L. 1. de Venenis. c. 7.

Addit Greuinus hunc Serpentem à nõnullis Latinorũ dici Cæciliam, propterea quod contra aliorum anguium naturam, ineunte Vere, ab antris exiens, fœniculum vitet, ne viſionem recuperet. Nihilominus hoc nomen (Cæcilia) ad Typhlopem Serpentem, vulgò Typhlinem pertinet. Oläus Magnus in Hiſtoria ſeptentrionalium ſcriptis mandauit, quòd Serpens, qui ob tergi pulchritudinem, viatores remoratur, Gothicè nuncupatur Slaa. Alioquin Sicalis, vel Picalis Arnoldo, & Siſcetati Auicennæ hic Serpens appellatur. Quamuis ſciſcetalim potius legendum eſſe multi exiſtiment.

Cæcilia, & Typhlops.

L. 21. c. 16

Nomen Arabicum.

DIFFERENTIÆ.

OLAVS Magnus in ſeptentrionali hiſtoria Scytalem duplicis generis eſſe conſtituit, alterum inſigni pulchritudinis præſtantia prædicat, alterum verò Amphisbænam appellat. Primum genus, quod admirãdum, pigrum, paruum, & ignei veneni celebrat, Slaa Gothicè vocari affirmat; deinde frigidiſſima etiam hyeme ſenium deponere aſtruit, & ritu aliorum ſerpentum, intra viſcera terræ, poſt ingreſſum Solis in primum Libræ gradum, latibulari, donec Sol ab vltima parte Arietis exierit. Impò ſi accidat (eodem Olao teſte) vt vrgente bruma, à Solis radijs hic ſerpens attractus, iſſdemq; nimis delectatus fuerit; tunc gelu, orificio cryptæ conſtricto, & recedente Sole facile moritur. Hinc colligendum eſt, quòd Olaus Magnus, Albertum ſecutus, in grauem incidit errorem, dum ſcytalem ſui generis ſerpentem in duas ſpecies diſtribuit, conſequenterq; ſcytalem, cum Amphisbæna confundit.

Error Olai Magni.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Præterea fuerunt alij, qui perperam Scytalem in vulgarem, & chalcidicam discriminarunt: cum tamen scytale chalcidica (annotante Edoardo Vuotono) morsu, patienti afferat eadem symptomata, quæ ab ictu viperæ producuntur, & serpens, de quo in præsentia agitur, inflammationes tantummodo generat, quales ab aculeis vesparum, & apum prodire solent: quamobrem, pro Scytale chalcidica, lacertam chalcidicam intelligere debemus, de qua in Historia Animalium digitatorum ouiparorum actum fuit. E

Scytale chalcidica, qd animal sit.

FORMA, ET DESCRIPTIO.

CÆTERI serpentes, vt cunctis est manifestum, ex crassiori corpulentia semper in caudam tenuem desinunt. At scytale, ab aliorum anguium figura recedens, formam corporis teretem, & vtrimq; ita æqualiter crassam habet, vt spectator discernere nequeat partem, in qua caput, vel cauda sita sint. Ideoq; ratione huius notæ, similis amphisbænæ esse perhibetur. Præterea ab inuicem postea discriminantur, quia F amphisbæna in vtramq; partem, scilicet antrorsum, & retrorsum graditur: qua de causa Græci propter hunc gressum amphisbænam meritò cognominarunt. Scytale verò in anteriorem tantùm partem proficiscitur. Insuper Scytale ab amphisbæna discrepat, quoniam hæc apprimè duo capita, illa verò nequaquam repræsentat. Tertiò non sunt æqualis crassitudinis; cum scytale crassitudinem manubrij ligonis adæquet, & amphisbæna corpulentiam vermis terrestris non excedat. Id optimè exprimit Nicander in Theriacis dum canit.

Scytale similis Amphisbænæ.

Discrimen Scytales, & Amphisbænæ.

Bifronti similem reperis scytalam Amphisbæno
Pinguior est tamen, & cauda, quæ nulla ferè exit.
Crassior, vt quantum solita est comprehendere ligonem
Curua manus strictum quoties tenet ipsa ligonem.
Tam prolixa, vagans, pluuio quàm reptile Cœlo.
Quod facunda genus sua gignit viscera tellus.

Lonicerus autem, qui versus Nicandri sermoni latino reddidit, & Petrus Gillius in suis annotationibus in Aelianum, mentem Nicandri non benè assecuti, crediderunt G Scytalem, mole corporea, manubrium ligonis, longitudine verò, lumbricum terrestrem adæquare. Cum Nicander crassitudinem vtriusq; animalis explicans, Scytalem manubrio ligonis, & Amphisbænam vermi terrestri assimilauerit: quemadmodum in Iconibus erit manifestum. Addunt alij, huic serpenti tantam colorum in tergo varietatem, vt homines bestiam intuentes, admiratione stupidi ad contemplandum colores morentur. Quamobrem pictum serpentem nominauit Baptista Mantuanus, canens hunc in modum.

Colorũ varietas in tergo.

Picta autem scytale, turpi Boa flexilis alua.

Quod autem oculi spectantium picta huius serpentis forma teneantur, nemo veterum Authorum retulit: quemadmodum Salmasius in Solinum optimè animaduertit. Scripserunt quidem scytalem Amphisbænæ esse similem, non quoad picturarum dorsum, qua conditione amphisbæna caret, sed fortè quia ambæ hæ bestiæ caput in vtraq; corporis extremitate habere videntur. Solinus autem, in describenda huius animalis forma, multa desumens à Lucano deceptus fuit: etenim Lucanus verba faciens de Cenchri, picturati corporis meminit, & paulò post de Scytale egit. Quamobrem notas, quæ H Cenchri à Lucano assignantur, Solinus scytali concedere videtur. Audiamus igitur Lucanum sic canentem,

Solini errorum in descriptione Scytalis.

L. 9. Pharsal.

Quam semper recto lapsurus limite Cenchris
Pluribus ille notis variatam tingitur aluum,
Quam paruis tinctus maculis Thebanus ophites,
Concolor exustis, atq; indiscretus arenis
Ammodytes, spinaq; vagi torquente Cerastes;
Et scytale sparsis, etiam nunc sola pruinis
Exuuias positura suas.

Qua-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Quapropter hoc in loco Cenchris ſerpens varijs notis ad ſimilitudinem granorum milij inſignis, & ophite marmore maculoſior celebratur, quæ notæ in ſcytale non obſeruantur à Lucano. Sed quia paulò poſt ſcytalis, etiam memoratur, Solinus tales maculas ſcytali aſſignauit.

Scytale.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

NATVRA, ET MORES.

VT omittamus, quod scripsit Solinus de fulgore tergi, quo natura scytalem nobilitasse dicitur, vt quos pigro gressu comprehendere nõ posset, varij, & fulgentis tergoris admiratione allectos tandem assequeretur. Accedemus ad alias huius animalis veriores proprietates, inter quas hæc non est spernenda; quòd scytale prima omnium serpentum cauernam relinquat, & nõdum dissipato hyemis algore, spolium deponat: hæc proprietas non latuit Lucanum, qui de hoc serpente sic cecinit.

loco cit. *Et scytale sparsis, etiam nunc sola pruinis,*
Exuuias positura suas.

l. 9. c. 52. Immò, vt alijauthores referunt, hoc animal ad locum quemdam sibi familiarem profiscitur, neq; fœniculo, more aliorum serpentum, vescitur. Quamuis Gillius in Aelianum, totum oppositum scripserit. Videlicet quod scytale, relicto specu, statim ad pa- F
An hic serpens fœniculo vescatur. stum fœniculi se conferat. Hinc Greuinus non iniuria collegit textum Nicandri à Gillio minimè intellectum fuisse: vbi apertè docet pabulum fœniculi ab hoc serpente minimè appeti. Audiamus igitur Nicandrum latino sermone sic canentem.

Nec postquam iuuenis venienti tempore veris,
Magna Deum, quando profert serpentia mater
Liquerit obscuram consueta cubilia petram,
Et nitidos tepido sub sole exuiuerit artus,
Pandentes se fœniculi teneram exedit herbam,
Sed per opaca morans imi decliuia montis
Se tenet, & multo grauiter latet obuia somno
Aequè alta sua conquirit sibi pabula terra:
Nec licet id magno cupiat, studeatq; labore,
Arescente sitim potis est depellere fauce.

Venenum Scytalis graue. Deniq; natura Scytali tale venenum nouæ ingenerauit, vt ictu necem inferre posset: siquidem punctura huius animalis obscura est, quæ inflammationem generat, itaut fiant G
inducię, donec opportuna remedia adhiberi possint.

SIGNA, ET REMEDIA VENENI SCYTALIS.

PERCVSSI à Scytale, & ab Amphisbæna, obscurum, & vix apparentem morsum reportant, sed in loco affecto talis gignitur inflammatio, qualis ab aculeis apum, & vesparum prodire solet. Quamobrem ad illa præsidia confugiendum erit, quæ in puncturis prædictorum animalium adhibentur: dummodo hæc remedia intensiori virtute sint præditaq; cum Dioscorides scriptum reliquerit accidentia morsus Scytalis, à
Accidentia morsus Scytalis. symptomatibus morsus viperæ non esse valdè dissimilia. Actius quidem prædictã Dio- H
scoridis sententiam amplecti videtur, sed de Scytale chalcidica loquitur; ideoq; præsidia etiam virus viperinum exterminantia proponit. Item Paulus Aegineta consimilia in hoc casu præscribit medicamenta, quæ in tractatu morsus viperini recitauit. Auicennas, & Albertus ponderantes eadem symptomata morsus Scytalis, & Amphisbænæ, eadem etiam remedia esse promulgarunt. Verùm quis ab illis meritò petere posset, quæ nam
Error Alberti circa remedia huius serpentis. symptomata, & auxilia morsus vtriusq; serpentis esse debeant; cum neuter eorum illa expresserit. Hic autem error inde dimanauit, quoniam verba Auicennæ, & Alberti ex Dioscoride, & Paulo Aegineta desumpta sunt, qui Authores postquam de accidẽtibus, & auxilijs morsus viperæ egerunt, mox similia inictibus Scytalis, & Amphisbænæ pronunciarunt, deinde etiam eadem medicamenta præscripserunt. Auicennas autem, &
Albertus describentes, à postremis verbis inchoarunt, & propterea in prædictum error-

rem

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A rem inciderunt. Quare eumdem sequi ordinem debuissent, si accidentia, & pharmaca morsus Scytalis patefacere volebant.

MORALIA.

VOLVPTAS, & potissimùm libidinosa omnium malorum esca ad Scytalem non iniuria comparanda est, si veritatem continet infrascriptum distichon.

Simplicitate rudes ad se lasciua voluptas
Allicit, atq; homines vt Scytale perimit.

Lasciuia comparatur Scytali.

Nam, si Scytale (vt nonnulli authores referunt) varijs picta coloribus intuentes reddens stupidos remoratur, vt illos tandem venenet. Pariter gustata semel voluptas animum ita excantat, vt ab illa nonnisi extinctus recedat. Est enim lasciua
B voluptas, instar Scytalis, varijs coloribus, ideſt purpureis vestibus decorata, & specie adeo spectabilis, vt homines ad summa, diuinaq; natos, scorto putidissimo supplices esse cogat. Hæc autem voluptas sic describitur.

Voluptatis lasciuæ descriptio.

Conspicitur pulchro hæc semper redimita capistro
Sunt oculi molles, frons q; petulca nimis.
In capite insignis fulgor, redimicula vittæ,
Sertaq; dependent, purpureus q; color.
Hanc chlamides tyriæ velant, & balteus ornat,
Atq; hanc Sydonio purpura tincta fuco.
Dextra tenet speculum, quo splendet turba malorum,
Læna tenet luxus, & genus omne mali.

Quocirca si pictata Scytale omni conatu vitanda est, ne humanum corpus ad necem inficiat; multo magis lasciua voluptas erit fugienda, quæ ob momentaneã titillationem, simul animam, & corpus indignis modis polluit, atq; perdit. Ideo optimo iure hæc carmina moralia canere poterimus.

Accipe stulte precor, quàm sit fugienda voluptas.
C *Hæc animam damnat, stygijs, & mergit in vndis,*
Hæc sensus lacerat, confundit semina mentis;
Contaminatq; malo precordia recta sapore.
Parua voluptatis quamuis sint gaudia; longa
Pœna tamen sequitur misero permixta dolore.

Id, quod hactenus de Scytalis, & voluptatis comparatione pronunciauimus, de meretrice possumus attestari: quandoquidem hæc descriptæ voluptati, consequenterq; Scytali assimilatur: etenim ad rem à quodam Poeta decantantur hæc carmina.

Comparatio meretricis ad voluptatẽ lasciuam.

Aequiparat se se meretrici blanda voluptas,
Quæ compta in platea sedet, & nudata mamillas,
Et redimita comas, spurcum meretur amorem,
Pellicit, & molles ad se, blandumq; cubile.
Mox refert, vilem sumens de crimine mercem.

Hinc videmus, quod callida, & dolosa mulier non solum vestium luxui indulgens, sed
D faciei quoq; varijs mangonijs nitorem concilians, se adeò venustat, vt instar Scytalis intuentes ad se trahat, stupidos reddat, per concupiscentiam rapiat, & tandem veneno mali consensus extinguat. Quapropter optima de causa poterimus canere hoc distichon.

Quem coram vultum cernis proferre serenum,
Clam te fortassis ledit hic, atq; nocet.

Mulieris nequissime descriptio.

Etenim mulier nequissima, quò nitentior, eò nocentior, quæ cum tibi faueat, se fouet, dum tibi ridet, te radit, & rodit, corpus lætanter carpit, aurum latenter haurit, non est virgo, nec virago, sed vorago, quæ viros vorat, & amando mandit. Hinc lector coniectare potest, num mulier varijs decorata ornamentis, & pictata smegmatibus, tot damna, quot Scytale, suis coloribus, humano generi afferre possit. Ad rem D. Hieronymus scribebat, si vir, aut mulier vestium luxui indulgens, ita se ornauerit, vt vagos hominum

D. Hieronymi sententia.

www.libtool.com.cn

minum oculos ad se trahat; etsi inde nullum sequatur damnum; iudicium tamen pa- E
tietur eternum.

PHRENOSCHEMATA.

QVI, in Musarum sacris, iugiter se exercent, ne momentum quidem hore ociosanter perire, aut somniculosè dilabi sinunt, quin in palestra litteraria aliquid operentur. Horum virorum meminit Ioannes Andreas Palatius, in libro de Insignibus, quiad indicandum ferum alicuius femine animum, varia phrenoschemata excogitarunt. Sed inter hæc, duo, desumpto argumento à Panthera, & a Scytale, digna esse animaduersione videntur. Primitus figurarunt Pantheram animal singularibus pictarum notis: cum hoc Dicto. ALLICIT OMNES. Panthera enim, vt enucleatũ est in volumine de Quadrupedibus digitatis, occultato capite, ne cæteræ perterrefiant animantes, illas terroris pulchritudine allicit, atq; necat. Hinc innuere volebant, quod F
aliquando reperiatur mulier, quę rarę pulchritudinis velamine ferum tegat animum. Deinde effigiarunt Scytalem pulchrum aspectu Serpentem; cum hoc Dicto. FORMA NECAT. Siquidem in hoc phrenoschemate quædam mulier assimilatur Scytali, quę est Serpens tanę pulchritudinis, ex Poetarum sententia, vt intuentes, & admirantes reddat stupidos, consequenterq; allectos perimat.

Phrenoschema ex Panthera.

Phrenoschema ex Scytale.

DE AMPHISBÆNA. Cap. X.

ÆQVIVOCA.

IN anteeedenti capite de scytale pertractatum fuit, quæ ab Amphisbęna non multùm dissimilis esse ibi tradebatur. Ideo rationi consonum G
esse existimamus in præsenti historiam Amphisbænæ exarare. Primò igitur circa nominis ambiguitatem, aduertẽdum est, quòd non solum Serpens hic biceps nominatur Amphisbæna, verùm quoque piscis quodda genus in mari Anglico versans, duobus vtrinq; capitibus prędi-tum, quod olim ad nos missum fuit. Immò, & inanimata quædam, quorum caput caudæ, vel potius initium fini assimilatur, nomine Amphisbænæ donantur. Hoc igitur nomine ligulam caligariam æratam possumus indigitare, de qua Scaliger in Ænigmatibus, hoc protulit tetrastichon.

Ambigua cruice biceps velut Amphisbæna,
Rostrum vtrumq; aneum, more triremis habens,
Arcta cauum subeo, mox vt traiecta rediui
Inuoluens spiris dissita necto meis.

Vocis amphisbæna diuersus.

SYNONYMA. ET ETYMVM.

HOC animal Græcis ἀμφισβαίνα, & pariter Latinis Amphisbęna nuncupatur παρὰ τὸ ἀμφί, καὶ βαίνω, quoniam sicut geminum habet caput, sic & geminum incessum habeat. Siquidem verbum græcum ἀμφιβαίνω, circumambulo, aut circumgradior, exponitur: est enim compositum ex ἀμφὶ prępositione significante, circum, & βαίνω gradior. Nam Amphisbęna circularibus tractibus, nempè antrorsum, & retrorsum incedere videtur: propterea Latinis quibusdam vtrimquegrada vocatur. Alioquin apud Græcos, ob geminum caput, non solùm Amphisbæna, sed etiam Amphicæphalon dicitur. Apud Hesychium, pro ἀμφισβαίνα legitur etiam ἀμφίσεμαινα, cuius vocabuli Scholiastes Nicandri non meminit. Immò apud Erymologicum, legitur

Etymum græcum.

Vtrinque gradi dicitur amphisbæna.

Amphicæphalon vocatur.

quoq;

www.libtool.com.cn

A quoq; ἀμφίσβαινα, quæ vox eadem cum Amphisbæna esse perhibetur. Præterea scribit Bellonius, quod nomen huius Serpentis adhuc in Græcia retinetur. Auicennas tradidit quemdam Serpentem ad duas partes salientem, cuius duæ extremitates, ratione craſſitiei, sunt medio æquales, Ankesimen appellari. Syluaticus Alcismum, & Albertus amphisilenen hoc animal cognominant, reliqui verò Authores Barbari Ansibenam, & Armenam vocitant. Gallis, ex Greuino, dicitur Doublemarcheur, est enim vocabulum, veluti & græcum ex duabus vocibus compositum. *Nomina Arabica huius anguis.*

DESCRIPTIO.

B AMPHISBÆNA, & Scytala animalia sunt inter se valdè similia: non enim ex crasso capite in tenuem caudam abeunt, sed adeò æqualis sunt craſſitudinis, vt intuentes discernere nesciant, in qua animalis extremitate caput, & cauda sita sint. Discrepant autem ab inuicem, teste Actio, quoniam Amphisbena in vtramq; partem progrediatur; cum duo capita à natura sortita sit; quasi non satis esset, ex Plinij sententia, vno ore venenum fundi. Lucanus id innuit canens. *L. 9. Phars.*

Et grauis in geminum surgens caput Amphisbæna.

Baptista etiam Mantuanus idem confirmare videtur, dum canit.

Amphisbæna biceps, & formidabilis ictu
Aspis.

Albertus autem hoc animal duobus insignitum capitibus esse negat, dicens hoc inde esse natum, quoniam hic Serpens æquali motu ad anteriorem, & posteriorem partem se vergat. Matthiolus etiam in Commentarijs ad Dioscoridem, id fabulosum esse censet, quemadmodum, & hydram septicipitem. Non negat quidem id monstrificè fieri posse in genere Serpentum ouiparorum, veluti, & in genere volatilium: nam pluries compertum est ex vno tantùm ouo duobus vitellis referto nasci pullum habentem quatuor alas, aliquando totidem crura, totidemq; pedes. Immò incertas visas esse interdum bicipites, sed fuisse monstrosas asseuerat. Præterea Matthiolus suam roborat sententiam authoritate Aristotelis, qui agens de generatione Animalium, pronunciabat monstra rarò admodùm fieri in illis, quæ singulos pariunt fœtus, sed crebrius in illis, quorum partus est numerosus, & potissimùm in auium genere, & præcipuè in gallinis, in quibus, ob propinquitatem, conceptus cohærent. Quare si vitelli ouorum membrana discriminantur, pulli discreti, absque vlla parte superflua, nascuntur. At si vitelli continuantur, neq; vlla segregantur membrana, ex his pulli monstrosi prodeunt, corpore, & capite vno, cruribus quaternis, aliisq; totidem. *Lib. 25. de Anim. Lc. 6. c. 48.*

C *In quibus animalibus frequentius monstra fiant.*

Pariter eadem de causa Serpens etiam biceps interdum visus est: cum etiam hoc genus animalium ouo numerosa enitatur. Hæc Phylosophi verba Matthiolo persuaserunt, vt crederet omnino falsum esse, Amphisbænam, ex sui generis natura, perpetuò bicipitem nasci. Immò tradidit hoc Serpentis genus, lumbricorum modò teres, vtrisq; extremitatibus, nimirum capite, & cauda, acuminatis generari: qua de re nonnisi difficillimè caput à cauda discerni potest: etenim hoc in terrenis vermibus, in tineis alui, in erucis quibusdam, atq; etiam in hirudinibus conspicitur. Et quamuis D Galenus in libro de Theriaca ad Pisonem Amphisbenam bicipitem promulgauerit; nihilominus huic sententiæ Matthiolus non fauet; quandoquidem hunc librum non Galeni, sed Galeno adscriptum fuisse asserit. Idcirco Matthiolus concludit caput Amphisbenæ capitibus vermium adeo esse persimile, & caudæ emulum, vt nonni si difficilè à cauda distingui queat. In eamdem sententiam venit Greuinus, qui in tractatu de Venenis, magnitudinem Amphisbenæ ad corporaturam vermis terrestris comparat; quæ magnitudo nõ ex crassa in tenuem finit, instar corporaturæ aliorum anguium, sed ritu vermium, est æqualis. Hinc factũ est, vt intuentes hanc bestiam, locum caudæ à loco capitis distinguere nesciuerint, & potissimum, cum modò antè, modò retrò, more nugiorum vtrinq; proram habentium, gradiatur. *Opinio Matthioli de Amphisbena. Li. 1. c. 16.*

Prædictis opinionibus adstipulari videtur Hesichius, cuius verba sũt hęc, ἀμφίσβαινα ἐστὶν ὄφεως μακροκέφαλον ἰσοπαχὲς τὸν ὅλον κολοβὸν ἔχων, καὶ ταύτη πολλαχῆς πυρίαν ποιέ- *Opinio Hesichij circa amphisbenam.*

www.libtool.com.cn

ποιέμενον, ὡς τὶ τινας ἀμφισβητεῖν μὴ δύο ἔχειν κεφαλάς. ideſt, Amphisbena ſpecies eſt Serpentis porrecto capite, cubitalem caudam, & decurtatam habens, & ea ſæpè incedens; itaut quidam, num duo habeat capita, dubitent. Non eſt negandum rationes Matthioli, & aliorum Authorum eſſe maximè probabiles, quibus Amphisbænam duobus capitibus à natura non eſſe inſignitam affirmant. Nihilominus hoc genus animalis in rerum natura dari, non eſſe impoſſibile atteſtamur. Primò, omiſſis authoritatibus Plinij, & Galeni citatis, quoniam Ioſeph Ieſuita, anno ſexageſimo ſupra milleſimum, & quingenteſimum, ex Braſilia ſcripſit dari quoddam ſerpentis genus, caneri modo incedens, cui duo inerant capita, quorum alterum adeo erat amplum, vt toti corpori adæquaretur, alterum verò corporis proportioni reſpondebat. In ipſa etiam Taprobana inſula, vt legere licet apud Ramuſium, verſatur quoddam genus ſerpentis quadangulari ferè forma, habens quatuor capita tali ordine diſpoſita, vt aliud Orientem, aliud Occidentem, aliud Meridiem, & aliud Septentrionem ſemper ſpectent; & quò gradiendo vnum horum capitum ſe dirigit, illicò, nulla conuerſione, reliquum corpus ſequitur. Multipedum eſt animal, & vnicuiq; capiti ſuus ineſt oculus. Mirabile tamen eſt, quòd natura illi nullum communicauit venenum; immò cæteris animalibus, & etiam hominibus eſt ſalutare: nam ſi alicuius membra diſſecta ſint, ſtatim huius animalis ſanguine conſolidantur. Hinc colligendum eſt nullum eſſe dubium, quin Amphisbena duobus capitibus inſignita, & potiſſimum marina reperiatur, cuius in hiſtoria Aquatilium meminimus; hæc capta fuit in Mari Anglico, vbi multæ aliæ reperiebantur. Vnde monſtrificum fuiſſe animal non poſſumus atteſtari, quoniam monſtra raro, & non ſæpè fiunt. Habebat talis beſtia bina capita geminis ornata oculis; vnũq; caput ab alio figura, diſceri non poterat, niſi quòd alterum alcero aliquanto maius conſpiciebatur. Quatuor lineæ coloris amethiſtini totum corpus exornabant; quæ quidem lineæ vndequaq; floſculis quibuſdam erant decoratæ pulcherrimis, ad inſtar fiorum pſeudoſycomori arboris. Quocirca quemadmodum Amphisbæna marina datur, cur terreſtris, etiam dari non poterit? & eò magis, cum annis elapſis, nepos Eminentiſſimi Cardinalis *Cibo* piæ memoriæ ad nos ſcripſerit ſe Amphisbænam bicipitem inuenisse, quæ vtrũq; caput mouens, modò antrorſum, modò retrorſum gradiebatur.

Animal in Braſilia duo habens capita.

Tom. 1.

Animal Tetracephalõ.

Amphisbæna marina vbi capiatur.

Hactenus de capitibus Amphisbænæ. Modò ad reliquas partes huius beſtiæ deſcribendas accedemus. Serpens hic paruus eſt, & imbecillus, & quodammodo cæcutiens, quoniam genas tam latas habeat, vt oculos quodammodo premant. Deinde tergus quibuſdam punctis eſt reſertum, non autem tanta notarum gratia, vt ſpectatores fulgore tergoris retardet; quãdoquidem, Salmaſio teſte, nemo claſſicorum authorum id ſcripſit, cum nulla inſigni varietate notarum, quemadmodum nec ſcytala commendatur. Voluit autem Salmaſius errorem inde natum eſſe, quoniam in textu Nicandri legebatur περισυγὲς, nempe notis compunctum, cum legendum ſit, cum veteri Scholiaſte Nicandri περισιχὲς: hæc enim vox idem ſignificat, quod περισσβὸς, quia hoc ſerpentis genus circulatis tractibus ſerpat; propterea quod apud Heſychium, hęc duo verba σιχὰν, & σίβων idem denotant.

Quare Amphisbæna cæcutiens vocetur.

Greſſus huius ſerpentis qualis.

Addit Greuinus, quod hoc animal habet denſam, & duram cutem obſcuris notis diſtinctam, colore terreo, quem Græci φαιὸν, Latini pullum appellant: cum hic color non omninò niger, ſed ad nigrum magis quàm ad fuſcum accedat. Audiamus igitur Nicandrum, quæ hactenus dicta ſunt de huius ſerpentis deſcriptione, explicantem, verſibus latio donatis hunc in modum.

Poſt hanc, exiguam tibi ſubdimus Amphisbænam,
Duplice conſpicuam (monſtrum mirabile) vultu,
Cuius perpetua cæcum caligine lumen,
Quòd latas vtrimq; genas, porrectaq; mẽta
Plus aliis alto ſerpentibus aggere tendat.
Terreus eſt illi color, & denſiſſima pellis,
Plurima quàm variè diſtinctam ſigna figurant.

Deſcriptio huius ſerpentis ex Nicandro.

Ioannes Vitus Hungarus olim narrauit Geſnero verſari in Hungaria ſerpentes breues, duorum palmorum tantùm longitudine, nulla cauda, & æquali craſſitie per totum corpus: hos vulgò nuncupari truncatos aſſeruit; propterea ob hanc corporis figuram, Amphisbænas eſſe dubitauit.

Amphisbæ-

www.libtool.com.cn

Amphisbæna Greuini.

LOCVS ET MORES.

MONIMENTIS mandauit Bellonius Amphisbænam in Lemno Insula reperiri, & Agricola Germaniæ ignotam esse. Attamen, vt plurimum hoc serpentis genus in Libya stabulatur: veluti Lucianus in Dialogo de Dipsadibus testificatus fuit.

Circa naturales proprietates huius animalis, animaduertunt Authores Amphisbænam, frigore etiam ingruente, à cauernis egredi, & ante

euculi

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Mores amphisbænæ quales.

cuculi cantum aeri adhuc frigidiori se cõmittere, quocirca Gesnerus colligit Amphisbænam in comparatione ad cæteros Serpentes, calidiori temperatura esse præditam. Circa naturalem gressum obseruauit Aelianus ipsam per semitas incedentem, caudæ loco, alterum caput adhibere, & rursus regredientem vicissim altero capite pro cauda vti. Præterea quamuis hic Serpens, ob latitudinem genarum, visus hebetudine laboret, vt notarum fuit superius. Author tamen libri de natura rerum, illi incubandis ouis vigilantiam assignat: nam, quando alterum caput sopore est oppressum, alterum vigilare astruit.

Vigilantia huius anguis.

Circa partum, nonnulli tradunt Amphisbænas ore eniti cum vtraq; Serpentis extremitas capite integretur. Id Claudius Minos in Commentarijs ad Emblemata Alciati, ex doctrina Plinij, & Solini colligisse profitetur: cum tamen prædicti authores, nempè Plinius, & Solinus expressis verbis id minimè attestati sint. Quare cum Plinius, & Solinus duo capita Amphisbænæ concesserint, Claudius Minos arbitratus est necessarium esse, vt per horum alterum Amphisbæna pariat. Demum Author libri de natura rerum promulgauit sibi comparasse, vt non solùm morsu, sed etiam sibilo, atq; intuitu perimat. Hinc coniectamus Amphisbenam cum regulo confundi. Nihilominus

Li. 8. c. 23. In Polyhist. c. 30.

Venenum quale.

Georgius Pictorius fortè adhærens verbis prædicti authoris in Lerna malorum sic canit

Est grauis in geminum surgens caput Amphisbæna
Serpens, qui visu pernecat, & sibilo.

Et Reusnerus in Paradiso poetico idem decantare videtur, dum inquit.

Quæ grauis in geminum surgit caput Amphisbæna,
Lethifero, quoties sibilat ore necat.

Scimus quidem maleficum esse animal; quoniam Galenus, in libro de Theriaca ad Pisonem, pronunciauit mulierem vtero gerentem hoc animal transcendentem abortire: hoc igitur inde prodire potest, ob aliquem vaporem venenosum à corpore Serpentis eleuatum, qui malignitate sua fœtum perimat. Idq; à veritate alienum non esse opinamur: quandoquidem Edoardus Vuotonus addit mulierem prægnantem illicò hoc animal transcendentem nihil pati; quoniam fortè vapor, ob celeritatem motus, nullam impressionem exercere potest, & eò magis, quia rursus tradit mulierem grauidam impunè supra viuam, vel mortuam Amphisbænam in pyxide seruatam transire.

Abortus causa qualis. L. 6. de Diff. Anim. cap. 118.

SIGNA, ET REMEDIA VENENI.

SYMPTOMATA ictum Amphisbænæ consequentia à Nicandro haudquaquam descripta fuerunt; fortè quoniam, vt retulit Dioscorides, similia sint ijs, quæ ictibus viperarum contingere solent. Verùm Aetius ponderans huius veneni signa, promulgauit ictum Amphisbænæ esse exiguum, necnon vesparum, vel apum punctiuras imitari: vnde postea simplex inflammatio dimanat. Quamobrem Aetius à doctrina Dioscoridis maximè dissentire videtur: cum ex mente Dioscoridis hæc symptomata assimilentur ijs, quæ in ictu viperæ accidunt. Itaq; vt hos authores inter se conciliemus, dicendum erit, fieri posse, vt in principio ictus Amphisbenæ illa appareant signa, quæ ex punctiuris vesparum, aut apum prodire solent, sed tractu temporis symptomata morsus viperæ accedant, nisi opportunis remedijs morsui in principio leui occurratur.

Dioscorides, & Aetius dissentiunt.

Quapropter specialis modus huius extinguendi veneni, ex capite de vipera erit petendus, vt Dioscorides, Actuarius, & Aegineta statuerunt. Author tamen libri de natura rerum scriptum reliquit animal demorsum ab Amphisbæna perire; cum nulla remedia ei præsto esse possint. Nihilominus si aliquod præsidium ei conferre potest, prænominatus Author semen papaueris, & Castoreum commendat. Plinius quoq; coriandrum haustum, & impositum huic morsui non parùm vtilitatis esse allaturum pollicetur. Immò vitis in hoc casu, magno vsui erit futura: cum Cælius Rhodiginus

Semen papaueris ad quid.

narret

www.libtool.com.cn

narret quoddam dignum scitu, & à Græcis obseruatum, scilicet Amphisbænam non temerè alio interimi, quàm vite: quandoquidem à Dionyſio id præmonſtratum eſſe creditur, qui à Iunone in furorem verſus, cum eſſet conſopitus, & ab Amphisbæna aſſultante excitatus, illi palmitem incuſſit, & peremit. *L. 26. lect. antiqu. 33 Vitis aduerſatur Amphisbænæ.*

HIEROGLYPHICA.

BICIPITIO Amphisbænæ moti, facere non poſſumus, quin hoc in loco hieroglyphica exaremus, quæ bicipitio ab Aegyptijs notari ſolebant. Primitus duorum humanorum capitum effigie, quorum alterum maris introſpiceret, & alterum fœminæ extra ſpectaret, cuſtodiam deſignabãt. Siquidem huius hieroglyphici beneficio (teſte Oro Apolline) à nullo Dæmonum infeſtari poſſe ſibi perſuadebant. Præterea bicipitio quoq; ſeueram animaduerſionem indicabant. Nam lata fuit lex, cuius meminit etiam Ariſtoteles in Republica Tenediorum; lata, inquam, fuit lex à Rege Tenediorum, vt in adulterio deprehenſi, tàm mas, quàm fœmina eidem ſupplicio, nimirum ſecuri ſubijcerentur. Vnde, cum Rex neq; proprio filio in hoc crimine deprehenſo pepercisſet, iuſſerunt cudi numiſma, in cuius altera parte bicipitium, in altera verò ſecuris conſpiceretur. Hinc poſtmodum factus eſt prouerbio locus in ſeueros Iudices. *Tenedia ſecuris.* *Bicipitis hieroglyphicum.* *Adulteri ſupplicium.*

Inſuper nonnulli, bicipitio, prudentiam, & ſolertiam monſtrare conati ſunt; cum prudentem virum deceat præterita nouiſſe, & futura multò ante prouidiſſe. Alij ex Pierio Valeriano, eodem bicipitio, nituntur demonſtrare firmitudinem, & ſtabilitatem eorum, qui ſapienti, & maturo conſilio gerantur. Viciſſim bicipitio quoq; inconſtantiam oſtendi poſſe nonnulli aſſeuerant: etenim Aſtrologi ex vigeſimo tertio gradu Leonis bicipitis, hominis ſimulacrum oriri finxerunt, quoniam eo aſcendente gradu natum, inconſtantis, & mutabilis voluntatis eſſe præſagiunt. *L. 23. Hierogl.*

MORALIA.

ANCIPITES homines, in morali doctrina, Amphisbænæ optimo iure comparantur: nam ſicuti anguis hic prodigioſus vtrinq; caput habens, vtralibet corporis parte pro cauda vtitur. Pariter prædicti homines modò hac, modò illa ratione, iuxta eorum commoditatem ſe tuentur. Non diſſimilis conditionis ſunt homines vtraq; parte claudicantes, qui interdum ritu catholico, interdum vero hæretico viuunt. Hoc enim genus hominum veluti Amphisbæna non ſolum ictu, nimirum operatione, ſed etiam ſimplici aſpectu venenant. Cæterum nullum criminoſorum genus magis, quàm proditorum aprimè ab Amphisbæna repreſentari poteſt. Siquidem proditores os duplex, necnon duplicem linguam inſtar amphisbænę præ ſe ferunt. Nam labijs exterioribus aliquem ad ſydera, vſq; extollunt, quem deinde euaginata cordis lingua proſequuntur. Iuxta illud Pſalmographi. *Vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum, labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt.* Propterea Paradinus in ſymbolis heroicis alludens ad proditores, exhibuit ſimulacrum Amphibenę, cum hoc titulo. PROHIBERE NEFAS. Etenim amphisbęna, cum biceps ſit, vt luber, vel hoſtem adoritur, vel fugit, quia geſtat biſrontium proditorum, & clancularium hoſtium, quorum genere hominum, ex ſententia Ciceronis, nulla peſtis efficacior inueniri poteſt. De his igitur quidam poeta ſic canebat. *Homines ancipites ſimiles sũi amphisbænæ.* *Proditores cui ſimiles.* *Pſalm. 11.* *Clãculary hoſtes quales.*

Falſi, etiam & ficti nunc inueniuntur amici,
Fraudibus in mixtis qui dulcia quæq; loquuntur,
Quæ longè à vero, & ſincero pectore diſtant.
Conſilium falſum largitur præmia multis;
Decipiunt multos ſimulata, & credula verba
Exemplum fratrem fallit, natumq; parentem,

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Aut fraudare cupit, nullum est iam pignus amoris. E
Atq; lupi plures ouium nunc vellera portant.
Simplicitas extra fulget, sub pectore vulpis.

Præterea iucunditas corporalis, & omnium malorum mater voluptas, qua homines, veluti hamo pisces inescantur, ad Amphisbænam comparanda est: cum hæc quoq; duobus venenatis capitibus, nempe duobus peccatis lethalibus integrata, effræni insolentia superbiat: horum alterum caput est gula, nempe voracitas, & nimius ciborum delicatorum appetitus, quod caput huius mysticæ Amphisbænæ tamquam os serpentis venenosum, Christi fideles vitare debent; cum non solum corpus, sed etiam animam venenet. Audiamus igitur carmina in hoc genere minimè spernenda.

Voluptas assimilatur amphisbænæ.

Noctes, atq; dies vinum qui ingurgitat ore,
Et farcit stomachum dapibus, victuq; guloso:
Nil agit hic aliud, quàm quòd certamina vini
Tractat, & euacuat calices, amplasq; lagenas.
Inducit subitas mortes, & tristia fata,
Laxat corporeos nexus, præcordia soluit. F
Polluit, & sensus, caput, & geniumq; modestum
Contaminat &c.

Libido vocatur alterum caput amphisbænæ.

Cæterùm non solum prædictas prauas exercet operationes, verumquoq; alterum huius voluptuosæ Amphisbænæ caput, nempè libidinem, ad homines perdendos excitat. Iuxta illud.

Ebrietas venerem stimulat, lumbosq; salaces
Incitat ad luxum, parit, & petulantia corda
Ebrietas ratione carens, furiosa per orbem
Transuolat, & finem nullo discrimine ponit.
Ebrietas mores frangit, linguasq; loquaces
Efficit &c.

Hinc liquidò constat alterum caput voluptuosæ Amphisbænæ esse inhonestam, & pernicio sam libidinem, quæ mortales non pecudibus modò, verùm etiam suibus, hircis, canibus, & brutorum brutissimis æquat: immo, quod peius est, animam tandem ad G
tartareas regiones, tanquam in perpetuum exilium ducit.

Sardanapalus enim spreto virtutis honore
Sola voluptatis celebrabat sacra, focosq;
Corporis illecebras spurcum, & libabat amorem:
Censuit esse quidem explendum præsentibus ipsum
Delicijs animum: quoniam post fata voluptas
Nulla foret: stygij est hæc nam sententia Ditis.
At Deus omnipotens hunc fato sustulit atro,
Tartareisq; animam tandem damnauit in vndis.
Deliciæ mundi, quas promit praua voluptas,
Sunt procul à nobis pulsandæ; dira venena
Ex ipsis manant, & fellis copia magna,
Has igitur fugiat sapiens, & honesta sequatur.

VSVS IN VARIIS.

Dolores quo præsidio tollantur

EX Amphisbæna angue licet venenata, multa tamen manabit vtilitas. Quandoquidem Plinius, ad tollendos neruorum dolores, hanc alligat. Nicander verò hanc mortuam, vel etiam eius pellem in perfrictionibus commendat. Aelianus addit corium huius animalis, in fugandis cæteris serpentibus, non esse infrugiferum, suamq; opinionem roborat authoritate Nicandri, ex cuius versibus id colligi nequaquam potest, nisi fortè Aelianus legerit alium Nicandri librum, qui nondum ad nostras manus peruenit. Scribit quidem Nicander in Theriacis, quod Coloni, ineunte Vere, ligna cædentes, si Amphisbænam inuenerint, deglubunt, pelleq; ramum oleastri inuo-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A iuunt, deinde arefactam ad labores, torpedinem, & laſſitudinem deferunt: immò manus frigore torpidas, ſolo huius baçilli attritu, calefaciunt. Quocirca Gillius in Aelianum ſcribebat, quòd bacillus ex oleaſtro cute amphisbenę circumdatus manus frigore laborantes calefacit. Audiamus igitur Nicandrum, qui vires amphisbenę in Theriacis decantauit hunc in modum.

Bacillus oleaſtri cute amphisbęna circũdatus ad quid.

Hæ vbi iam crebrę, cadentes ligna colonì
Sectam deglabrant oleaſtri ex arbore virgã
Quale pedum, ſtrictiſq; prehensi pellibus anguis
Inſertam obuoluunt, quas certis deinde diebus
Exuere ſinunt cantantes ante cicadas.
Vtilis his baculus frigentibus artubus eſſe
Fertur, vbi exanimis digitos torpedo fatigat.
Tunc quia conſtrictos, & eorum vincula nectus
Calfacit immiſſo ſonet, extenditq; calore.

DE CÆCILIA. Cap. XI.

ÆQVIVOCA.

PRONVNCIAVIMVS in capite nono, ad mentem Greuini, nonnullos olim fuiſſe, qui ſcytalem à Cæcilia minimè diſcriminantes vnum, & eumdem ſerpentem eſſe aſſeuerarunt: deinde in capite ſubſequenti Amphisbęnas cæcutientes, ex ſententia Nicand. i, appellauimus: quoniam latitudo genarum horum animalium, oculos quodammodo comprimat. Idcircò coacti ſumus in præſenti capite, de ſerpente lumine obtato, nimirum de Cęcilia verba facere. Verùm quoniam nomen (Cæcilia) ambiguitatem patitur: propterea prima fronte æquiuocationem patefaciemus. Cæcilia igitur nomen eſſe proprium mulieris videtur, vt Cæcilia Metelli vxor, & Cæcilia Barbadicha, quę ineertitus mariti impatiens, inedia perijt. At inter cæteras mulieres hoc nuncupatas nomine, maximis cumulanda eſt honoribus illa animi, & corporis pulchritudine conſpicua Cęcilia virgo, & martyr, quæ perpetuum induit cilicium, caſtitatem matrimonio prætulit, & roſis media hyeme è Paradiſo accepit. Pręterea addenda eſt Cæcilia familia à Cæculo Prænestis conditore. Alioquin Cæcilia eſt Mellinum oppidum Hiſpaniæ Luſitaniæ, quod aliter, teſte Ortelio, caſtra Vicelliana, & Metallinum cognominatur. Nam Cæcilia, apud Ferantem Imperatum Neapolitanum, eſt lacerta chalcidica, cuius hiſtoriam inter lacertas examinauimus. Inſuper, teſte Greuino, nonnulli Cæciliam pro Scytale acceperunt, & vocem græcam in textu Dioſcoridis κεντρίλλης, Cæciliam latinè expoſuerunt, ſed perperam, quandoquidem, Cęcilia, & ſecundum Græcos Typhlops eſt Serpens cæcus, de quo in præſentia agitur. In eumdem errorem incidit Reuſnerus, qui in Paradiſo poetico quoddam diſtichon inſcripſit CÆCILIÆ, deinde in verſibus proprietates Scytalis expoſuit.

Ordinis tatio.

Cæcilia nomen pro prio mulieris.

Lib. 28. hiſt. nat.

Lacerta chalcidica

Error Reuſneri.

Demùm in hac æquiuocatione, maiori admiratione eſt digna opinio Belloniſ, qui Cæciliam, ſeù Typhlitem marinam dari aſſeruit, huneq; piſcem Plinio ſpondylem cognominari promulgauit, addidit; magnam eſſe huius cum Typhlope terreſtri ſimilitudinem: nam vt illi, ſic huic anima dura teſta contegitur, cui vtrinq; natura in lateribus rimam circa cutem vnperitia eſt, vt aluus prægnantis animalis facilius diſtendi poſſet. Ambæ Cæciliæ ſquamis carent, & marina perfectam magnitudinem aſſecuta, craſſitudinem pollicis non excedit. Immò paulò poſtea Bellonio adduntur hæc verba; vnicam tantùm in medio ventre marinæ rimam ineſſe; cum tamen terreſtris tam, mas, quàm fœmina duas rimas ſcilicet vnam in ſinguło latere à natura retulerit. Hactenus Bellonius. Nos autem, hoc nomine, piſcem, ſignificari, apud nullos probatos authores comperimus, ſed Typhlinem tantùm inter ſerpentes connumeratam legimus. Niſi forte Bellonius piſcem Actæa Ariſtotelis, Cæciliæ non diſſimilem intelligere voluerit.

Piſcis huius nomi. nis apud Bellonium.

Piſcis acus apud Ariſt.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

SYNONYMA, EORVMQVE ETYMVM.

CÆCILIA est Serpens, qui à cæcitate nomen meruit. Idcirco Græcis τυφλὼψ vocatur; cum hæc eadem vox cæcum denotet. Immò apud Nicandrum in Theriacis, huiusmodi cæci angues τυφλῶπες, & τυφλινοι nominantur. Præterea vbi in textu græco Aristotelis legimus τυφλίνες, Theodorus Gaza vertit Cæcilias, cui Columella adstipulatur. Hodie in Græcia hic Serpens, teste Bellonio, Tephloti, Tephliti vel Tephlini nomine antiquo corrupto, cognominatur. Amplius apud Hesychiũ χωφίας legitur: species Serpentis, qui ob cæcutientes oculos Latinis Cæcilia nuncupatur. Cophiam igitur vocant hunc anguem, quasi surdastrũ cum ad mentem Æliani, hebetis auditus esse feratur, & χωφίας in Græcorum scholis surdaster exponitur. Apud Rauisium Textorẽ legitur: Cecinia parua, & gracilis Serpens nullius ferè veneni, quæ fortassis erit eadem, quæ Typhlops Nicandri, quam ἀπήμαντον, nimirum sine noxa indigitauit, & fortè corrupto nomine, Cecinia pro Cæcilia dicitur: cum hoc nomen apud alium classicum authorem non legatur. Cecula quidem pro Cæcilia habetur apud Albertum, & Cærialla vulgò apud Niphum, & Cæcula apud Isidorum Italicè *Cecella*, vel *bissa orbala*, & *orbiga*. Hetruscis *lucignola*, secundùm Matthiolum Ferrariensibus *orbighina*, Bononiensibus *Cesta*, quasi Cæcilia. Germanicè Blindenschlycheri, Anglicè Slau vuorm. Deniq; Narbonenses, ex Iulio Cæsare Scaligero, has Cæcilias Nadels vocitant.

Cæcilia Latinis. Cophia cur dicatur.

Cecinia Serpens.

Nomina vulgaria.

DIFFERENTIÆ, ET DESCRIPTIO.

VNC Serpentem in duas species, nempe in terrestrem, & aquatilem, ex sententia Bellonij, distribuendum esse minimè arbitramur. Quandoquidem, vt nostra fert opinio, ipsum verbis Aristotelis deceptum G esse opinamur. Nam Aristoteles, Theodoro Gaza interprete, hæc habet verba. *Qui autem Acus vocatur, tempore pariendi, vero dehiscente ova emittit, habet enim hic pisces rimam quamdam sub imo ventre, vt Cæciliæ Serpentes.* Vnde ex his forte verbis Bellonius collegit Typhlopem, seu Cæciliam etiam aquatilem dari, quod minimè admittimus: cum nullus probatus author id affirmauerit. Concedimus quidem Bellonio, Typhlopem, vel Cæciliam, quam ipse in Græcia obseruauit, à Cæcilia vulgari differre; cum hæc admodum exilis, illa verò multò sit crassior. Ideo vtriusq; iconem in medium prodimus: nam icon Cæciliæ crassioris cum Cæcilia descripta à Gesnero apprimè conuenit.

Lib. 6. hist. Anc. 13.

Error Bellonij.

Duplex Icon traditur.

Itaque Cæcilia, vt refert Ælianus, caput murænæ habet simile, perparuis insignita oculis, & ad videndum non probè affectis. Quare huic anguium generi oculi quales talpæ assignantur, ideoque Græci Typhlinas, & Latini Cæcilias vocant. Nec mirum est hunc Serpentem carere oculis, cum more talparum, in terram se condat, in eaque diu maneat. De dentibus huius Serpentis hæc scribit Bellonius: Chamæleontis maxillæ tam supernæ, quàm infernæ dentibus serratis muniuntur, quales in Typhloti Serpente intueri licet. Color huius bestiæ colorem chalcidicæ lacertę æmulatur; nam vicissim Aristoteles scripsit, quòd Chalcis colore est Serpentis, quem Cæciliam nominant. Tandem cute adeo dura armatum est hoc animal, vt ex Aeliano, vix acuto gladio secari queat. Sub ventre rimam habere dicitur, si Philosophus in historia Acus piscis veritatem fassus est.

Color Cæciliæ qualis.

Hic Serpens, vt animaduertit Gesnerus, fusci est coloris, & obscurè maculosi, cum subrufo exiguo vix notabili. Hic color ad latera, magis est varius cum nigricantibus maculis dilutæ purpuræ distinctis, tanquam in marmore porphyrite obscuriori. Totus venter arro colore saturo nigricat. At paulò citra caput color ater desinit; sub collo enim, & parte proxima color est glaucus, maculis quibusdam nigris decoratus. Den-

Dentes quales sint.

tes

www.libtool.com.cn

Cæcilia vulgaris. Cæcilia alia ex deſcriptione Geſneri.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

tes minimi asperi, & vix apparentes, & plures in inferiori, & magis conspicui, quàm in superiori manubrio obseruantur. Lingua est bifida. An verò oculi sint vt in cæteris animalibus absoluti, & perfecti, non potuit Gesnerus intueri, cum bestia ab ipso diligenter obseruata, esset mortua. Conspicatus est tamen totũ oculum ab inferiori palpebra tegi, cuius foramen in cõparatione ad reliquum corpus, erat perquàm exiguum. Amplius curauit Gesnerus pingi iconem huius animalis fœminæ, captæ Iunio mense anni sexagesimi tertij supra millesimum, & quingentesimũ. Bestia hæc erat dodrantalis, & crassitudinis ferè scytalis, cute admodum arrida. Meatus in medio ventris apparebat, quo compressa, ova veluti immatura exibant. Infra ad caudam, meatus erat excrementi. Oculorum cauitates magisquàm oculi conspiciebantur. Deinde squamæ maiusculæ, magis caput, quàm reliquum corpus tegebant: cum hæc in vipera omnes paruæ, & æquales videantur. Vnde hæc Gesneri descriptio ad iconem Cæciliæ secundò loco positæ spectare videtur. E

Oculi huius Serpentis quales.

Descriptio Cæciliæ secundæ iconis.

NATVRA, ET MORES. B

Gressus qualis.

Partus qualis.

CONGENVIT natura huic Serpenti talem gressus velocitatem, qualem lacertæ chalcidicæ conuenire asseruimus: hac de causa hoc animal summa difficultate coerceri potest. Præterea à natura sibi compararunt Cæciliæ, vt fœtus viuos, more viperarum, enitantur. Quare Gesnerus narrauit, quòd eius vxor aliquando Cæciliam prægnantem baculo percussit, & mox fœtus viui ab vtero prorepserunt. Immò tradiderunt Plinius, & Aristoteles, quòd Cæcilijs parientibus accidere solet, quòd in parit-

Li. 6. de re rust. c. 27.

tione Acus piscis contingit; nam, præ multitudine fœtuum, vterus dehiscit, & post partum illicò vulnus coalescit. Circa virus huius animalis scribit Columella agens de cura Boum, quod illis lethifer est Serpentis ictus, & est magnorum animalium noxium virus; nam vipera, & Cæcilia sæpè, cum bos in pascua improuidè supercumbit, lacessita onere morsum imprimit. Deinde paulò inferius addit, quòd Cæciliæ morsus tumorem, & suppurationem molitur. Quocirca si remedia desiderantur, confugiendum est ad auxilia, quæ aduersus venenum Amphisbænæ probantur: propterea quod Dioscorides in vno, & eodem capite, de his duobus Serpentibus pertractauit. Deniq; Gaspar Heldinus scriptis mandauit Ciconias summoperè Cæcilijs delectari: hinc colligere oportet carnem ciconiarum ictibus horum Serpentum præsto esse. G

Remedia morsus Cæciliæ.

VSVS IN MEDICINA.

Remedium aduersus pestem.

NON modicam ex his Serpentibus poterit medicus demetere frugem, si veritas in quadam epistola ad Gesnerum scripta legitur, ex qua percipitur, quod Doctor Osualdus nonnullis sudorificis medicamentis ex sua theriaca paratis multos patientes à pestilentia liberabat: hanc autem theriacam ex Cæcilijs, & aqua theriacali concinnabat; nam olfacta odorem aquæ vitæ spirabat. Hoc igitur præsidium bis, & ter exhibitum multos peste ferè extinctos pristino vigori restituebat. H

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

DE CENCHRO. Cap. XII.

ÆQVIVOCA.

HISTORIÆ Cenchri in præsentia recitandę caput de Scytale occasionem præbuit, vbi Authores varietatem tergoris Cenchro conuenientem, Scytali assignabant. Modò ad euitandam equiuocationem, notandum est, quòd κέγχρος, κέγχρις, κεγχρώνης, κεγχρίτης, & κεγχρίας, nimirum Cenchros, Cenchris, Cenchrines, Cenchrites, & Cenchrias sunt nomina ad hunc serpentem spectantia, quę aliqua ambiguitate laborant; dum varia, præter hoc animal, denotant. In primis κέγχρος est semen panico simile, ideſt milium, item semen, vel granum ficus, propterea quod grano milij assimile- B tur, item serpens, de quo in præsentia agitur à milio denominatus, vt in sequenti rubrica exponetur. Immò κεγχρίνης, κεγχρὶς, vel κεγχρὶς per transpositionem litterarum est nomen auis apud Aristotelem, quæ secundùm quosdam authores, aliter tinnunculus nominatur: hanc Didymus esse ait auem, quam μικρὸν ἱέρακα, scilicet paruam accipitris speciem vocant, colore cinereo punctis nigris, veluti granis milij variegato. Hoc etiam nomine, ab Oppiano quædam anserum species nuncupantur, quia κέγχρα, ideſt milio inescentur. Alioquin Varro quasdam aues vocitat miliarias, quia milio pinguescant; hæ igitur erunt forsitan illæ, quæ in Auiarijs Ganeorum saginantur. Aliter κέγχρος secundùm Plinium est adamantis genus, quod milij magnitudinem non excedit. Pariter, ex eodem authore, κεγχρίτης est gemma, quæ grana milij in se veluti sparsa habere videtur: item ornamentum vestis apud Athenæum. Demùm aliquæ etiam ægritudines hoc nomine designantur: nam vt recitat Cælius Rhodiginus, in oculis quandoq; minutiores, veluti quidam calculi visuntur, milij imaginem quodammodo referentes, quos Græci Cenchros nominant. Cenchrias autem est alterum genus herpetum, C licet, & pituita prodiens, qui vlcus protinus non excitant, sed tàtùm pustulas exiguas, instar granorum milij, quę postea paulatim in vlcus degenerant, quod à Latinis herpes miliaris cognominatur.

Cenchris, Cenchrus, Cēchrines, Cēchrites, Cenchrias.

Li. 2. hist. Anc. 17.

L. 3. de aucup.

Auis miliaris.

Adamātis species.

Gēma species.

L. 1 c. meth med. c. 17. Morbi species.

SYNONYMA, EORVMQ. ETYMVM.

LATINI, penuria nominum coacti, ad indicandum hunc serpentem, nominibus græcis vsi, Cenchrum, Cenchrinem, Cenchritē, Cenchram, & Cenchriam appellarunt: nam κέγχρος, & κεγχρεὰς ὄφις, apud Dioscoridem legitur: κεγχρίνης, & κέγχρις apud Nicandrũ, κεγχρὶν, etiam apud Varinum; immò κεγχρίτης, & κεγχρίας apud Lexicographos græcos ἀπὸ τῦ κέγχρου, nimirum à milio, quoniam hic serpens quibusdam D notis, ad instar milij, sit exornatus; vel quia tempore tantùm milij appareat, vt scripsit Etymologus: aut quia, ex Aetio, florente milio, hic serpens sit pernitiosior; aut quia colorem plantę milij referat; nam Auicennas, & Olaus Magnus promulgarunt, hunc serpentem à citrino colore milij denominari: hac de re ab aliquibus Latinis miliaris appellatur. At satius erit à notis granis milij similibus serpentem hunc cognominare; quandoquidem hoc Etymum erit magis conforme Lucani doctrinæ canentis hunc in modum.

Pluribus ille notis variatam tingitur aluum.

Hic serpēs à milio nomen sortitur.

Vera etymologia.

L. 9. Pharsal.

Bellonius præterea hanc confirmat sententiam, dum refert, hodie in Græcia vulgò hoc animal nuncupari Cenchritem, additq; iconem, quę varias etiam notas repræsentat.

L. 1. obser. cap. 31.

Amplius

www.libtool.com.cn

Amplius Nicander in Theriacis, hunc anguem λεόντα, nempe leonem indigitat, dum versibus in latinum translatis sic canit. E

Prolixum inuenies inamabile Cenchrida monstrum,
Quem varijs pictum squamis dixere leonem.

Cur hic Serpens vocetur Leo.

Verùm quamobrem hic Serpens nuncupetur leo, varij varias excogitarunt rationes. Aut quia squamæ huius animantis maculis sint distinctæ varijs, instar pellis leonis libyci, quæ, ad mentem Æliani, nigris floribus cyaneo colore virgatis est decorata; aut quia hic Serpens cauda erecta, more leonino, ad pugnam se excitet, aut quia leoninam ferociam, & sæuitiam æmuletur, aut denique quoniam humanum sanguinem, ritu leonum, exorbeat. Idcirco hoc Serpente leone nuncupato nonnulli profitentur exponere hæc Martialis carmina.

Quare si pudor est Ligella noli
Barbam vellere mortuo leoni.

Quibus versibus poeta taxat mulierem vetulam, quæ pilos adhuc vellere pertentaret. Ideoq; per hunc Serpentem leonem dictum, pudendum muliebre à Martiali intelligi asseuerant: cum proprietas huius animalis sit, fugere sanguinem; ex quo probè cocto F semen generari Galenus attestatur.

Li 6. de vsu par. cap. 16.

Differentia inter Cenchrit. & Iaculit.

Insuper nonnulli hanc bestiam Iaculum vocarunt; propterea quod alicui damnum allatura, instar vibrati iaculi, feratur. Sed aduertendum est, quòd hic Serpens à Iaculo, siue Acontia Serpente valdè discrepat; & quamuis Aetius Cenchrum appellauerit Ammoditem, & Acontiam Cenchritem: nihilominus notandum est, quòd Cenchrus, de quo in præsentia verba fiunt, ab Acontia, & Ammodite discriminatur; quoniam cum illis, vt optimè obseruarunt Matthiolus, & Greuinus, nullam cognationem, & similitudinem habeat: quemadmodum ex descriptionibus, & iconibus patefiet.

Serpens Lenticularis qualis.

Prædictis addamus eorum opinionem, qui hunc Serpentem lenticularem indigitarunt, nixi forsan doctrinæ Auicennę, qui prescribens remedia aduersus angues, Sesamum ad morsum anguis lenticularis commendabat. Vnde per hoc leaticulare animal, multi Cenchrum, nempe miliarem intellexerunt; nisi velimus intelligere Acontiam Serpentem, qui maculis lenti similibus distinguitur, vt voluit Bellonius. Hinc multi his fortè maculis decepti, vt Aetius, Acontiam cum Cenchro confundebant. Hic G

2. 4 fen. 6. tract. 1. c. 44.

Serpens apud Auicennam interdum Famusus, aliquando Aracis, & quandoq; Aspis habens diuersos colores nominatur: propterea quod Auicennas primùm agit de Serpente miliari, & paulò inferius Famusum Serpentem describit, quem Nicolaus Leonicenus eumdem cum Cenchro esse voluit, vt ex symptomatibus morsus vtriusq; legentibus est manifestum. Deinde memorat etiam Auicennas Serpentem Aracem, vel Aspidem multis coloribus decoratam: at quę scribuntur ab Auicenna de natura huius Serpentis ad Cenchrum etiam spectare videntur. Vnde Albertus Auicennam secutus, & nominum varietate deceptus, in eumdem incidit errorem, dum prędictos Serpentes à se inuicem differre existimauit: quare, & ipse hunc Serpentem alibi Arachin.,

Aracis Serpens.

Serpa Serena qui Serpens.

alibi Centrin, & Miliarem, deinde Faliuisum nominauit; quoniam ab Auicenna semel Famusus fuit appellatus. Ad finem in Sicilia versatur Serpens vulgò Serpa Serena nuncupatus, quem multi ad Cenchrum Veterum referunt; cum eiusdem ferè sit longitudinis, & crassitiei. De hoc Hieronymus Massarias Vicentinus medicus eruditus scripsit ad Gesnerum hunc in modum. Serpa Serena est anguis veneaosus per Siciliam diuagans, subalbidus, qui longitudine aliquandò humanũ corpus, crassitudine verò, brachium circa carpum adæquat. Verùm cum notarum non meminerit, non possumus H adduci, vt credamus, hunc Serpentem esse Cenchrum Veterum.

FOR-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

FORMA. ET DESCRIPTIO.

CENCHRVS serpens longitudine duorum cubitorum figura crassa in tenuem abeunte, & colore viridi esse perhibetur. Quamuis multi opinentur hunc colorem Græcè χλωρὸν legi, quod vocabulum non solum viridem, sed etiam luteum colorem significat: nam milij color, à quo hic anguis cognominatur, non prorsus est viridis, sed ad luteum tendit; & hic serpens maximè iuxta aluum, luteum milij colorem repræsentat. Lucanus verò totum anguem exornatum pluribus maculis æmulâtibus marmor serpentinum Thebis aduectum testificatur his versibus. *Color huius serpentis.*

L. 9. Pharsal.

B *Pluribus ille notis variatam tingitur aluum*
Quàm paruis tinctus maculis Thebanus Ophites.

Item Nicander non solùm aluum, sed totum serpentem maculosum celebrat: deinde quoad crassitiem, & longitudinem molis corporeæ, nihil determinandum esse statuit; propterea quod alij grandiores, alij minores conspiciuntur. Nicander igitur sic canit. *Lõgitudo, & crassities qualis.*

Prolixum inuenies inamabile Cenchridamonstrum,
Quem varijs pictum squamis dixere leonem:
Non stata crassities, eadem nec spira videtur.

Præterea Albertus Magnus de miliaribus serpentibus verba faciens, Faliuisum discolorem vocat, deinde Arachin varium esse scribit, qui postmodum serpentes ijdem cum Cenchro Dioscoridis esse in superiori rubrica traduntur.

NATVRA.

C HVIC animali à natura calidam temperaturam ingenitam esse, & bestiam veneno vipereo redundari pronunciauit Ardoinus. Ideoq; diligenter cauendum est, ne in maximo æstu, quo tempore hæc bellua per montes diuagatur, pecoribus, & cæteris, etiam animantibus insidias tendat. Etenim serpens hic proprietate quadam naturali ductus, animalia cauda implicat, & flagellat: deinde apertis iugularibus venis, sanguinem sorbet. Præterea cursum velocissimum à natura sibi comparauit, quia rubos, & spinas vitans per rectum tramitem semper incedit. Id nobis manifestauit Lucanus canens. *Animãtes flagellat.*

Et semper recto lapsurus limite Cenchris.

Qua de causa à multis authoribus inflexuosus appellatur. Vnde admonet Nicander, vt obuium serpentem tramite flexuoso fugiamus: siquidem serpens rectè tendens obliquo tramite facile vitatur: cum propter longitudinem corporis flectendo iter tardius moueatur. Audiamus igitur Nicandrum in Theriacis sic canentem. *Gressus Cenchri qualis*

D *Hic caue, quantumuis fortis videaris, & audax,*
Hoc aduersus eas, vel tentes prælia monstrum,
In te pestiferas ne flammas spiret hiatu,
Atq; tuum implicita corpus liget vndiq; cauda,
Et bibat exsuctum per vstinq; soluta cruorem
Claustra, procul fugito non recto tramite, verùm
Obliquum per iter, cita quo vestigia frangas:
Lædit enim curuo per spinas tergora flexu,
Cum celeres aliàs recto ferat impete cursus.
Talis Threicio seruat se bestia tractu.

Cenchris

www.libtool.com.cn

250

Cenchris Veterum
Bellonij.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

LOCVS.

IN Lemno insula, in quam Vulcanus olim aufugisse traditur à Poetis, vt ferrum elaboraret, copiam horum Serpentum fabulari multi promulgant, & potissimum Bellonius, qui iter faciens per hanc insulam. Incolis negocium dedit, vt omnia Serpentum genera insulam habitantia comprehenderent, inter quæ erat Cenchrus, quem Veterum Cenchrin esse proculdubio existimauit, non solum quoad figuram, sed etiam quia ibi vulgò Cenchriti nominabatur. Insuper in insula quoq; Samo, vel Samothracia Cenchris est frequens. Ambæ enim insulæ sitæ sunt in mari mediterraneo Thraciam versus, è regione Rescythidis oppidi Iunoni sacrati, & fluminis Hebri, Zonæque montis, Antriq; Zeriathij, quæ loca omnia in Thracia sita sunt, & proxima, vt fuit paulò ante relatum, insulæ Samo, in qua Mons Mosychlus à Nicandro nominatus, conspicitur. Carmina autem Nicandri in latinum translata sunt hęc. *L. 1. obser. cap. 31.*

B *In lemno, & in samothracia bestia fabulans.*

Atqui cum rapidis feruescens Solibus æstus
Ardet, in horrida se syluarum deuia confert,
Imbellesq; rapax venatur prædo bidentes,
Perselue Sai iuga, frondosue Moschli,
Sub viridis quando frigentibus obiectis umbris
Securè recubant, grege circum errante magistri.

SIGNA VENENI.

C ACCIDENTIA ictum Cenchris concomitantia similia sunt ijs symptomatibus quæ à morsibus viperinis prodire solent; si veritatē Ætius, & Olaus magnus assecuti sunt. Verùm inter alia signa, vnum maximà animaduersione dignum esse videtur, quod Nicander in Theriacis recensuit. Hoc igitur est collectio aquæ in ventre inferiori, qualis in hydrope generari solet: iuæ enim ob facultatem veneni humores liquantis ibi colligitur. Sic enim Nicander in Theriacis decantat. *Collectio aquæ in abdomine.*

Quam facit hæc plagam, nulla medicabilis arte
Tabes insequitur, quæ diro membra veneno
Excedit, ac turgens cruciatum suscitat hydrops,
Donec is efficta propè sumen parte residat.

Dioscorides, & Paulus Aegineta retulerunt, quòd huius Serpentis morsum sequitur putridum vlcus, deinde partes tumidæ, veluti in hydrope euadunt, & tandem patientes lethargo corripiuntur, immò afferunt in medium opinionem Erasistrati, qui voluit, in hoc casu, iecur, intestinum ieiunum, & colon maximas incurrere putredines; propterea quòd in ægrotis extinctis, & dissectis, prędictæ partes insignem corruptionem D ostenderunt. Et quamuis vox græca, quę apud Dioscoridem legitur, νῆστιν, ieiunum intestinum denotet; deinde legatur apud Paulum Aeginetam κύστιν, quæ vox vesicam significat; nihilominus, vtcumq; sit, insignis putredo, ob virus huius animalis, prædictas partes occupare solet. In huius asserti confirmationem venit princeps Auicennas, qui de morsu Famusi agens, symptomata ictus viperini, & partim putrefactionem, & hydropem memorat; idemq; confirmat de Araci; propterea remedia pranarum viperarum in medium affert. Hinc colligendum est, hos licet diuersos Serpentes ab Auicenna nominatos, ad vnum tantummodo Cenchrum Dioscoridis referendos esse. *Lib. 6. de mat. med. c. 52.*

Insignis putredo in intestino.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

MEDELA.

VM symptomata viperinos ictus concomitantia in morsu Cenchri accidant; præsidia quoq; viperinum virus debellantia in hoc casu locum habere dicuntur. Præter hæc, commendatur satureia, puta syluestris in puluerem redacta, necnon radix mentæ saracenicæ, & gentianæ. Alioquin, ex Dioscoride, demorsis à Cenchro auxiliatur lactuca contusa cum semine lini illita, serpillum cum duabus drachmis

Varia plane sunt præsidia ad morsū huius angues.

trastulæ regiæ, & tribus vini cyathis. Item aristolochiæ radix, & cardamomum probatur; quamuis textus Pauli Aeginetę habeat κάρδαμον, nempè nasturtium. Plinius fert

www.libtool.com.cn

A

SYNONYMA, EORVMQVE ETYMVM.

QVAMVIS Dioscorides huius Serpentis non meminerit; alijs tamen græcis Authoribus, & præcipuè Luciano non fuit incognitus; cui in Dialogo de Dipsadibus vocatur ἀκοντίας ἀπὸ τοῦ ἀκοντος, vel ἀκοντίου: quandoquidem ἄκων iaculum, spiculum, vel telum missile significat: hinc Iaculi Serpentis nomen apud Latinos dimanauit; quoniam, instar iaculi; in homines, & cætera etiam animalia irruat; præterea ἀκοντίζος, apud Hesychium, ἀκοντίλη apud Nicandrum, idem Serpens, qui Acontias

B esse perhibetur. Licet Varino ἀκοντίζοι secundum quosdam, Acontiæ Serpentes nominentur. Itaq; Latini Serpentem hunc Iaculum indigitarunt; propterea quod arbores scandens, inter frondes occultatus in prætereuntes cuiuscumq; generis animantes, instar spiculi, se vibret. Quamuis Greuinus scriptum reliquerit, ad mentem Nicandri, hunc Serpentem non à iaculatione, sed à figura iaculi denominatum fuisse. Alijs fuit nuncupatus Serpens volans, quia Author libri de natura rerum perpendens fortè insignem huius animalis velocitatem, alis præditũ esse existimauit. Ideo quandoq; Iaculus volucris apud Aelianũ appellatur. Amplius hic Serpens Actio dicitur Cenchritis, Cenchrias, & Aspis Acontias, quoniam hunc cum Serpente antecedenti militari nuncupato confundit. Quare Hermolaus Barbarus nonnullos fuisse scribit, qui Cenchritem, seu Cenchrum idem Serpentis genus cum Iaculo, siue Acontia esse statuerunt. Quibusdam appellatur Chersydrus, sed perperam, cum nulli probati Authores id asseuerent. Syluaticus Acoran vocat, corrupto fortè nomine, pro Acontia. Auicennas nominat Cafezati, & Altararat. Albertus, & Olaus Magnus Altirariti, Altinanti, & Cafezaci. Bellonius iter faciens per Lemnum Insulam, obseruauit hos Serpentes ibi vocari *Sagittari*;

C quia instar sagittæ velociter moueãtur, & Turcis Ochilanne, quamuis postea Bellonius referat, quòd Andri, & Pari incolæ in appellatione non conueniant. Italis Saettone. Germanicè, ex Gesnero, à notis exornantibus dorsum figuram oculorum referentibus Ein Scotz oden Angel Schlang vocari posset.

Ratio etymologiæ Iaculi.

Lib. de Vcuc. c. 22.

Serpens volans.

Nomina barbara huius anguis.

Lib. 2. Obser. c. 14.

DIFFERENTIÆ, ET DESCRIPTIO.

INconsulamus Actium, hic scriptis mandauit Serpentem hunc esse longitudine duorum cubitorum, & figura crassa in tenuem abeũte, colore viridi ad colorem milij accedente, qui postea ritu spiculi se iaculatur. Quamobrem hinc colligimus Aetium à Cenchro Iaculum non distinxisse. Satius igitur erit ad doctrinam Bellonij confugere, qui hunc Serpentem penès spinosam capparim contemplatus est, vbi olim Tur-

D ca tormenta bellica collocauerat, dum Rhodum obsiderer. Erat igitur hic Serpens tres palmos longus, & crassitudinem digiti non superabat. Color eius erat cinereus, sub ventre albus, squamis iuxta dorsum, & laminis iuxta ventrem, reliquorum Serpentum more, munitus. A ceruice nigra duæ albæ lineę per longitudinem dorsi ad caudam vsque percurrebant: deinde maculis nigris oculi figuram æmulantibus distinguebatur, quæ notę lenticula maiores non erant; quapropter non abs re, aliqui hunc Serpentem lenticularem nominarunt.

Ex altera parte Gesnerus fatetur se Acontiam, vel Iaculum à Veteribus descriptum non vidisse: nihilominus meminit alterius Serpentis pariter, instar iaculi, se vibrantis, dum inquit, quòd riuus satis magnus est in agro Tigurino *Glatt* nomine, & ab eo denominatus pagus *Glatt felden*: ideo iuxta hunc riuum, & pagum, ante paucos annos, Serpens quidam baculi crassitudine, & trium, vel quatuor pedum circiter longitudine, in quemdam rusticum frondes colligentem, corpore in quatuor spiras comoluto, insilire conatus est. At rusticus id animaduertens, sacco depositò, quem ad vsum colli-

Color Acõtiæ quoad is.

Acontias Gesneri.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Historia Rustici ab hoc Serpente læsi.

geadi frondes ferebat, celeri cursu aufugit. Serpens autem, instar vibrati iaculi per spatium circiter sexdecim pedum, prosilijt; non tamen rusticum gressum acceleran- tem attingere potuit. Paulò post tamen in eumdem locum sacci recuperandi gratia, reuersum Serpens semetipsum vibrans sinistrum rustici brachium spiris inuoluit, parte caudæ dependente, & collo erecto, tam arctè constringens, vt vestigia spirarum impres- serit, non tamen rusticus demorsus fuit, quoniam illico altera manu capite anguis com- prehenso, eum abstrahens reiecit. Interea brachium putrida quadam sanie contabes- cens, carne nudatum est, & tandem omni carne putrida per Chirurgum ablata vale- tudinem est adeptus. Huius generis esse Acontiam, vel Iaculum Serpentem putamus, cuius icon in Musæo Illustrissimi Senatus Bononiensis habetur. Est enim crassitudinis baculi, longitudinis trium circiter pedum, caput habet magnum coloris cinerei, re- liquo corpore fusco, præter ventrem, qui ad colorem minus obscurum vergit: qua de re hoc in loco duas icones repræsentabimus.

Acontiæ alterius descriptio.

Rursum Gesnerus narrat, quod in Hungaria, ex relatione Ioannis Viti Hungarii ius- nensis eruditissimi, Serpentes breues duorum palmorum tantùm magnitudine, & nulla cauda versantur, quos Vulgus Decurtatos appellat, & in homines etiam eminùs, ia- culi modò, prosiliunt. Horum etiam in capite de Scytale meminimus. Apud Indos Serpentes in campis, & subterraneis locis habitant, vt legitur in parte tertia historiæ Indicæ, qui homines aggrediuntur, eo potissimum tempore, quo ad prolem incumbunt: immò velocissimis saltibus per terram proficiscuntur; qua de re ab Indis volare dicun- tur. Considerandum est num ad genus Iaculorum referendi sint: Diuagantur etiam, ex Olao Magno, in partibus Aquilonaribus Serpentes, qui saltando velociter moven- tur: immò inter herbas Sole siccatas, strepitum excitantes pugnam inter se inniunt; quod benignitate Naturæ factum esse tradit Olaus Magnus, vt illo strepitu se prodant, alioquin multos venenarent. Demùm Albertus narrat hunc Serpentem esse duplicis generis: quandoquidem alterum genus morsu sine sensu interimere, alterum verò diu- turno dolore patientem fatigare perhibet; sed præterea cum nihil aliud exprimat, men- tem Alberti assequi nõ possumus. Insuper aliud addit absurdum, scilicet, quòd Plinius, & Iorach scripserint Iaculum esse Serpentem alatum, quia in transeuntes inuoler. Ve- rùm animaduertendum est, quòd ex sententia Plinij, Iaculus tam citò se vibrat, vt vo- lare videatur, non autem quòd alis munitus esse feratur.

Variæ horũ anguiũ differẽtiæ.

NATVRA ET MORES.

ALENVS in libro de Theriaca ad Pisonem pronunciauit Acontiam esse Serpentem eminus etiam in animantes prosilientem: ideoq; hoc animal veluti iaculum hominem adoriens interimit. Est enim Ser- pens velocissimi motus; propterea Lucanus canebat hunc in modum.

Et Natrix violator aquæ Iaculiq; volucres.

L. 9. Phar- sal.

Quamobrem Textor scribere solebat Acontiam, teli modo serpendo ruere, & in obuiaquæq; prosilire; quod non fuit incognitum Reusnero, quia in Para- diso poetico sic canit.

Missilibus Iaculus tormentis obuiaquęq;
Sublimis, iaculi more volucris, adit.

Sed animaduertendum est, quòd hoc animal non solum è sublimi loco in prætereuntes animantes se iaculatur; verum quoq; ex sententia Agricolæ, Acontias humi iacens ab aliquo lacessitus confestim corpus intorquens, eminus instar iaculi, hostem petit. Im- mò, ex Aeliano, iaculatione ita valet, vt spatium viginti cubitorum transiliens aduer- sario inhæresca t. Lucanus igitur narrans interitum Pauli ab hoc Serpente percussi tra- didit Acontiam tam veloci iaculatione se vibrare, vt saxa funda, & tela arcu vibrata, in comparatione ad motum Acontiæ per aerem tardo motu ferri videantur. Versus autem Lucani sunt huius tenoris.

Ia L. de an. subterr. Li. 8. c. 13.

Ecce procul fœnus sterilis sed robore trunci
Torsit, & immisit (Iaculum vocat Africa) Serpens
Perque caput Paulis transactã, tempora fugit

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Aconţias
Bellonij.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

256
Acontias
alter.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A *Nil ibi virus agit, rapuit cum vulnere fatum.*
Deprehensum est, quæ fundarotas, quamlenta volarent,
Quàm segnis Scythicæ strideret arundinis aer.

Præterea vaframenta huius animalis ad aliorum dolos non sunt comparanda: siquidem non solum in locis abditis viæ publicæ moratur, vt transeuntibus insidias tendat, sed etiam, ex Solino, arbores ascendit, & se se in orbem contorquens, & caput intra frondes occultans viatores expectat; nam statim se se in illos iaculans, dentibus vulnerat. Vnde Georgius Pictorius in Lerna malorum sic canebat. *In Polybiſ. c. 30.*

Insidias ex arboribus conferre conantur
Serpentes Iaculi, qui celeres volitant.

Ad rem quidam, ex Matthiolo, recitat casum pastoris, qui, æstate media, sub arboris vmbra quietem capiens, dum eius socij non procul oues pascentes custodiebant, ab B Acontia Serpente inter ramos arboris abdito, adeò percussus fuit circa sinistram mammillam, vt paulò post interierit: quapropter socij audito percussionis strepitu, & viso Serpente, cuius natura nouerāt, relicto grege, ad propinquiorem villā perterrefacti aufugerūt. *Historia pastoris percussi à Iaculo.*

Neq; id admirari debemus; quandoquidem in Hispaniola noui Orbis insula comperti sunt Serpentes perexigui, coloris viridis, & admodum venenati, qui sola cauda arborum ramis hærentes, reliquo corpore propendent, & sine iaculatione sui corporis, incautos prætereuntes desuper mordent. Auicennas quoq; agens de Cazefati, narrat se vidisse in partibus de Hesten hanc Serpentis speciem, quæ intra frondes arborum occultata transeuntibus insidias tendebat. At Albertus Magnus non solum hunc anguem intra frondes latibulari, sed fructus quoq; arborum ab illo infici promulgauit: cum tamen nullus probatorum authorum id retulerit: nam si fructus arborum venenari possent, proculdubio multa animantia interirent. *L. 4. fen. 6. tract. 3. c. 40.* *Num fructus arborum venenari possint à Serpentibus.*

Insuper tradit Diodorus Siculus, & confirmat Olaus Magnus, apud Syluas odoriferas in Sabæis versari Serpentes coloris rubicundi, & longitudine palmi, qui prosilientes in homines læthali ictu eos perimunt; qui si sint ad Iaculorum genus referendi, lectori iudicandum relinquimus. Vnum quidem, ex Apollodoro didicimus, nempe hoc G animal non solum morsu, sed etiam tactu mirum in modum nocere, idq; confirmauit Aelianus, dum non patientem modò, sed chirurgum quoq; medicantem, communicata tabe, solo tactu lædi asseruit. Quamuis Scholiastes Nicandri, sub nomine Iaculi, duplex Serpentum genus insinuare videatur; dum alios cursu, & iaculatione se mouentes, & venenatos esse scribat, alios verò celerrimos, & innoxios esse tradat; quoniam hoc genus postremum tanquàm innocuum à Nicandro celebratur. Sed aduertendum est, quòd hæc est potius natura quorumdam insectorum, seu speciei cantharidum: sunt enim cantharides paruæ colore fusco per hortos vagantes, quæ si leuiter etiam contangantur, confestim, emisso quodam crepitu, se iaculantur. *Li. 8. c. 10.* *Insecti quoddā genus.*

LOCVS.

D QVAMVIS Agricola hoc Serpentis genus in Germania incognitum esse scripserit; in aliis tamen multis Regionibus stabulatur. Etenim Lucianus, in Dialogo de Dipsadibus, Acōtiam inter Serpentes Libyæ connumerauit, & Ammianus Marcellinus in numero Serpentum Aegypti recensuit. Auicennas fatetur se in partibus de Hesten hunc Serpentem conspicatum fuisse. Item Bellonius per Lemnum, & Rhodum insulas itinerans, se hos angues obseruasse attestatur. Immò regiones Septentrionales ab his venenatis bestijs infestari, tradit Olaus Magnus. Deniq; viri fide digni retulerunt Matthiolo, quòd in nonnullis Calabriæ, & Siciliæ locis versantur hi Serpentes, qui ab Incolis, vernaculo nomine, *Saettoni* appellantur. Sed veremur ne decipiantur, quandoquidem illos Priscorū veros esse Iaculos nō affirmamus: etenim Serpentes, qui ex Calabria in diuersas regiones à Circulatoribus deferuntur Bubæ, idest Boæ, & Serpegeriæ ab illis nominantur: pinnas enim longas, & acutas à capite ad medium vsq; corpus gerunt, quibus in altum se attollere, & ritu Acontiæ se eiaculari possunt; qua de re Acontias Veterum esse existimarunt. *In l. de An. subterr.* *L. 4. fen. 9. tract. 3. c. 40.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

MORALIA.

CVM probatum sit Iaculos Serpentes esse talis naturæ, vt inter frondes arborum abditi, nonnisi insidias, & perniciem incautis viatoribus machinentur, non iniuria Delatoribus assimilari poterunt, qui maligna quadam ducti natura, aliorum dicta, atq; facta clanculum obseruant, vt aliquid imprudenter dictum colligentes ad Dominum deferre possint, vt inde postea aliquid detrimenti emanet. Hi igitur delatores, proprio vocabulo, Iaculi Serpentes erunt appellandi: cum nil, nisi proximi exitium moliantur, quorum natura venenata his versibus affabrè delineatur.

Delatores similes Iaculis.

Gaudia summa putat quidam miscere siniſtris
Litibus, atq; homines ad iurgia vana mouere:
Gaudet, & interdum nixis turbare moleſtis F
Pectora, ſic igitur maleſani eſt criminis author.
Ore tenet virus, lingua mendacia fingit,
Atq; dolos verſat, quibus impugnare nocenter
Concordes animos, & pectora dulcia poſſit.
Sæpè ferit grauiter pharetrato verbere lingua
Inſontes hominum mentes, moreſq; laceſſit
Innocuos vitæ, & fautores diſpare voto
Inter ſe ſemper verſari, & viuere poſcit.
Nec tamen interea ſentit ſibi vulnus adactum
Vir bonus, accuſat, quem delatoris iniqui
Lingua, ſed aduenium ſeri lamenta doloris.
Delatore nihil peius, nil turpius vſquam,
Cuius in ore ſonant lethalis ſibila morſus,
Milleq; pictarum fraudum mendacia ſubſunt,
Si videt immoto concordes viuere nexu, G
Si ſocios aliquos fidos, ſeu noſcit amicos;
Mortiferum virus rauco de gutture ructat,
Vnanimeſq; ſtudet comites à fœdere dulci
Soluere, concordes queat vt confundere mentes.

Rursus Iaculi Serpentes optimo iure assimilandi sunt conscientiæ stimulis, quibus eorum peccantium, ob res perperam actas, identidem pungitur: siquidem instar sagittæ, in corda criminosorum se iaculantur. Ideo de his stimulis loquens Psalmographus scribebat. *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.* Deniq; si Aegyptij solebant pictura iaculi bellici, insensissimum hostem exprimere: satius fuisset, in hoc hoste significando, figura Iaculi Serpentis vti: quandoquidem hic ascendens arbores inter ramos se occulit, vt incautos perimat, cuius naturam insensissimus, & clancularius hostis æmulatur.

Psal. 39.

SIGNA VENENI. ET MEDELA. H

AETIVS scriptis mandauit ex morsu huius Serpentis omnia dimanare accidentia, & etiam grauiora ijs, quæ ictum viperinum concomitari solent: præterea his addit putredinem, & defluxum carnium, quocirca remedia quoq; probat, quæ in profligando viperæ veneno fuerunt commendata; cui sententiæ Matthiolus adstipulatur. Cæterùm est animaduertendum, quòd Aetius præscribit illa auxilia, quę venenum potius Serpentis miliaris, quàm Acontię debellant, quoniam ipse eumdem Serpentem, nempe Cenchritem, & Acontiam esse existimauit. Nihilominus talia præsidia non improbantur, & eò magis, quia Auicennas, & Albertus tradiderunt, ob morsum quidem huius

Venenum quibus debellatur præsidijs.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A huius animalis, dolorem grauem, & vehementem generari, qui è loco saucio toti corpori communicatur: deinde omnibus illis præsidijs, quæ valent aduersus ictum viperæ, tanquàm præstantissimis vtuntur.

VSVS IN MEDICINA.

EX felle huius animalis vtilitatem incredibilem, pro suffusione, percipiendam esse astruit Aetius: quoniam promulgauit collyrium ad suffusiones, etiamsi fuerint diuturnæ, esse parandum ex lapide scythico cum felle aspidis trito: etenim ex hoc patiens, breui temporis spatio, non parùm commoditatis elicier. Sit autem, vt inquit Aetius, aspis, qui Acontias appellatur; siquidem fel eius iuxta dorsum, & hepati B annexum reperitur. *Collyrium suffusiones*

DE DRYINO, SIVE QVERCVLO. Cap. XIV.

ÆQVIVOCA.

C SPLENDESCVNT magis, atq; liquidius innotescunt descriptiones animaliũ, vel plantarũ consimiliũ, quando altera iuxta alteram exaratur. Idcirco Iaculi historiæ illam Dryini annectere decreuimus: cum quia Serpens, cuius iconem damus cum Acontia Bellonij aliquam similitudinem habeat, tũ etiam, quia Iulius Scaliger olim Dryinum ab Acontia ob similitudinem non discriminabat. Itaq; nomina huius anguis eum ambiguitate non careant, illa breuiter debemus examinare. Dioscoridi igitur hic Serpens secus radices quercuum libenter stabulans δρύινος nominatur: cum δρύινος apud Lexicographos græcos quernus, & roboreus exponatur: nam δρῦς non solum quercus, sed etiam robur redditur, quoniam robur species quercus esse feratur. Præterea hic Serpens χέλυδρος etiam vocatur: deinde in Lexicis græcis χέλυδρος testudinem etiam marinam, vel aquatilem significat. Insuper ab alijs squarus etiam nuncupatur, eum enormi squamarum eminentia, & asperitate exturgescat: At Squarus, in nonnullis Festi codicibus, est piscis, corrupto fortè vocabulo, quasi Scaurus, aut potius Scarus, vt apud probatos authores legitur. *Ordinis ratio.* *Li. 6. c. 12.* *Chelydrus.* *Squarus anguis quis.*

SYNONYMA, EORVMQVE ETYMVM.

D ALIQVI authores non vulgari ingenij dexteritate conspicui Dryinum Serpentem vocatum, quasi Bryinum esse voluerunt: etenim βρύον quoddam villosum in annosis arborum truncis, & cõmallibus nascens exponitur, Muscum Herbarij vocant, propterea quòd hic Serpens relictis interdum bryis, nempè musco, & algis, aliò, & potissimum prata petat humida, vbi moluridas locustarum species, & partus ranarum imperfectos venatur. Hanc opinionem explodendam esse opinamur: quandoquidem Galenus, expressis verbis, in libro de Theriaca ad Pisonem, Dryinum appellari hunc Serpentem tradit; propterea quòd in cauitatibus quercuum libentissimè latibuletur: quercus enim Græcis δρῦς redditur, & Serpens δρύινος, vel δρύινα, vt aliquibus placet, dicitur, vt iuxta primam declinationem inflectatur. Nicander igitur in Theriacis ad rem sic canit. *Bryon Muscum vocãt Botanici.*

Ille

www.libtool.com.cn

Ille cauas habitat quercus, alibi quoq; fagos.

Quercus qualis serpens.

Ideo non eſt mirandum, ſi aliquando querculus à Greumo, & à Scaligero nuncupetur. Immò interdum etiam ſecus radices fagorum, teſte Nicandro, ſuum ſtercus cubile. Sed Chriſtophorus Encelius Serpentem quoq; à Corylis denominatũ alicubi in Germania reperiri tradit, qui nùm Dryino ſit cognatus, lectoribus ponderandum proponit.

Lib. 9. de Anim. cap. 42.

Aelianus Dryinum appellatum eſſe putat, quia in quercubus ſemper habitet, ſed quia à crabronibus vexatus, confeſtim in cauam quercum cõfugiat. Alij fuerunt huius opinionis, quòd δρύινος, vel ſecundum alios δρύϊνος, non à δρῦς, ſcilicet à quercu denominetur, quia illius cauitatibus delectetur, ſed quia hic Serpens ſquamis obductus ſit aſperrimis, & cortices quereus æmulantibus: hac de cauſa Latinis aliquando ſquarus, & ſquamus: nempe ſquamis aſperis refertus indigitatur. Aliter nonnullis Græcis nominatur χέλυδρος, quia fortè ſit aſpera cute ad inſtar corticis teſtudinis, quæ Græcis χελώνη dicitur, vel potius nomine deducto à χέλυς, & ὕδρος: quaſi hoc animal cute dura ad inſtar corticis teſtudinis, vel quercus ſit munitum. Apud Heſychium, & Varinum, nonnulli Serpentes κέλυνδροι, nempe cylindri nominantur, qui fortè idem cum chelydris erunt. Amplius quidam author inominatus, in Tabula deſcriptionis terrarum orbis, meminit Serpentis Cherſidal, ſiue Alidras, quod genus Serpentis ſumum à terra excitare, & nonniſi in parte interiori Africæ reperiri perhibetur: fortaſſis hic author Cherſydrum, ſeu potius chelydrum intelligere voluit.

Cur dicatur Chelydros.

Cherſidal quodnã ſit animal.

Ilicinus Serpens.

Chelydrus, & Andrias dicitur Olao Magno, Ilicinus, & Duriſſos Auicennæ, & Glandoſa Alberto, quia arboribus glandiferis delectetur. Georgius Agricola germanicum finxit nomen, ſcilicet à quercubus Ein Eyſch Schlang, & à factore Ein Stinck Schlang. Eliota Anglus vocauit hunc Serpentem A Sea Snayle. Bellonius iter faciens ſecus litus Ponti vnà cum Viperario Turca obſeruauit multos Serpentes, & inter alios, Dryinum Veterum, quem ibi Dendrogaila vulgò appellari tradit, dictione ad vetus nomen nonnihil accedente.

Li. 3 obſer. c. 51.

Varia nomina huius Serpentis.

Præter nomina hactenus huic Serpenti aſſignata, notandum eſt, ex nonnullorũ Nuperorum mente, hunc Serpentem hydrum, nempe aquatilem, ſeu Natricem vocatum fuiſſe, vel etiam cherſydrum, quia per loca conuallium humecta libentiſſimè diuagetur. Hoc non fuit incognitum Nicandro, quando cecinit hunc in modum.

Dicendum facili Dryinum nunc accipe mente,
Hydrum etiam quidam, quidam dixere chelydrum.

L. 7. Aenei.

Neq; aſſertum Nicandri à veritate recedit: quandoquidem Virgilius verba faciens de Vmbone Sacerdote, Dryinos appellat hydros, dum canit.

Vipereo generi, & grauiter ſpirantibus hydris,
Spargere qui ſomnos cantuq; manuq; ſolebat.

L. 3. Georg.

Idem Virgilius alibi hunc grauem odorem, quem ſuperius hydris aſſignauit, chelydris nempe Dryinis aſſignat ſic canens.

Diſce & odoratam ſtabulis accendere Cedrum,
Galbaneoq; agitare graues nidore Chelydros.

Tetri odor aſſignatur Chelydris.

Hinc colligimus poetam Hydros à Chelydris, nempe Dryinis non diſtinxiſſe, dum veriſq; grauitatem odoris aſſignat, quæ Dryino, ſeu chelydro tantùmmodo competere ſoleat: cum authores hydri, ſeu cherſydri hiſtoriam ponderantes, nullius tetri odoris meminerint. Et quamuis Seruius Chelydros, quaſi Cherſydros, dictos fuiſſe aſſeueret: nihilominus credendum eſt hunc Grammaticum nugatum fuiſſe, cum Chelydrus à Cherſydro (vt fuit annotatum) valdè diſcreper. Lucanus etiam illos à ſe inuicem diſcriminat, quando ait.

Cherſydros, tractiq; via fumante Chelydri.

Præterquamquod vetuſtiſſimi authores Chelydros à Cherſydris differentes eſſe tradiderunt.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

DESCRIPTIO.

EDOARDVS Vuotonus scriptum reliquit hunc Serpentem, ratione longitudinis, esse duorum cubitorum, corpore obeso, & squamis asperis undiq; munito, in quibus paruæ quædam muscæ nidulantur (ob tetrum fortè animalis odorem) quæ tandem animal conficiunt. Colorem tergi subatrum, & caput æquale Hydro, Chersydro, seu Natrici, latiusculũ tamen, & non ita acutum esse promulgat. Georgius autem Agricola quoad similitudinem capitis, conuenit cum Vuotono: nam capiti Hydri aliquo modo est simile; Tergum verò cinerei coloris, longitudinem, & crassitudinem B mediocris anguillæ esse, & grauem odorem spirare tradit. At Nicander, quoad capitis figuram, alijs authoribus adstipulatur; nimirum caput inesse Dryino æquale capiti Natricis, sed quoad colorem, ab alijs dissentit, dum album tergi colorem esse, canit his versibus. *L.6.de Diff Animal. cap. 20.* *In lib. de Anim. subterr.*

Candidus est tergi color, est æqualis, & Hydro
In capite aspectus.

Præterea obseruandum est cute rigida, & aspera, aliquibus maculis etiam referta, esse armatum hunc Serpentem, qui, vt plurimum in multos sinus se contorquet: quamobrem Chelydrus à Poetis rigidus, maculosus, & sinuosus appellatur. Nam quoad magnitudinem, variat, fortè ratione loci siquidem Bellonius in tantam molem quandoque hunc Serpentem excrescere asseruit, vt inuentum, & in sacco impositum rusticus per duo milliaria ferre non potuerit, quin aliquam caperet quietem. Deinde Bellonius huius anguis spolium fæno repleuit, quod crassitudinem humani cruris adæquabat. *Cutis qualis sit.* *Li.3.obser. c.51.*

C

NATVRA, ET LOCVS.

VIVS Serpentis natura adeò venenosa, & calida esse perhibetur apud Ardoinum, vt si anguis pedibus simpliciter etiam comprimatur, illicò pedes calcantis pelle nudantur, & crura non mediocri tumore corripiuntur. Alij addunt, quòd manus etiam Chirurgi curantis eamdem affectionem incurrunt. Deinde si natura cunctis animantibus aliquid peculiare ingenuit, quo à se inuicem distinguantur: profectò hic Serpens iniucundum odorem sibi vendicauit, qui assimilatur fœtori dimananti à præseminibus tergi equini, quando prius tale corium in aqua diu manens, quamdam veluti putredinem contraxerit. Huius fœtoris qualitatem eleganter explicat Nicander his versibus. *Odor teter huius serpentis.*

—— Granis itaq; à corpore fætor,
Qualem dant madidæ corij præsegmina sordes,
Quas tereti radunt ab equino tergore ferro.

D Hæc igitur erit optima ratio, propter quam Virgilius hos Serpẽtes graues appellauerit. *L.3.Georg.*

—— agitare graues nidore Chelydros.

Alij poetæ hoc animal fumosum, vel fumiuomum nuncuparunt, quoniam fortè semitam, per quam transit, tetro, & pestifero fumo, seu vapore, vel odore repleat. Lucanus id confirmat, quando inquit. *L.9. Pharsal.*

Natus, & ambiguæ coleret qui Syrtidos aruæ
Chersydrus, tractúq; via fumante Chelydri.

Baptista etiam Mantuanus huius proprietatis non fuit immemor, quando cecinit.

Sed simul ossa vorans clades fumosa Chelydrus.

Pamphilus idem videtur asseuerare, quando ait.

O quæ fumiuomos geris Chelydros.

Tandem idem repetit, & decantat Macer his versibus, vt aliqui citant.

—— seu terga expirant spumantia virus,
Seu tellus fumat, qua teter labitur anguis.

De

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Dryinus,
siue Quer-
culus Ste-
roi.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A De his Serpentibus Aelianus fortassis egit, quando Hydros angues in Coreyra nasci prodidit, qui in sectatores se intorquendo, dirum anhelant spiritum, vt illos ab insequendo arceant. *Li.8.c.13.*

Hinc elicimus hunc Serpentem, etiamsi ab homine non videatur, naribus, ob insignem fœtorem facile inueniri posse: quapropter Galenus in libro de Theriaca ad Pisonem, pestiferam huius bestiæ memorans odorem, retulit huius interfectorem diri odoris pœna multari; siquidem, per diuturnum temporis spatium, odorem etiam grauissimum, iniucundum esse iudicat. Rursus natura Dryino hanc congenuit proprietatem, vt vexatus à Myope confestim ad cauam confugiat Quercum, vbi occultatus Myopis afflictionem diu vitat: id expressit Nicander in Theriacis hunc in modum. *Qualitas fœtoris huius animalis.*

Hunc si infesta Myops odiosa animalibus ales
Impetat, excesæ caleri impete roborea queratus
Insilit: hic imo constructo in cespite nido.

B Myops autem est Insecti genus, Bobus potissimum infestum. Gilius Myopes vertit Crabrones, Aetius verò scripsit Muscas pennis æreis munitas (fortè ob Serpentis fœtorem, cuius sunt amantissimæ) intra squamas Serpentis latibulari, quæ tandem ipsum conficiunt. Vnde fortassis hoc genus Serpentis, huius periculi euitandi gratia, ad cauitates Quercus, Fagi, vel Ilicis tanquam ad sacram anchoram confugit; à quibus arboribus nomen postea sortitur. Neq; admiratione vlla teneri debemus, quòd Serpentes peculiaribus delectentur plantis: quandoquidem Olaus Magnus recitat, in regione septentrionali, innumerabiles Serpentes, ineunte æstate, sub quercubus ducem, cui crista veluti corona eminet, tanquam apes suum rectorem sequentes, spectari. Qui Serpentes creduntur, Veterũ relatione, lapidem flatu suo gignere, eo potissimum in loco, vbi diutius morantur. Pariter ex eodem Olao Magno, aliud spectaculum in Aquilone admirandum obseruatur, nimirum, quod sub radicibus etiam arboris Betulinæ tanta Serpentum copia commoratur, vt ob calorem flatu Serpentum excitatum circa radices, arbor, vrgente bruma, folia non deponat. Quamobrem populus arcanorũ naturæ ignarus, Betulam folia non deponentem contemplans, arborem sacram esse opinatur. Deniq; hic Serpens, vt nonnulli annotarunt, gradiendo per terram se inuoluit: propterea Columella ad hunc gressum alludens sic canebat. *L.13.c.29* *Proprietas anguiũ septentrionalium.*

C *Tum modo dependens trichili, modò more Chelydri*
Intortus cucumis, pregnansq; cucurbita serpit. *Betula folia non deponens.*

Quamuis aliqui in his Columellæ versibus loco Chelydri, legãt Cylindri: vtcumq; sit, iam superius relatum est, apud Hesychium Cylindros Serpentes esse.

SIGNA VENENI.

D DIOSCORIDES monimentis mandauit, quòd Dryini morsum pustulæ, molesti dolores, nec non erosiones, & tormina consequuntur. Immò Galenus in libro de Theriaca ad Pisonem, ob grauem Dryini perniciem, solo tactu carnem pelle nudari, & quod maiori admiratione dignum est, manus etiam chirurgi curantis eodem modo periclitari testificatur. His addere possumus tetrum odorem, qui pernicie veneni intus erassante, cunctis membris communicatur. Deinde in circuitu sauciæ partis sanguis ob vehementiam doloris ibi collectus, contracta putredine nigrescit, & statim etiam in toto tumoris ambitu talis color generatur. Item, veneno ad penitiores partes penetrante, mentis angor, & oculorum caligo oritur ex penuria spirituum, consequenterq; ex imbecillitate naturæ succumbentis. Omnes præterea corporis meatus ita exsiccantur, & contrahuntur, ne lotium, & flatus exire possit. Accidit quidem interdum, ob varium subiecti temperamentũ, vt humores in capite fusi, hominem somnolentum reddant, & cum vias spirituum inæqualiter obstruant, tremor totius corporis inde manat. At humores in ventriculi cauitate contenti fluitantes, aut singultum generant, aut, iuxta dominium humoris, vomitum materiæ biliosæ, aut sanguineæ excitant. Hæc omnia symptomata recensuit Nicander in Theriacis his versibus Latio donatis. *Li.6.c.49* *Color partis sauciæ qualis.* *Vomitus materiæ biliosa.*

Quòd

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Quòd si cui prehensum Dryinus talumue pedemue
Laeserit, à toto se spargens corpore fertur
Tristis odor, surgunt{q} nigri, qua plaga, tumores;
Maestaq{;} tristitia, & lacrymabilis apprimit angor
Comprehensum morsi quadam caligine mentem,
Et periens nimio flaccescit forma dolore:
Vsq{;} adeò pascens absumit membra venenum.
Quin etiam obfuscans obduxit lumina nubes,
Et miserè affectum perdit lethaliter aegrum.
Sunt etiam, eiusdem, qui morsu dentibus anguis
Instar balantum soleant clamare caprarum,
Siue ouium, & grauibus soris cruciatibus angi.
Pallidus vrinae liquor it, torpens{q;} veternus
Ingruit, & crebris quassa singultibus aegri
Hunc similem felli vomitum, nunc sanguinolentum
Eiciunt, ipsum{q;} malum facit arida labra,
Postremò{q;} grauem fundit per membra tremorem.

Præterea Aetius, Paulus Aegineta, & alij Authores non vulgares assertis Nicandri adstipulantur, confirmando etiam illud symptoma, nimirum demorsos ab hoc animali, ritu caprarum, vel ouium balare; quod repetijt postea Reusnerus in Paradiso poetico sic canens.

——— quem dente momordit
Lethifero, capra, balat, ouisq{;} modo.

Ratio huius symptomatis inde nascitur, quoniam ob vehementem corporis siccitatem, meatus omnes contrahuntur: quapropter patientes vociferantes, vocem ouium edere videntur. Aelianus verò illa symptomata, quæ in morsu Dryini hactenus fuerunt
Li. 4. c. 17. obseruata, ab ictu Hydri, vel Hydræ, & Chersydri dimanare retulit; quoniam hæc no-
Lib. 8. c. 7. mina Serpentum confundit. Etenim alibi scripsit ab Hydra percussos talem fœtorem contrahere, vt nemo illi appropinquare possit, præter caliginem oculorum, & tremorem, quæ symptomata morsum prædictum consequuntur. Alibi verò promulgauit Apollodorum in libro de Theriaca scripsisse pedem Chersydros calcantem cute nudari, & ob tabificam virtutem, chirurgum etiam medicantem idem periculum incurrere. Quocirca colligimus ex verbis Aeliani, ipsum omnia symptomata morsus Dryini, seu Chelydri, ictibus Hydri, vel Chersydri perperam attribuisse.

MEDELA.

Li. 4. Phyt. cap. 2. TRADVNT rerum naturalium indagatores leontophonon herbam sponte in illis regionibus crescere, in quibus humano generi Leonum sœuitia insidiantium exercetur; quoniam illos occidit. Pariter frequens quercus, ex Porta, conspicitur, vbi Dryini Serpentes diuagantur; vt natura hominibus indicaret, huius arboris virtute, Dryini virus esse debellandum. Præterea radices quercus inflexæ, & circumuolutæ
Virtus arborum glandiferarum. sunt, à summo ad imum sensim deficientes, corpusq; gradientis Dryini imitantur. Vnde ex hac signatura collegit forsan Dioscorides fructus, necnon radices quercus, & aliarum glandiferarum plantarum contusas, & applicatas Dryinorum ictibus quamplurimum esse profuturas. Prædictis addit Dioscorides aristolochiã cum vino hausta,
Li. 6. c. 49. trifolium, & radicem hastulæ regiæ eodem modo sumptam. Hæc etiam præsidia commendat Auicennas, deinde cuncta illa, quæ ictibus viperarum non mediocriter conducebant. Greuinus origanum in mortario contusum, & morsui impositum, lixiuium cum oleo, & theriacam probat, atq; omnia illa medicamina, quæ in sanando Natricis morsu ab Authoribus præscribuntur.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

VSVS.

OLIM in sacrificali Lyei, siue Bromij apparatu Chelydri adhibebantur, dum mulieres tyrsigeræ prædictos angues ore discindebant, & caprum supra aras cædebant; cuius sacrificij meminit Prudentius poeta contra Symachum his versibus.

—— —— Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & virides discindunt ore Chelydros,
Qui bromium placare volunt, quod & ebria iam tum
Ante oculos regis Satyrorum insania fecit.

Quam sententiam videtur stabilire Georgius Fabritius, dum scribit se Romæ in templo Bacchi (quod hodie sanctæ Constantiæ est consecratum) in marmore sepulcri propè infracto, hoc sacrificij genus conspicatum fuisse. Vbi Bacchantes insculptæ angues ore
B gestantes, & caprum ducentes conspiciebantur. An verò illi Serpentes, vt recitat Prudentius, essent veri Chelydri, de quibus in præsentia habetur sermo, valde dubitandum est: nam Poetæ sæpè sæpius speciem pro genere, & genus pro specie vsurpant. Quemadmodum etiam Silius Italicus, quando de Marsis Populis sic canit. *Vsus in Sacrificys Bacchi.*

Et bellare manu, & Chelydris cantare soporem,
Vipereumq; herbis hebetare, & carmine dentem.

Siquidem poeta fortassis hoc in loco, Chelydri nomine, præter viperam, quodcunq; venenosi Serpentis genus significare voluit.

DE ELAPHE, SIVE, ELAPE, AVT ELOPE. Cap. XV.

C

ÆQVIVOCA.

SERPENS Elaps, vel Elops, si fortè Elephantias est, vt nonnulli tradunt, solo tactu, more Dryini (referente Eliota Anglo) squarosam cutis affectionem generat: ideoq; post Dryinum, hunc memorare libuit. Sed posteaquam hoc vocabulum, Elops, diuersa denotat animalia: propterea æquiuocationem in præsentia aperire opere pretium esse duximus. Etenim, præter Serpentem, ἔλοψ piscem rarum significat, quo capto, nautæ ob secundam nauigationem, se, suaq; nautgia sertis coronant, deinde maximo plausu, & tibiarum sono ad litus appellunt. Et fortè hoc piscis genus olim ad cœnas insigni magnificentia, ingentiq; epularum apparatu instructissimas deferebatur; quandoquidem Ouidius hunc piscem pretiosum appellauit in fragmento operis de piscibus, quando cecinit. *Elops piscis rarus.*

Et pretiosus Elops nostris incognitus vndis.

D Neq; debemus admirari; siquidem in lauto quodam conuiuio apud Athenæum, hic piscis memoratur; & ἔλαφ per φ in vltima scribitur; quemadmodum etiam in quodam græco piscium catalogo ἔλαχ legitur. Præterea Theodorus Gaza ἕλοπα Aristotelis reddit Accipenserem. Vnde postea Martialis non immemor bonitatis huius piscis canebat. *Acipenses pisces.*

Ad palatinas accipensera mittito mensas,
Ambrosias ornent munera rara dapes.

Itaq; si multi authores accipenserem sturionem nuperorum esse volunt, rarum, & singularem piscem esse non erit mirandum: cum nostra etiam ætate in sumptuosis, & lautissimis cœnis desideretur. Alioquin ἔλλοψ per duplex λλ exponitur, cui vox in gutture præcluditur, vel qui vocem edere nequit, vt mutus; quapropter hoc vocabulum à Poetis græcis pro epitheto piscium vsurpatur. *Elops mutus exponitur.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

NOMINA EORVMQVE ETYMVM.

Li.2.obser. c.51.

VM sit apud nos controuersum, an varia nomina, quorum etymum hoc in loco sumus expressuri, vnum, & idem animal significent; rubricam synonymiæ vocabulo inscribere noluimus. Bellonius igitur in obseruationibus animaduertit, apud Incolas Lemni insulæ versari Serpentem vulgò Laphiati nuncupatum, quem eumdem esse scribit cum eo, qui à Veteribus Elaphis appellabatur: fortassis Elaps, vel Elops scribere voluit; nisi Elopha etiam intellexerit, quem Serpentem Eliota Anglus nomen inde sortitum esse tradit, quia demorsos in lepram, seu Elephantiasim inducat. Alter Elaps, vel Elops Serpentis nomen est, quem inter innocuos Nicander in Theriacis enumerauit his verbis.

F

Αλλὰ γεμὰν ἄθλαπτα κυώπια βόσκεται ὕλην,
Οὺς ἔλαπας, λιβυάς τε, πολυσίφεας τε μυάγρους
Φραζονται.

Quorum versuum sensus sic latino sermone redditur.

Per densas habitant syluas, per opaca; lustra,
Quos Elopas, Libyasq; coronatosq; myagros
Dicunt.

Elops cum Cæcilia confunditur.

Nonnulli interpretantur ἔλοπας διὰ τὸ ἐλλείπειν τὴν ὄπα, quoniam illis deficiat visus. Verùm hi scriptores hunc Serpentem cum Cæcilia confundunt, quæ Græcis ob cæcitatem Typhlops vocabatur; vt in proprio capite enucleatum fuit. Alij tradiderunt Elopes, vel Elaphes dici quasi cerunos angues; fortè ab ἔλαφος, quæ vox ceruũ significat, aut quia huiusmodi Serpentes, ceruorum more, sint meticulosi, aut quia celeri cursu ferantur. Clarissimus Faloppius in libro de Tumoribus præter naturam, ponderans auxilia ad dissipandas strumas necessaria, meminit Ceruonis anguis, dum recul. longa consuetudine apud Nationem Apulam receptum esse, vt hoc genus anguis pro dissoluendis strumis vsurpetur: sed cum postea hunc eumdem Serpentem Coprimulgam etiam nominet, Boam intellexisse videtur. Deinde idem Author in eodem libro, pro deleanda lepra Cerueram anguem commendat, alio nomine, Anzam nuncupatam: cum tamen intellexerimus anguẽ Aesculapij apud Patauinos Anzam cognominari. Vtcumque sit, Authores in nominibus huius animalis conuenire non videntur.

Cap.18.

Ceruone. Cerueta.

Cap.32.

G

DESCRIPTIO.

MONACHI, qui commentati sunt Mesuem, promulgarunt Serpentes quosdam ceruinos similes esse nigris illis, qui multis in regionibus, & potissimum in Apulia sunt notissimi, neq; multum veneni participant: quapropter per hos fortè Boas intelligere voluerunt. Nos in Musæo Illustrissimi Senatus Bononiensis, quod olim fuit doctissimi Vlyssis Aldrouandi, inuenimus coloratam iconẽ Serpentis, lõgitudinis trium pedum circiter, cuius venter lutei est coloris, & tergus coloris leucophæi, cum tribus lineis nigris à capite ad caudam vsq; percurrentibus. Sub icone hæc nomina extant scripta, Elope, vel Elape, fortè Nicandri, Elaphis quorumdam, Laphiati incolis Lemni insulæ apud Bellonium. Elephantias fortè, & Ceruone. Quamobrem vt Lectores huius animalis figuram contemplari possint, illam hoc in loco exhibemus.

H

Descriptio Ceruonis, cuius icon datur.

ME-

www.libtool.com.cn



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

MEDELA ICTVS ELAPIS.

QI Serpens, de quo in præsentia verba fiunt, est Elaps, vt nonnulli prodiderunt. Actius examinans præsidia bestiarum venenatarum ictus debellantia, scribebat hunc in modum. Elapis porrò morsum tormina voluulosa consequuntur; aliter communibus auxilijs curantur; maximè verò ijs, quę tormina leniunt, & vrinam prouocant. His accedunt verba Plinij sic scribentis. Sunt ex piscibus seruatis medicinæ: namq; salsamentorum cibus prodest à serpente percussis; necnon contra bestiarum ictus mero subinde hausto; itaut circa vespertinam horam cibus vomitione reddatur: peculiariter si patiens à Chalcide, Dipsade, aut Elape demorsus fuerit.

Diuretica conueniũt.

Vomitus laudatur.

DE ANGVE ÆSCVLAPII. Cap. XVI.

ÆQVIVOCA.

POSTEAQVAM in capite antecedenti naturam eorum Serpentum ponderare cæpimus, qui à Nicandro inter innocuos enumerantur; libuit in præsentia anguis omnium mitissimi historiam examinare. At quoniam Serpēs hic, ad mentem Aeliani, παρεὰς, scilicet Pareas nuncupatur, nonnulla circa ambiguitatem huius nominis annotare decreuimus. Etenim hoc vocabulum aliquando substantiuè sumitur, & tunc ex Aeliani sententia, Serpentem Aesculapij designat: quandoq; adiectiuè vsurpatur; ideoq; legimus apud Suidam, & Hesychium ὄφεις παρείας, nempe Serpentes bucculentos: siquidem bucculentum animal cognominatur, quod grandi ore, & genis plenioribus est insignitum. Ideirco Ammonius referebat, quòd παρεαὶ oxytonum sunt genæ hominis; sed παρέαι, penamsiexum Serpentes quidam ore amplo esse perhibentur.

Pareæ Serpens Aeliani.

SYNONYMA, EORVMQVE ETYMVM.

MVLTA, & rara præsidia, quæ ab Antiquis huic Serpenti inesse credebantur, ei tantum & splendorem, & dignitatem addiderunt, vt Aesculapio numini valetudinis tutelari dicauerint; aliumq; Aesculapij anguem, necnon etiam Anguem simpliciter, scilicet per excellentiam nominauerint. Neq; immeritò id factum esse constat, quia solus inter Serpentes innocuus, & benignus esse fertur. Apud Aelianum hic Serpens Pareas nuncupatur: propterea ab Aristophane in Pluto introducitur Carion seruus sic loquens cum noctu in æde Aesculapij, aous ollam pulmenti plenam custodiret, & manum extenderet, clanculum sibilans arrepsit, & manum mordicus tam quam Pareas Serpens arripuit. Itaq; apud Aelianum, ex sententia Apollodori, παρεὰς & παρέα scribitur: quamuis hoc nomen per α scriptum multis non placeat; nam per diphtongum propriam scribēdum erat, deriuando nomen à παρειὰς, aut per diphtongum impropriam, scilicet per ι iota subscripto, sic enim Aeolicè nomen maxillæ scribitur. Aut dedecendum erat nomen à voce παρίων idem significante: quandoquidem hæ voces etiam μιλτοπάρηος, nimirum habens miniatas maxillas, & καλλιπά-

Anguis Aesculapij cur dicatur. Lib 8. de Anim. cap. 12.

Pareæ Serpentis etymologia.

www.libtool.com.cn

πος habens genas pulchras, ex Varino, per diphtongum ει in penultima scribendæ erãt; cum à παρειὰ originem ducant, sed vsus obtinuit, vt per η scriberentur. Aduertendum autem est, quòd παρεία nomen est commune, παρηὰ Doricum, & παρειὰς poeticum.

Itaq; Serpens hic vocatur παρείας, παρὰ τὸ πεφυσιωμένας, καὶ μεγάλας παρειὰς ἔχειν. Quoniam maxillas quodammodo tumidas, & magnas habeat: cum παρειὰ Latinis maxilla, & gena reddatur. Alij deriuant etymum à πάρειον, quæ vox interdum pro πρᾶον mite, & mansuetum significans, vsurpatur. Vnde Paream Serpentem denominatum coniiciunt, quoniam tanquam mansuetus à cunctis innoxiè pertractari possit: quamuis prior etymologia magis probetur. Legitur etiam apud Hesychium, & Varinum πυρρίας, nempe pyrrhias Serpens à colore sic nuncupatus. An verò idem sit cum Parea multi dubitant; nam color pyrrhius rufus est, & quidam Serpentes pareæ colorem æris repræsentant; potest autem color rufus appellari: etenim Paroi equi a colore rufo nuncupati fuerunt, vt in historia Equorum relatum fuit.

Alia Etymologia Pareæ.

Paroi equi quales.

Apud Rauisium Textorem, in officina, legitur Pharias Serpens oculis velox, ore lato, morsu non maligno, hac de re Aesculapio dicatus: postea addit absurdum dictu, nimirum hunc Serpentem gradientem in terra sulcum cauda imprimere, quoniam propè caudam pedes habeat. Non est reuocandum in dubium hunc authorem de Parea angue locutum fuisse; quandoquidem Lucanus idem nomen vsurpat, quando canit.

Pharias Serpens.

L. 9. Phars.

Et contentus iter cauda fulcare Pharias.

Sed melius legitur Pareas, aut potius Pareas: quamuis expositores Lucani id metri causa factum esse tradant. Albertus quoq; citans versum Lucani Pharcam appellat. Apud Vuotonum legitur Parous, vel Pareas. Ideo Gesnerus putauit hunc Serpentem esse illum, quem Circulatores Marsi Baron, quasi Paren, vel Pareum nominant. Alij Pagerina, nomine à Parea fortè detorto viuntur. Idem Gesnerus, ad exprimendum græcum etymum, Germanicè vocat hunc Serpentem Ein Baggen schlang, quia Baggen Germanis idem est, quod bucca, vel gena Latinis. Italis dicitur Bissa bona, Pataccuij Anza, Bononiæ Bissa Angela, non ab Angelo desumpta nomenclatura, vt multi perperam existimant, sed interpollato anguis nomine, nimirum Bissa Ange: cum anguis, vt superius fuit explicatum, per antonomasiam, hoc animal significet.

Baron anguis.

Pagerina Serpens.

DIFFERENTIÆ.

DIVS Serpentis, ratione loci, varias esse differentias existimamus: propterea quòd varij authores promulgarint in diuersis regionibus innoxios etiam Serpentes versari. Gesnerus in primis narrat, ex epistola cuiusdam viri fide digni, oppidum quoddam Vuisziza cognominatum à Cracouia nouem milliaria distare, vbi plurimi Serpentes vagantur, & aliquando in lectis etiam inueniuntur, sed venenatos esse negant, quia nemo vnquam ab illis læditur. Sunt etiam, ex Olao Magno, domestici Serpentes in extrema Aquilonis plaga, qui lacte vaccino, aut ouino alti, cum infantibus sub tectis colludunt, & plerumq; in eorum cunabulis, tanquam fidi custodes dormiunt. Verùm si quandoq; incendio domus deletur, aut incolæ, pestilentia sæuiente, pereant, in antris ædium Serpentes conduntur, & se adeò propagant, vt nouis habitatoribus magnam difficultatem pariant.

Angues innocui vbi.

Rursus Ioannes Leo, in descriptione Africæ, rem recitat penè admirandam, quòd in monte Ziz Mauritaniæ, quidam Serpentes innocui stabulantur, qui cũ hominibus adeo familiariter versantur, vt prãdij tempore, mẽsecus ac feles, aut canes micas à mensis cadentes legant, neq; cuipiam nisi lacessiti iniuriã inferant. Prædictis similes tradit Iulius Scaliger apud Pyrinæos Bigerones diuagari, qui non solum innoxij sunt, sed etiam sub eodem tecto versantes de eadem mensa cibum familiariter capiunt. Iterum Gesnerus prodit, quòd circulator quidam Marsus Venetijs ostendebat Serpentem Pareæ valdè similem, capite eleganti, & subflauo, corpore nigricante, maculis purpureis distincto, in lateribus linea quædam secundùm longitudinem conspicua erat, quæ paulò supra caudam terminabat, & infra caput per spatium palmi incipiebat. Longus erat Serpens dodrantes

Serpentes innoxij in monte Ziz.

Serpens Pareæ valde similis.

www.libtool.com.cn

270
Anguis Aesculapij vulgaris.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

271
Anguis Aeſcu-
lapij niger.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

drantes quatuor cum dimidio, & ex plaga orientali delatus erat, insuper veneni nihil E participabat, quoniam circulator totum anguis caput ori suo inferebat. Eandem Edoardus Vuotonus scriptis mandauit Paream Serpentem in Syriæ locis potissimum versantem duplicis esse generis: nam alij colorem eris referunt, alij verò nigricant, & si morsum inferunt non enecant: cum, ob ictus, leuis tantummodo inflammatio oboriatur: hi profectò erunt similes nostratibus, quorum alter, pallidi est coloris, alter verò nigredine perfusus est, quorum icones in superiori pagina exhibemus.

Vbi potissimum versetur.

DESCRIPTIO.

PAREAS, ex Aeliano, lato ore esse perhibetur, mordendo nihil nocet, sed cum mitis sit, atq; benignus humanissimo Deorum Aesculapio fuit consecratus. Et quamuis Aesculapij anguis, qui grassante pestilentia, F Romam aduectus fuit, cristas habuisse tradatur, vt Ouidius recitauit, quando sic cecinit.

L. 15. Metam.

——— cum cristis aureus altis
In serpente Deus prænuncia sibila misit.

Quæ prærogatiua nostro serpenti Aesculapij non assignatur. Nihilominus notandum est, poetas interdum licentiosis carminibus quasdam prosequi historias, illasq; non sine aliquo figmento exarare. Quocirca Ouidius hunc anguem cristis fortè insignitum esse finxit, non solum vt in animis hominum religionem, sed etiam vt magnam admirationem augeret, præterquamquod multi scripserunt illū anguem fuisse draconem, quare historia draconis legenda est. Noster tamen Aesculapij anguis oblongus est, sublutei coloris, aut rectius porracei obscurioris, & magis circa tergus nigricātis. Color partis inferioris prorsus est viridis, albescens tamen, qua de re vulgo apud nos aliquando dicitur Bissa bianca. Aut fortè ad contradistinctionem alterius anguis Aesculapij, qui totus nigricat. Dicunt aliqui, quod nota quædam instar crucis in dorso huius animalis apparet, fortassis ex quodam squamarum, aut laminarum ordine: quamuis in aliquibus G hoc signum non deprehendatur.

Nostratis descriptio.

ANATOMICA.

EXTERNIS huius bestiæ partibus diligenter obseruatis, internas etiam aliquantisper ponderare, non à ratione alienum esse iudicauimus. Quamobrem omissis interaneis, quæ extis, & intestinis aliorum serpentum non sunt valdè dissimilia, de quibus in Anatomicis aliorum anguium, & potissimum viperarum disseruimus; Sceleton maximè terrestre, & proinde aridissimum huius Serpentis exhibemus longum dodrantes quinq; circiter, in cuius summitate caput proportione oblongum proponitur considerandum, vtring; in ceruice duabus paruis eminentijs conspicuum, inter quas locus vacuus apparet. Maxillæ dentibus vtring; multis valdè acutis, & reflexis sunt armatæ. Præterea Sceleton à capite ad caudam vsq; in magnam exilitatem paulatim H attenuatur: quemadmodum vnusquisq; in icone sequentis Sceleti meditari poterit.

Longitudo sceleti anguis Esculapij. Exilitas cū fiderandā.

NATVRA, ET LOCVS.

HIC Serpens, quamquam benignus, & mitis, ingentes tamen irarum motus aliquando concipiens, non absque offensionis causa, ictum imprimit. Etenim anguem huius generis duabus vlnis longiorem à quodam iuuene pertractatum obseruauimus, qui iuuenis, vt in medio anguis corpore nodum formaret, illum instar funis implicabat, dum autem caput ex vna parte, & caudam ex altera traheret, vt nodus in medio magis coiret, anguis ira pereitus manum pertractantis momordit, & ex vulne-

re

www.libtool.com.cn

273
Sceleton anguis
Aeſculapij.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Quod incommodum ex morsu huius anguis sequatur.

re copiosus etiam sanguis effluxit, sed nullum aliud inde incommodum ema nauit: cum hoc animal veneni prorsus expers esse feratur. Verumtamen nisi irritetur, ab omnibus facilè tangitur, in sinu fouetur, & refrigerij gratia, interdù diebus canicularibus à multis contrectatur, & de collo suspenditur. Amplius in signum benignitatis erga humanum genus, viperæ hominibus exitiosæ ab hoc angue vorari dicuntur. Præterea huius animalis excrementa gratum moschi odorem spirare tradunatur. An verò omnes huius generis Serpentes, & an determinato tantùm tempore id præstent, nondum nobis est compertum. Memiamus itinerantes per aspes, & montana loca, æstiuis diebus, secùs aliquas sepes, & rudera, suauem veluti moschi percepisse odorem, & incolas interrogasse, an aliqua planta iucundi odoris ibi sponte cresceret, & respondisse talem odorem à quibusdam albis Serpentibus dimanare. Videtillos esse angues Æsculapij conijcimus.

Hic anguis gratũ odorẽ spirat.

Locus natalis his.

Si locum natalem huius angulum inuestigemus: notandum est hoc Serpentis genus, tàm album, quàm nigrum vbiq; ferè in agro Bononiensi, multisq; aliis in locis Italiæ stabulari, & ita domesticè cũ hominibus se gerere, vt multoties dormitãtibus in lectis sine pauore inueniantur. Immò pueri hos sæpissimè manibus, & sinu aditos gestant, vt timidas mulieres, & cæteros pueros perterrefaciant.

SIMVLACRA.

Synt. 7. Insula Tyberina quæ formã habuerit.

AESCVLAPIVS multis in locis, sed Romæ potissimùm in insula Tyberina, summis honoribus cumulatus, & cultus fuit. Quæ insula formam biremis habere videtur, cum eam formam accepisse dicatur à naui, in qua Æsculapij anguis Romam aduectus fuit. Nunc etiam (annotante Gyraldo) in Diui Bartholomæi hortis, natis marmorea cernitur, in cuius sponda Serpentis reptantis effigies insculpta est, ne tanti Serpentis memoria deleretur. At simulacrum Æsculapij ex auro, & ebore à Trasyma de Pario elaboratum describit Pausanias hunc in modum. Sedebat Æsculapius in throno virgam manu tenens, altera supra caput Serpentis collocata, cui etiam canis assistebat. Rursus idem author narrat apud Sicyonios templum Aesculapij fuisse, in cuius vestibulo imberbis Aesculapius ex auro, atq; ebore fabrefactus conspiciebatur, sceptrum altera manu, altera verò fructum domesticæ pinus stringens. Dimidiabant autem illi populi ipsum ex Epidauro in speciem Serpentis ad se malorum, bigis vectum fuisse. Hinc colligendum est hunc Serpentem non solùm Romanis, sed etiam alijs populis fuisse impertitum. Eusebius quoq; describens Aesculapij simulacrum, baculi quasi ægrotantium sustentaculi, & Serpentis inuoluti tanquam animæ, & corporis salutaris signi meminit.

Aesculapij simulacrũ multiplex.

Demùm Pausanias, in Bœoticis, memorauit ad Ercynæ ripas ædem esse, in qua signum est virgo anserem manibus præferens, deinde fluuios, & fontes intra spelunceam esse, & multa simulacra stantia, quorum sceptris angues circumuoluti obseruantur. Hinc aliqui conijciunt esse simulacra Aesculapij, & Hygiæ; quamuis alij suspicari possent esse Triphonij, & Ercynæ: cum non magis Aesculapio, quàm Triphonio angues ab Antiquis consecrati fuerint. Plura de his simulacris legenda sunt in primo capite huius libri, ad quod lectorem relegamus.

Alia simulacra cum figuris anguium.

MORALIA.

HI ex natura maligni Serpentis aliquod morale documentum hausimus, multò magis ex moribus huius benigni in omnes Serpentis, aliquid percipiendum est. Hyperides igitur in Oratione contra Demadem, rhetores serpentibus similes esse protulit. Serpentes enim omnes odio digni videntur, & ex his viperæ hominibus improbæ, & exitiosæ sunt. Pareæ verò, nempè angues Aesculapij viperas deuorare feruntur. Hinc Hyperides sentire videtur (vt Suidas, & Varinus annotant) rhetores omnes ma-

los

www.libtool.com.cn

A los esse, verùm ex ipsis alios alijs esse hominibus nocentiores, non impunè tamen, quoniam hi postmodum ab alijs rhetoribus superantur. Nos non de rhetoribus, sed de causidicis hanc similitudinem euulgare possumus, qui cunctis nocui esse feruntur: primitus obsunt aduersarijs, dum eorum iura quibusdam rationibus debellare nituntur: magno etiam sunt clientibus incommodo, dum eorum numos, & munera in dies expectant: prærerquamquod alij alijs sunt nocentiores, consequenterq; alijab alijs superantur. De his canebat quidam poeta hunc in modum. *Causidici assimilatur serpentibus.*

Vinguius & melius siquidem declamat, agitq;
Causidicus, palpet quem tua larga manus.
Sæpè Oratores spatioso ex orbe petuntur,
Vt prolongari iurgia nostra queant.
Vtq; phaleratis verbis diffundere causam
Possint, & legum garrula verba loqui.
Causidico à tali Iudex ciò fallitur is qui
Iudicij sceptrum simplicitate regit.

B Possumus quoq; hos Serpentes comparare ad illos homines, à quibus firma animi constantia, aduersa non secus ac prospera feruntur. Quandoquidem hi angues benigni summa patientia, à pueris, à mulieribus, & deniq; à cunctis innocuè se contrectari permittunt, & non nisi acriter lacessiti mordeant. Idq; non est mirandum, quòd aliquando mordeant: cum patientia læsa in furorem degenerare soleat: iuxta illud distichon. *Homines miles, & patientes his angvibus comparantur.*

Qui patitur vincit, tandem patientia læsa
Fit furor, & patiens fit furiosus homo.

Viri autem prudentes vocem populi curare non debent, & linguas mordicus lacessentes stabili patientia nihili pendere, iuxta præceptum hoc distícho contentum.

Nil sapiens curet vani ludibria mundi,
Attendatq; nihil, quod vaga turba ferat.

C

DE HYDRO, SIVE NATRICE. Cap. XVII.

ÆQVIVOCA.

VM in Aristotelis præclara animantium historia hoc scriptum legerimus, Serpentiũ alios terrestres, alios aquatiles esse, rationi consonũ esse existimauimus, examinata terrestrium natura, ad aquatilium mores ponderandos accedere. Verùm quoniam hydrus apud Hesychium, & Varinum pro determinata Serpentis specie vsurpatur, quæ in aquis duleibus vitam degit. Aelianus, & Solinus marinos etiam Serpentes hydros nuncuparunt, quos alij Authores græci ὄφεις θαλάττιους, nimirum angues marinos vocitarunt: nos in præsentia de hydris simpliciter dictis per aquas dulces vaganD tibus, prima fronte, differemus, vt deinceps de marinis etiam verba fiant. *Ordinis ratio.* *Hydri angues aquatiles.*

Itaq; nominis ambiguitatem contemplantes, Hydrum æquiuocum esse nomen comperimus: siquidem hoc vocabulum à Poetis, pro quocunq; Serpente interdum sumitur: vt patet in hoc distícho, quod de Hercule in cunabulis degente, & Serpentes manu strangulante circumfertur.

Fertur adhuc infans elisos faucibus Hydros
Alcides nuda dilacerasse manu.

Ouidius quoq; in suo transmutationum opere verba faciens de capillis Medusæ in angues transfiguratis, sic canit.

Gorgoneos crines turpes mutauit in Hydros. *Li. 5. Met.*

Sexcenta huius generis exempla, quę apud Virgilium, & alios Poetas leguntur, in medium afferre possemus; sed, breuitati studentes, ad alia æquiuoca huius nominis enucleanda descendemus. Hydrus igitur in historia quadrupedum digitatorum iuxta, alio

www.libtool.com.cn

Lutra Enhydrus vocatur.

aliò nomine enydrus, siue enydris nominabatur. Alij tradunt Hydrum nomen fluuij, & montis fuisse; sed Hubertus Goltzius authores sententijs variare asseuerat: siquidem sunt, qui Hydrum, sunt, qui Hydruntum pro eodem oppido in Messapijs scribant. Est quidem (eodem Goltzio teste) Hydrus Cretensium colonia; quoniam hi populi, ob Soli sterilitatem, rerum omnium penuria oppressi, oraculo moniti ad locum ignum, nempè ad Hydruntum, nondum ædificatum confugerunt. Hydrus hydruntis, ex Perotto, vrbs est in litore maris Adriatici inter Leucas, & Brundusium sita. Imò in Lexico geographico hydrus, siue hydruntum *Otranto* vulgo dicitur vrbs Salentinorum, vbi etiam est fluuius eiusdem nominis, quem fortè memorauit Lucanus, quando cecinit.

Hydrus vrbs Sal. Li. 5. Pharsal.

Et cunctas reuocare rates, quas auius Hydrus
Antiquusq; Taras.

Hydrus Cretensium colonia.

Hydrus hydruntis dicta.

Hydrus colonia.

Fuit deniq; tanti momenti Hydrus apud Veteres, vt locum inter cætera sydera meruerit. Etenim Hydrus est constellatio australis, quæ per tria Dodecatemoria, nimirum Leonis, Virginis, & Libræ extenditur, cui alia constellatio Coruus nuncupata insidet. Huius fabulam Ouidius in fastis prosequitur, dum narrat, quòd Coruus ab Apolline aquarum missus, cum diutissimè expectasset, dum ficus maturescerent, ijsq; tandem maturis satiatus longum Hydrum vnguibus apprehendit, hunc q; aquarum obsessorem, & longæ moræ authorem coram Apolline sibi fuisse finxit. Versus autem Poetæ sic se habent.

Fabula hydri. Lib. 2. fast.

Fortè Iouì Phœbus festum solenne parabat,
Non faciet longas fabula nostra moras.
I, mea, dixit auis, ne quid pia sacra moretur,
Et tenuem viuis fontibus affer aquam.
Coruus inauratum pedibus craterа recuruis
Tollit, & æreum peruolat altus iter.
Stabat adhuc duris ficus densissima pomis,
Tentat eam rostro, non erat apta legi.
Immemor imperij sedisse sub arbore fertur,
Dum fierent tarda dulcia poma mora.
Iamq; satur nigris longum rapit vnguibus Hydrum
Ad Dominum rediit, ficta q; verba refert.
Hic mihi causa mora, viuarum obsessor aquarum,
Hic tenuit fontes, officiumq; meum.
Addis, ait, culpæ mendacia, Phœbus, & audes
Fatidicum verbis fallere velle Deum.
At tibi dum lacteus hærebit in arbore ficus,
De nullo gelidæ fonte bibantur aquæ.
Dixit, & antiquæ monumenta perennia fecit
Hydrus, Auis, Crater sidera tacta micant.

Natricis aquiuocatio.

Hactenus nominis græci huius serpentis ambiguitatem meditati sumus: modò ad latinum vocabulum nostrum conuertemus. Itaque ὕδρος, nempe Hydrus, Latinis redditur Natrix, quæ vox hia non caret æquiuocatione; etenim si Natrix est serpens, Natrix etiam mulierem nauandi peritam significat. Amplius Natrix scutica huius serpentis

Natrix mulier.

fortè figuram æmulantem indicat: idcirco Despauterius scribebat Natricem crassam,

Natrix scutica.

& capitatam natibus impressam in penultima syllaba corripi, & Natricem pro muliere

Natrix planta aquatica.

nauandi perita produci. Demum planta Quonis, non spinosa luteo flore nuncupata, Natrix Plinij Herbariorum Lobellio nominatur, nec fortè præter rationem, quandoquidem in alueis fluminum sæpissimè inuenitur.

www.libtool.com.cn

A

SYNONYMA, EORVMQVE ETYMVM.

VM hic serpens aquatilis, nominibus varijs, insigniatur; primum à græcis inchoabimus. Nam apud Hesychium, & Varinum ὕδρος, καὶ ὑδραλὶς serpens aquaticus exponitur ἀπὸ τῦ ὕδατος, nimirum ab aqua, qua hic serpens plerumque delectatur. Alioqui ex eisdem Lexicographis græcis καρορὸς Hydra est apud Cretenses. Item pro hoc serpente ἔνυδρος, siue ἐνυδρὶς legitur: sed hoc nomen est nimis generale, comprehendit enim quicquid in aquis degit; quamuis Plinius, prædictis nominibus ad hunc indicandum serpentem, aliquando vtatur. Potius Χέρυδρος idem nomen, quod ὕδρος sumatur, quoniam hic serpens terram, & aquam colat. Vnde Nicandri interpres id totum explicat hunc in modum. ὁ Χέρυδρος ὕδρος πρότερον ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ Χέρυδρος διὰ τὸ ἐν ὕδατι, καὶ ἐν Χέρσῳ διατρίβειν. scilicet Chersydrus primum Hydrus dicitur, dum colit aquas, posterius verò Chersydrus, quoniam in aquis, & in terris diuagetur. Quamobrem diuersa huius serpentis natura effecit, vt hoc animal varias fortiretur nomenclaturas, quæ non solum apud Græcos, verum quoque apud Latinos legunatur. Latini enim, hunc serpentem in aquis versantem, Græcos imitati Hydrum, & Natricem appellarunt; quando verò, vrgente æstu, exsiccatis stagnis, & paludibus, hunc serpentem in terris diuagantem obseruarunt, pariter æmulati Græcos animal Amphibium, & Chersydrum indigitarunt.

Nomina græca.

Opinio interpretis Nicandri.

Chersydrus

Animaduertit tamen Perottus, quòd Hydrus pro angue aquatili mare, & Hydra pro fœmina sumitur: dummodo, per Hydram, monstrum illud Lerneum ab Hercule interfectum non intelligatur, de quo postea suo loco verba fient. Et quàdo Aelianus Hydras fœminino genere nominauit in Corcyra genitas, & maligno flatu hominem persequentem reprimentes, proculdubio Dryinos intelligere voluit, qui tetro odore semitas replent. Præterea Latini hunc Serpentem à nandi peritia Natricem cognominarunt, sed notandum, quòd vox, Natrix, speciem anguis indicans masculino genere efferatur, vt voluit Priscianus. Quocirca apud Lucanum legitur.

Et Natrix violator aquæ, iaculisq; volucres.

Discrimen inter hydrũ & hydrã.

Dryinus hydra dicitur Ælíano. Lib. 5.

Et apud Baptistam Mantuanum habetur. *Natrix inimicus aquis.* Gillius in Aelianum hoc animal Colubrum nuncupauit, nec præter rationem; cum Hydrus, & Coluber aquatilis minimè discrepent: quamuis Plinius scripserit iecur aquatici Colubri, item Hydri tritum, & potum lithiasi laborantibus prodesse, quasi Serpentes diuersos esse statuerit. Nos tamen vnà cum Gesnero vnum, & eumdem esse Serpentem opinamur. Georgius Agricola Calabricum Virgilij Serpẽtem in hoc Natricum genere collocauit. Hermolaus Barbarus in Plinium admiratur, cur à Theodoro Gaza nomen græcum huius animalis reddatur Lutrix, nouum potius nomen fingens, quam prisco Natricis vocabulo vti, quo Cicero, Columella, Lucanus, & alij Authores classici vsi sunt. Quamobrem concludendum est Natricem Latinorum, & Hydrum Dioscoridis à Chersydro Nicandri haudquaquam discrepare. Neq; assentiri debemus Lucano, qui, vt optimè notat Georgius Agricola, Natricem à Chersydro discriminauit.

Coluber aquatilis qualis Serpens. Calabricus Serpens. Lutrix Gaze.

Sophocles verba faciens de Serpente, qui Philocteten læsit, modò Hydræ, modò Echydnæ, scilicet viperæ meminit: ideoq; Eustathius iure optimo ponderandum proponit, num duobus his nominibus diuersi Serpentes designentur. Nos, quoad nomina, diuersa esse animantia, sed, quoad mentem Authoris, vnum tantùm esse animal arbitramur: tum quia Poetæ aliquando speciem pro specie, & interdum speciem pro genere vsurpant; tum etiam, quia nonnulli, viperarum aquatilium nomine, Natrices intelligunt, vt Cardanus, qui viperas aquam incolentes (voluit dicere Natrices) aut parum, aut nihil veneni participare retulit.

Viperæ aquatiles Cardani quæ.

Munsterus in Dictionario trilingui, Zepha, nomen hæbraicum, Hydrum interpretatur, eum aliter hæc vox, in Dictionario hæbraicolatino, aspis, vel regulus exponatur. Præterea multa nomina barbara huius animalis apud Auicennæ interpetes, Arnoldum,

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Nomina barbara.

& Albertum leguntur: vt Handrius, Andrius, Abides, Kersudurus, & similia: siquidem E
Auicennas hunc Serpentem in aquis viuentem, ex Græcorum sententia, Andrium, &
Lib. 4. fen. 6. tract. 1. c. 29. in campis degentem Kersudurum, pro Hydro, & Chersydro, cognominauit. Insuper
Auicennas dubitat, an Hydra, & Andrius, pro nomine vnius, & eiusdem Serpentis pro-
ferri possint. Verùm cum Auicennas signa morsus Hydræ symptomaribus actus Hydri
Cap. 31. Dioscoridis valdè similia esse promulget; proculdubio Hydram, & Andrium vnum, &
eundem Serpentem esse pronunciamus. Syluaticus Echydrum, & Aspisticon, anguem
in aquis viuentem, ob vehementiam suæ siccitatis, esse protulit. Italis dicitur Marasso d'Acqua, Anglis Vuatter ader. Polonis Vuodnyuuaz, nempè aquatilis Serpens. Germanis Nater nomine, quasi deflexo à latina voce, Natrix; Vnde Albertus vocem germanicam, latinam reddens Naderam hunc Serpentem nuncupauit. Padera ab aliquibus profertur, sed nomen, pro Nadera, aut Nater corruptum est. At quem Serpentem Germani hoc nomine, Nater, intelligant, Authores ambigunt. Gesnerus tamen Natricem, vel Chersydrum esse arbitratur. Belluacensis, & Author libri de natura rerum monimentis mandarunt Naderam esse Serpentem in Germania, crassitudine brachij,
Descriptio Nadera. colore ventris luteo, & dorso virenti, cuius halitus adeò noxius esse fertur, vt in cortice F
virgæ recentes cæsæ, & ori animalis admotæ vesicæ felleæ excitentur; immo fulgens gladius pariter ori bestiæ admotus lingua veneno inficitur, quod ad summitatem vsq; gladij defertur. Amplius si pes hominis à dente huius animalis vulneretur, illicò maligna qualitas, ob vim igneam veneni, toti corpori communicatur. Idcirco patiens per pedem confestim suspenditur, ne venenum ascendere possit. Hinc Gesnerus ab hac igneæ vi veneni, Paderam, seu Naderam prædictorum Authorum à Chersydro Nicandri minimè discrepare existimauit.

DIFFERENTIÆ ET DESCRIPTIO.

Hydrus in aquis pulchrior.

HYDRVS in terra versans Nicandro squalidus, & decolor esse perhibetur; quasi in aquis degens pulchrior, & nitidior refulgeat. Hoc q; assertum à doctrina Plinij minimè recedere videtur, qui aliquãdo pulcherrimum anguium genus in aquis diuagans Hydros nuncupauit. G
Alioquin Hydrus forma aspidem refert, præter ceruicem, quæ non ita lata conspicitur, deinde cinereo est colore, & nonnullis notis spectabilis, vt Virgilius meminit his versibus.

L. 3. Georg.

Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squamea conuoluens sublato pectore terga,
Atq; notis longam maculosus grandibus aluum.

Nicander olim figuram Deyini perpendens, ei caput planum, & humile, quale hydro attribuebat: postea paulò inferius hunc Serpentem aspidi assimilabat his verbis.

Nunc mea Chersydrum facili dic carmine musa,
Qui pare productu, similantiq; aspida vultu
Exprimit.

Scholiastes Nicandri Chersydro duas linguas assignauit; sed hanc proprietatem omnibus Serpentibus communem esse opinamur: cum angues cuncti linguas bifidas, & non duas exerere videantur. Gesnerus tradit in baiaeo Thermarum ad Limagum fluuium sæpè angues versari, à quibus neminem læsum intellexit. Hi sunt dodrante paulò H
Descriptio Hydri Gesneri. longiores, colore fusco, vel cinereo obscuro, cauda tenui, ventre albo, maculis nigris distincto, quales in alijs ferè Serpentibus obseruantur, capite longiusculo non lato, quos Serpentes aliquando in amplam magnitudinem excrescere audiuit. Iconem huius Serpentis apud Gesnerũ intuens Bellonius, Hydrum esse asseuerauit. Hos Hydros vulgares esse existimamus, qui circa nostras Thermas Porrectanas assiduè versantur; interdum ab ore fontis Porrectæ veteris vnà cum aqua exeunt, & illicò per terram reptantes aufugiunt: illuc enim ratione caloris aquarum confluere arbitramur: immò incolæ nemini vnquam nocuisse referunt.

Li. 16. de Anim. cap. 42.

Ex altera parte multi aliarum regionum Hydri maximam pernitiem afferre solent. Nam tradit Cresçias Cnidius, referente Aeliano, in flumine Argade ad Persicam Sit-

tacem

www.libtool.com.cn

A tacem sito, copiosos Serpentes capite albo, reliquo corpore nigro, & longitudine quatuor cubitorum generari, qui interdiu sub aqua natantes viatoribus minimè sunt cõspicui, noctu verò aquantibus, vel lintea lauantibus exitio esse solẽt. Iuba quoq; recitat, referente Plinio, in Troglodytis esse lacum à malefica vi insanum appellatum, qui ter singulo quoq; die saporẽ aquæ mutat, qui primò amarus, deinde salsus, & mox dulcis euadit, vbi Serpentes vicenum cubitorum in vndis versantes obseruantur. Item Gesnerus ex chronicis Tigurinorum manuscriptis pronunciauit, quòd die vigesima quinta Maij anni nonagesimi noni supra millesimum, & quadringentesimum, in Heluetijs Vrbe præclara, Serpens immensæ magnitudinis, sub Ponte Vrsæ amnis, natare visus est, & Spectatores viginti quinq; cubitorum circiter Serpentem fuisse coniectarunt. Nec mirum, quia in Noruegia etiam est lacus, in quo Serpens vastæ molis interdum appareret, quem emiaus intuentes longitudinis quinquaginta cubitorum esse existimarunt. Profectò non credimus esse lacus, qui aliquibus non scateant anguibus: nam & Ioannes Boccacius in libro de Lacubus hæc habet. Anius lacus Puteolis vicinus est, quem hodie sudatorij lacum, ob balneum in eius margine situm, nuncupari opinor. Immi-
B net huic ad Austrum mons silicibus plenus, ex quo aduenientе Iunio mense multi Serpentium inuicem permixtorum globi in subditum lacum se præcipitant.

Hydri locus vbi.

Hydrus magnus.

Demùm Boam ab hoc Serpentis genere excludendam non esse arbitramur: quandoquidem Georgius Agricola Boam vernaculã, & domesticam Natricem appellauit: præterquamquòd Glossæ Natricem eũdem cum Boa Serpentem esse promulgant. Solinus verò Boam à Chersydro discriminat, dum tradit Calabriam Chersydris redundare, & Boam etiam producere. Hanc sententiam omnino non explodimus, sed præterea addimus hanc Serpentis speciem: nempe Boam, ad Natricum genus referendam esse. Alioquin Hydrus, siue Hydra, ex sententia Leonis Africani, est Serpens breuis, cauda tenui, circa collum gracilis, per Libyæ Deserta, diuagans, & veneno perniciosissimo scatens, cui nullum aliud præsidium, præter amputationem partis sauciæ, resistere perhibetur.

Boa vernacula est natrix. In Polyhist. c. 3.

NATVRA, ET MORES.

C HYDRI, siue Chersydri in vndis versantes voracitati suæ deseruiunt, & insatiabilem, profundumq; ventrem, semper pisces, aut ranas esitando, distendunt: quapropter non iniuria Aristides, referente Nicandri Scholiaste, Chersydros λάρυς, nempe gulosos cognominauit. Quare audiamus Virgilium de his loquentem hunc in modum.

Delectatur piscibus, & ranis.

Est etiam ille malus Calabris in salsibus anguis,
Squamea conuoluens sublato pectore terga,
Atq; notis longam maculosus grandibus aluum
Qui, dum amnes vlli rumpuntur fontibus & dum
Vere madent vdo terræ, ac pluuialibus austris
Stagna colit, ripisq; habitans hic piscibus atram
Improbus ingluuiem, ranisq; loquacibus explet.
Postquam exhausta palus, terraq;; ardore dehiscunt
Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens
Sauit agris, asperq; siti, atq; exterritus æstu.

D Quamobrem ex doctrina Virgilij, colligimus naturam huius anguis esse talem, vt paludibus aqua redundantibus delectetur, quibus excessu caloris exhaustis, per Solum vagans terrestribus etiam ranis insidiatur: quocirca Aratus, in Phænomenis, ranas Hydrorum cibum meritò appellabat. De hoc etiam Nicander in Theriacis sic canit.

——— ac viridis celeberrimus incola stagni
Infestum ranis odium, non molleq; bellum
Infert, ac siccis vbi desinit vnda lacunis,
Egressus terra se continet hic sua membra
Squalidus, informisq; fouet, feruente sub æstu.

Addit Kiranides Hydrum esse animal vasramentis refertum: quapropter rana, ex sententia Aeliani, huius anguis metu ducta, magno clamore, illum perterrefacere conatur.

Lib. 2. de Anim. c. 15

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

280
Chersydrus
Gesneri.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A Ex altera parte rana Aegyptiaca, miro æstu Hydrũ Nili fallere nititur, dũ eminus illum conspicata, illicò fructum arundinis mordens, illud obliquum gerit, ne ab Hydro possit deglutiri. Et Hydrus tam amplo ore non sit refertus, vt ranam, & arundinem absorbere queat. Hinc nõnulli sanarũ Nili acarum prudentia cobur Hydrorum superari affirmant. Modò quale sit venenum hunc animali à natura congenitum inuestigandum est. Scripsit Apollodorus, referente Aeliano, virus Chersydri ica perniciosum esse, vt etiam contactus animalis mortui perimat. Hæc sententia non multùm recedit à doctrina Plinij, qui Hydros cæteris Serpentibus veneno minimè inferiores esse retulit: nam Dædala vrbs Lyciæ à Dædalo ibi tumulato cognominata fuit, quoniam Hydrus ex amne Nili in paludem egressus eum ad interitũ momordit. Euridices quoq; Orphei coniux Aristeum fugiens, secus fluuij ripam, læthali ictu Hydri obijsse fertur. Quamobrem Proteus Aristeum sic alloquens introducitur à Virgilio his versibus.

Aestuaria Aegyptia.

Lib. 8. de anim. c. 5. Lt. 5. c. 27.

Natura veneni hydri.

Non te nullius exercent numinis iræ:
Magna lues commissa: tibi has miserabilis Orpheus,
Haudquaquam ob meritum panas (ni fata resistant)
B *Suscitat, & rapta grauiter pro coniuge sæuit:*
Illa quidem cum te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes Hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in herba.

Præterea nonnulli sunt opinati aquam, in qua Hydrus vel moratur, vel moritur, ob teterum animalis virus, eadem, quæ cantharides, symptomata parere. Hac igitur ratione motus Lucanus canebat.

L. 9. Pharsal.

Et Natrix violator aquæ, iaculiq; volucres.

dem repetit Georgius Pictorius in Lerna malorum, quando canit.

Natrix humorem circa vitalia fundit
Lethiferum, pure, qui violator aqua.

Huic opinioni adhærens fortè Columella monebat nõ oportere paludem ædificijs esse proximam: nam exsiccata, ob calorem æstiuum, vligine, Natricũ venenatæ pestes erumpunt, ex quibus cæci morbi sæpè contrahuntur, quorũ causas medici perscrutari minimè possunt. Amplius hunc Serpentem in terra versari ẽ sequiorem esse Cælius prædicat, quàm in aqua minus veneni participet. Hoc autem assertum conforme Aetij doctrinæ esse videtur, qui Chersydrum in humectis locis esse quidem venenatum, sed per Solum repentem nocentius adipisci venenum asseueranit. Idcirco Virgilius exsiccatis paludibus, in herba iacere minimè eum esse monuit. Versus Virgilij sunt hi.

C *Natrix in terra magis virulẽtus.*

L. 3. Georg.

Postquam exhausta palus, terræq; ardore dehiscunt,
Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens,
Sæuit agris, asperq; sibi, atq; exterritus æstu.
Ne mihi tum molles sublo carpere somnos.
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:
Cum positis nouus exuuijs nitidusq; iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis, aut ova relinquens
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.

Aliter hoc Serpentis genus in aquis degens minus venenatum esse fertur; quoniam Cardanus de Natricibus agens, viperas vndam incolentes, aut parum, aut nihil venenj participare prodidit, neq; mirandum est hos angues à præclarissimo Cardano viperæ nomine fuisse donatos: siquidem memminimus in Geoponicis græcis legisse, Hydrũ, exsiccatis stagnis, in ὕδραν, nempe in Viperam degenerare. Id autem nobis haudquaquam est credibile; sed potius, Natrices, vel Hydros viperas aquatiles volgò dici arbitramur.

D *Viperæ aquaticæ quales.*

Deniq; hac singulari proprietate gaudet Hydrus, vt lapidem multis virtutibus refertum in capite generet, quem à Serpente deglobto euomi asserunt. Alij Serpentem per caudam suspendunt, & foliis lauri adustis suffiunt, eumq; per totius Mundi opsidem, obsecrant, vt lapidem deponat, quam excantandi rationem tanquam superstitiosam detestamur. Tandem lapillum ab ore anguis ejectum panno serico excipientes ad vsum seruant, quem postea ad calcem humis capitis nauis festabimus. Alij, ex Iacobo Hollerio, anguj per caudam suspenso vas aqua plenum subijciunt, in quod aliquot post horas, vel dies, eructat lapidem, qui tandem vase exceptus totam aquam absumit. Al-

Lapis genitus in hydris.

Ratio extrahẽdi lapidis ab hydro qualis.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

bertus aliquãdo se lapidem draconitem vidisse fatetur à Chelydro, aut rectius Chersydro, vel Hydro exemptum, nigrum, & pellucidum, in circuitu coloris pallidi, cuius superficies Serpentis icone refulgebat. Item Christophorus Encelius, cum de lapide draconite vbertim pertractasset, subdit postea hæc verba. Nostri quoq; Hydri, & Chersydri gemmas nonnunquam in capitibus ferunt, quas vidi. Quare lapides ab hoc authore visos fuisse constat: an verò in Serpentibus, vel alibi nascantur, non obseruauit.

Generatio lapidis. Forsitan, vt alij volunt, ex spuma mutuæ Serpentum attritionis, vernotempore, excitata, & Sole exsiccata generantur: quemadmodum etiam de Bufonibus explicatũ fuit.

LOCVS.

AELIANVS scripsit reliquit Hydras in Coreyra stabulari, & adeo tetrum spirare odorem, vt appropinquantibus nauseam generent. Verùm, vt nostra fert opinio, hic author non de Hydris, sed potius de Dryinis verba fecit, qui, vt explicatum fuit suo loco, ob insignem fœtorem, hominibus nauseabundi existunt. Tradunt quidem nonnulli circa Terracinam Italiæ, lacũ Mycleam nominatum, iuxta ciuitatem

Terracina Italiæ. desertam extitisse, cuius ciues Hydrorum multitudine pulsi fuerunt. Namq; ex Georgio Agricola, omnes paludes, putridis scatentes aquis, & piscibus carentes, Hydris, & tanis redundant, vt palus Agnani inter Puteolos, & Neapolim sita, & multæ aliæ apud nos, quarum nomina, breuitatis studio, reticemus. Quamuis Hermolaus Barbarus Hydros primùm per terram reptare, & Chersydros nominari, postea verò in aquis natare scripserit. Nihilominus Prisci Authores totum oppositum sentire videntur; nimirum Hydros in aquis primitùs versari, quibus exsiccatis, per terram, victus conquirendi gratia, serpere.

In paludibus versãtur. Hanc q; sententiam potissimum amplecti debemus, cum Aristoteles in historia Animalium tradiderit, Natrices in vndis degere victũ conquirentes, sed tẽpore opportuno ouaextra aquas parere. Idcirco Olaus Magnus, in tabula septentrionali, aues aquatiles

Ybiouapaniant. secus quemdam lacum anguem fortè Hydrum rostro stringentes pinxit: delectantur enim Hydri aquis, sed præcipuè calidis: hac de re desiderio caloris allecti, in aquis Thermarum, libentissimè natare solent. Vade Gesnerus obseruauit, quòd Redemptores balneorum ad Limagum lacum, cauentes, ne Hydri alueos subeant, laminas ferreas cre-

Aquis calidis delectãtur. bris foraminibus peruias emissarijs adduxit. Tamen hi quoq; Serpentes, aduentante bruma, aliorum Serpentum more, subterraneos meatus ingredientes ad tempus vsq; vernum occultantur. Neq; putandum est, licèt in aquis corruptis versentur, quod crassante, ob aeris corruptionem, pestilentia, immunes sint: quandoquidem Virgilius de peste agens sic canit.

Interit, & curuis frustra defensa latebris
Vipera, & attoniti squamis astantibus Hydri.

SIGNA VENENI.

Sanies vulneris qualis. SI pro cognitione symptomatum morsus huius anguis, ad Dioscoridem confugiamus, is prodidit vulnus à Natrice inflictum dilatari, liuidumq; & ingens fieri, saniemq; inde atram, & maleolentem dimanare: namq; pus vlcerum æmulari videtur. Alioquin ex Nicandro, symptomata concomitantia morsum Natricis, præter enarrata à Dioscoride, sunt extrema totius corporis ariditas, & præsertim illius partis, quæ vulne-

Partis sanie ariditas. Caligo oculorum. Bilis vomitus. ri proxima est. Nam cum veneni natura sicca sit, omnes etiam partes ægrotantis aridas reddit. Deinde pustulæ passim per corpus exoriuntur, & dolores vehementissimi excitantur. Immò quoniam à vaporibus malignis, & venenatis ad caput vsq; elatis, humores liquantur; hinc magna oculorum caligo oritur, & vomitus bilis in naturam veneni transmutatæ ægrotantem affligunt; canit igitur Nicander in Theriacis hunc in modum.

Pessimæ

www.libtool.com.cn

A *Pessima quæ fecit plagas hæc signa sequuntur,*
Arida tota cutis circum putret, horribilemq;
Eleuat aspectum, magni, ignitiq; dolores
Tandem hominem interimunt, mox plurima pustula surgit,
Ac alia ex alia bulla se parte refundunt,
Et miserum diris turbant affectibus agrum.

Quamobrem Aetius demorsis à Cherydro accidere illa symptomata retulit, quæ in ictu aliorum Serpentum prima fronte contingunt, vt tumor loci affecti, dolor continuus, vertigo, & vomitus biliosus. Demùm Auicennas in duobus distinctis capitibus, & sub duobus nominibus, nempe Andrio, & Hydra, de hoc angue verba faciens promulgauit; ex ictu Andri, dolorem vehementem, & partis læsæ inflammationem, nec non vertiginem, & vomitum choleræ fœtidæ generari; hinc fit, vt patiens plerumq; hora tertia pereat. Aetius autem legit diem tertium. Quocirca si ægrotans hunc terminum euadit, hoc inde fieri scribit Auicennas, quoniam Hydrus nondum in terram est egressus; tunc enim nocentior euadere perhibetur. Amplius Auicennas agens de morB su Hydræ pronunciauit vulnus huius Serpentis dilatari, & nigredinem adipisci, ex quo deinceps nigra, & fœtida extillat humiditas. Hæc igitur Auicennæ verba Albertus Magnus in capite de Andrio omnia retulit.

Symptomata morsus secundum Aetium.

L. 25. de Anim.

MEDELA.

PHILOCTETEM aliquot nauium Ducem in Lemno insula ab Hydro vulneratum narrat Homerus. Quamuis alij ipsum, dum aram Mineruæ aureæ cognominatæ purgaret, demorsum fuisse memorent. Vtcũq; sit, cum à Græcis ibi relictum fuisse, & magnis afflictatum cruciatibus legimus; quoniam nouerant Sacerdotes Vulcani, cui insula sacrata erat, medicinam salutarem ictis ab angue conferẽtes pristinæ saC nitati eos restituere. Denuò Orpheus Menalippo consobrino suo, & venatori, cum ab Hydro in pede percussus esset, & de vita periclitaretur, iussit Scobem Oritæ, aliàs Oritæ parti fauciæ inspergi: quo facto, tandem liber euasit. Propterea de hoc lapide apud Marbodeum sic canitur.

Li. 2. Iliad.

Scobs oritæ.

Lapidis gẽ.

Lethiferos morsus niger, atq; rotundus Orites,
Quos fera, vel cornu, vel fauo dente peregit,
Cum roseo mixtus perfectè curat oliuo.
Per vastas Eremos, interq; feras gradientes
Illæsos seruat, morsus abigendo ferarum.

Cæterùm, cum nostra ætate similia non supperatant auxilia, confugiendum erit ad medicamina, quæ in historia Anguium consimilium fuerunt exarata. Dioscorides tamen, in hoc casu, origanum tritum, & aqua subactum, & lixiuium cum oleo permixtum commendat. Immò corticem Aristolochiæ, aut quernam radicem minutim contritam præscribit; deinde farinam hordei cum aqua, & melle colliquat, & rursus Aristolochiæ drachmas duas cum posca, & deinceps succum marrubij in aceto exhibet. Marcellus in textu Dioscoridis non origanum subactum, sed maceratum legit. Præstat autem suD bactum, ex sententia Pauli Aeginetæ, vt commodius parti affectæ imponi possit. Præterea Dioscorides, & Aegineta lixiuium cum oleo proponunt. Multi tamen vocem græcam, κονίαν, non lixiuium, sed calcem, vel cinerem interpretantur, nec perperam: quãdoquidem calx, vel cinis, melius quàm lixiuiũ cum oleo, & reliquis liquidis permisceri possunt, vt instar emplastri, loco affecto applicentur. Eãdem sententiã amplectitur Cornarius in commentarijs ad Galenum de compositione medicamentorum secundùm locos. Præterquamquòd Aetius quoq; eodem Cornario interprete, calcem viuam, & similia cum oleo permisceri iubet: Insuper, ex Aegineta, succus Marrubij probatur; cum in textu greco. πράσιν legatur: verumtamen Hermolaus Barbarus legit πράσου, nempe porri, sed perperam, cum succus marrubij, & non porri passim apud Authores in hoc casu celebretur.

Li. 6. c. 51.

Aristolochia & Origanum probantur.

Calx cum oleo commendatur.

Ad finem Paulus Aegineta nasturtium syluestre, aut asphodelli fructum, vel florem,

aut

www.libtool.com.cn

L. 22. c. 17 aut semen faniculi non improbat; quæ præsidia in textu etiam Actuarij leguntur. Plinius iecore Hydrorum, ipsorummet morsui medetur. Item eryngium non parùm vtilitatis aduersus Feras venenatas allaturum esse pollicetur, & peculiariter in Chersydri morsibus, si illiniatur, efficacissimum esse prædicat. Neqs omittenda est verbenaca, quæ ad mentem Apulei, in ictibus Hydri minimè infrugifera esse perhibetur. Præterea magna antidota veluti theriaca, & mithridatium, & priuatim, ex Aetio, drachm. sucum cupressi, cum æqua portione baccarum myrti, ex melle rosaceo, vel vino, in potu exhibita, commoditatis plurimum vulneratis à Chersydro sunt allatura. Celsus quoq; sauciosà Chersydro, ex papace, prasio, & sarureia amplissimum fructum esse consecuturos promittit; dummodo exteriorem partibus, eodem tempore, sticus capiti ex aceto, vel farina hordeacea cum sale, melle, ruta, & nepeta apponatur. Tandem Auicennas aliorum opinioni adhærens, emplastrum ex calce, culamentho montano, cortice radicis quercus, & oleo paratum vulneri superponit: deinde puluerem nucum cupressi, baccarum myrti, & aristolochiæ cum vino, vel aceto propinat.

Iecur Hydrorum ad quid.

Magna antidota.

Emplastrum quale.

Posterioribus horum Colubri, & remedia fideli historia exarauit Pareus, qui, dum Carolas Nonus, apud Molinos ageret, accersitus fuit, vt coquum Dominæ à Castroperseo curaret. Hic enim lupulos legens à Colubro intra sepem latibulante fuit vulneratus; indeq; consertim dolorem fortè leuaturus, manu ori admota, vulnus fouit; quare lingua intumuit, & brachium ad scapulam vsq; est tumefactum: indeq; graui cruciatus dolore, syncope est correptus. Itaq; Pareus os patientis theriaca in vino dissoluta ablui iussit: deinde eandem theriacam cum aqua ardenti propinauit. Tumidum brachium, vt sanguis aqueus, & sanioſus exiret, profundis scarificationibus aperuit: postea aqua vitæ cum theriaca, & mithridatio permixta, vulnus abluit. Tandem patientem in lecto calido, sudore prouocato, vigilantem collocauit; hoc q; artificio ægrotus postridie omnium malignorum symptomatũ fuit expers: interim vulnere per diuturnum tempus expurgato, & theriaca frequenter loto, patiens paulò post conualuit. De Hydris vulgaribus nihil in præsenti trademus, cum raro quemquam lædant, & si aliquam partem saucient, nullum aliud symptoma, præter simplicem sanguinis fluxum, aut leuem inflammationem, patientem affligit: quemadmodum nostri ranarum venatores multoties retulerunt, qui, ad coercendas ranas, proiecto hamo cum bolo, sæpissimè Hydros extrahere solent: cum ambo hæc animãtia ijsdem humectis locis delectentur. Idcirco Corinthi erat palma ærea, sub qua insculpti erant Hydri, & ranæ, anathema ex templo Apollinis Delphici allatum.

Remedia à raceo adhibita in morsu coluberi.

Hydri vulgares parum nocui.

EPITHETA.

VAMVIS epitheta in capite de Serpente in genere recitata, huic etiam animanti competere possent: nihilominus, quoniam poeta, præter illa, alijs etiam epithetis hanc serpentis speciem sunt prosecuti; non pigebit in præsentia, hæc omnia breuiter exarare. Itaq; Hydrus, ratione coloris, ab aliquibus Græcis μέλας ὕδρος, & à Latinis niger, deinde cæruleus, & liuens fuit nuncupatus. Alijs ratione aspectus, Hydrum turpem, torum, & intortum indigitarunt. Alij meditantes huius angais crudelitatem, eum immanem, sontem, sæuum, & stridentem appellarunt. Alij, ratione figuræ, longum, & pinguem, & ratione loci, Libycum, & Niligenam nominarunt. Demum fuit nuncupatus Cadmeus, à Cadmo, Echionius, ab Echione vno ex socijs Cadmi, & Gorgoneus à Medusa Gorgo cognominata, cuius capilli in turpes Hydros transfiguratos fuisse Poetæ fabulantur. His addamus, quod Baptista Mantuanus Hydros vocat sepulcrales, aut quia in cæmeterijs aliquando versentur, aut quia demorsi ab ipsis ad sepulcrales latebras gradiantur: quamobrem ab eodem authore Hydrus aquis inimicus, & à Lucano aquæ violator fuit dictus; propterea quòd aquæ, in quibus hæ bestiæ frequenter versantur, ad vsum minimè idoneæ reddantur.

Epitheta ratione coloris.

Cadmeus. Echionius. Gorgoneus.

DENO-

www.libtool.com.cn

A

DENOMINATA.

NONNVLLOS lapides ab Hydro, vel à Natrice denominatos esse compertmus: nam Camillus Leonardus Pisaurensis, in historia lapidum, Hydrinum nuncupauit lapidem, qui in capite Hydrorum aliquando inueniri solet, cuius virtutes ad calcem huius capitis recitabimus. Rursus est alia species lapidis à Natrice nomẽ desumens, quam Germani linguam Natricum vocant. Albertus fortè huius meminit, quando scripsit se vidisse lapidem formæ pyramidalis ab Hydris, vel Chersydris exemptum nigrum, non pellucidum, & in circuitu coloris pallidi. Deinde in capite de ophite retulit ophitem Veterum ideo sic appellari, quia colore serpentes repræsentet, & illam speciem liueis cinereis, & nigricantibus Hydrorũ lapidibus omnino esse similem: quandoquidem ad Ostũ Tangræ, vbi olim regia sedes Caroli Quarti fuit, in arce templum varijs decoratum gemmis conspicitur, cuius parietes vndiq; tali ophite refulgẽt. Quapropter cum Albertus tales lapides formæ pyramidalis esse memorer, sentire videtur esse illos, quos vulgus linguas Natricum appellat. Nos glossopetras Plinij linguæ figuram repræsentantes esse arbitramur. At illa glossopetra nigricans, quæ potius linguæ Pici assimilatur, & tamen à Germanis lingua Natricis nominatur, ex Georgio Agricola, in Saxonibus Luneburgi, in terra aluminosa reperitur. Alioquin glossopetra Plinij figuram linguæ humanæ exhibet, & deficiente Luna, à Cœlo cadere creditur. Itaq; cum eadem figura pyramidalis in multis lapidibus obseruetur, non casu, sed aliqua ratione hanc lapidis configurationem factam esse existimamus. Siquidem quæ casu fiunt, non in multis, nec frequenter, sed in paucis, & rarò contingere solent. Gesnerus natrat oppidum esse in Germania Aenipontem nuncupatum, in quo glossopetra sesquicubitalis ostenditur. Nos quidem multos huius generis lapides, sed non tantæ molis conspicatos fuisse fatemur. An verò alicuius animalis possint esse lapides affirmare non audemus, & potissimum cum Gesnerus scriptum reliquerit se nunquam adduci potuisse, vt crederet in Serpentibus tales lapides generari.

Lib. 3. Lapis Hydrinus.

Lingua Natricum.

B

Glossopetra Plinij.

Vbi sit glossopetra nuncupata.

C

PROVERBIA.

ABaspera, & sæua Hydrorum natura Erasmus hoc prouerbium decerpsit. *Hydris imitior.* quod adagium in homines minimè mites, & immisericordes efferri potest. Recitatur aliud prouerbium ab Antonio Sabellico in quadam Epistola familiari, quod apud veteres authores, tum græcos, tum latinos minimè legitur. Adagium autem est tale ὕδρος ἐν τῷ πίθῳ, nimirum. *Hydrus in dolio.* Immò Sabellicus narrat, etiam fabulam, ex qua prouerbium originem duxit. Hæc autem sic se habet. Rusticus quidam cum vinum in dolio conditum minui animaduertisset, magna admiratione circumspicere cæpit, num ex aliqua vasis rima liquor exilaret, & cum nihil comperisset, suspicatus est, nùm, se absente, vicini ex dolio vinum haurire possent. Itaq; sequenti die ad opus suum exiturus dolium diligenter obsignauit. At reuersus, signis intactis, vinum nihilominus imminui obseruauit. Tunc fortunam agricolarum deplorauit, quæ non solum in vite, sed etiam in dolio calamitatem rusticis afferret. Tandem exhausto dolio, Hydrus vini potor in imo vasis repertus est. Tunc res in iocum vulgi abijt: cum admoneat Plinius angues quamquam exiguo indigeant potu, tamen, data occasione, vinum maximopere appetere. Adagium hoc minimè est inelegans, quod erit vsurpandum, quando causa non manifesta, aliquis occulta præmitur calamitate; aut quando author diuturni alicuius mali tandem deprehenditur.

Hydris imitior.

Hydrus in dolio.

Fabula, ex qua Adagium.

D

L. 10. c. 22

MO-

www.libtool.com.cn

MORALIA.

HOMINES omni sceleris genere inquinatos, & veluti quasdam Ierenas, & sentinas vitiorum Hydris, siue Natricibus assimilandos esse arbitramur. Posteaquam Suetonius, in Vita Cæsarum, prodiderit, quòd Tiberius sagacissimus senex C. Caligulæ ingenium ita perspexerat, vt aliquoties prædicaret exitio suo, omniumq; Caium viuere: & se Natricem Populo Romano, & Phætontem Orbi terrarum educare. Ex hac igitur maligna huius animantis natura fortassis Perciuallus desumpsit argumentum cuiusdam phrenoschematis, in quo Natricem effigiauit cum Dicto. HINC HORREO. Cum hoc animal siue in aquis natet, siue in terris repter, semper cæteris animantibus insidias machinetur.

Iul. Insig.

Phrenoschema.

Insuper illi, qui luxu perditam adolescentiam inchoarunt, & ferè cum lacte voluptatem imbiberunt Natricibus perbellè comparantur: nam veluti tales angues primùm in aquis viuentes ranis palustribus aluntur, & stagnis exsiccatis per terram reptantes, ranas etiam terrestres, ab consuetudinem, inquirunt. Pari ratione, qui à teneris vnguiculis in aquis voluptatũ alti sunt, per terram postea maioris ætatis gradientes, à carnis inquinamento, petulantia, & tandem ab assuetudine voluptatum minimè recedere possunt: ideoq; domi, foriſq; libidinosi, impuri, & intemperantes, etiam senescentes semper habentur. Ratio autem est hæc.

Lasciui naturibus cõparantur.

Inueteratus enim fatuus bene viuere nescit,
Nescit, & examimo fœdos depellere mores.

Immò, quod peius est, filij, & nepotes ad parentum imitationem, maximo eorum damno, inhonestam vitam ducere perdiscunt: iuxta illud.

Cum pater, & genitrix ollas, parsterq; matellas
Collidunt, pueri cacabos confringere discunt.
Fiunt æquales nati genitoribus illic,
Sunt vbi non casti signa, & monumenta pudoris.

Hinc patet, quòd hoc parentibus, & non filijs vitio assignabitur.

VSVS IN MEDICINA.

EX Colubro aquatili vtilitatem incredibilem aduersus venenum ruberæ nos esse percepturos affirmat Plinius. Verùm, ex eodem authore, inchoãdo à partibus superioribus huius animalis, maximus dens Hydri maris, si pro dentiscalpio, in odontalgia, adhibeatur, dolorem sedat. Immò dentes duo superiores huius anguis ad mitigandum dolorem dentium superiorum, & duo inferiores ad tollendum dolorem inferiorũ, ex sententia Plinij, vtiliter alligantur. Adeps verò Hydri præsertim Niliaci diligenter colligitur, & seruatur; quandoquidem natantes per flumen Nili perunguntur, ne à Crocodilis lædi possint. Tandem Plinius, iecore Hydri, se lithiasi mederi profitetur. Syphac, siue spolium Hydri ab Encelio in vsu medico cõmendatur; propterea quod eius suffimentum ad veteri, & sedis prolapsum vtiliter adhibetur. Item in Otalgia celebratur commodum, & salutare; quemadmodum Pictorius in Lerna malorum cecinit.

Li. 32. c. 7.

Dentes hydri ad quid

Adeps hydri.

Iecur.

Syphac.

Otalgiæ remedium.

Auribus exuuium confert sinuosi colubri
Ex oleo læsis, quod ponit arte sua.

Totum etiam corpus huius animalis, vel in eius defectu, vipera in olla includitur luto probè circumlita, & in igne ex sarmentis vitium excitato crematur: siquidem huiusmodi cinerem cum oleo permixtum, ad dissoluendas strumas, Syluius magnificat. Postremo loco examinãdæ sunt hydrini lapidis virtutes, quæ à varijs authoribus tantoperè celebrantur. Primitus igitur in desiccandis humiditatibus superfluis, quæ humanum corpus identidem affligere solent, non infrugiferum est medicamentum. Sed antequam in his casibus adhibeatur, Gesnerus huius lapidis bonitatem vasę aqua pleno prius experiri

Strumarũ auxilium.

Examen probitatis lapidis hydrini.

www.libtool.com.cn

A periri necessarium esse arbitratur. Conchæ igitur æneæ aqua plenæ, & signatæ lapidem circumligat, deinde si lapis est genuinus, quotidie cotylas duas, nimirum vncias decem, & octo, aquam decrescere obseruat. Quocirca in Hydrope tanquam summum præsidium commendatur. Gesnerus enim cuidam mulieri hydropicæ hunc lapidem circumligauit, cuius ventrem in dies quatuor digitos decrescere animaduertit, donec abdomen ad pristinum, & naturalem situm redierit; nam tunc lapidem abstulit, ne fortè natiuam etiam humiditatem desiccasset. Camillus Leonardus Pisaurensis & ipse huac lapidem ad Hydropicorum aquam inter cutem absumendam probat, dum Hydropicus hoc lapide circumligatus, trium horarum spatio ad Solis radios manserit: nam fœtidissima aqua per sudorem elicitur; sed cautè in vsu huius præsidij incedendum esse monet, quia non solùm extraneam, sed connatam etiam humiditatem consumit. At Kranides hunc lapillum nō modò in superfluo Hydropicorum humore exsiccando, sed in fluxu quoq; lacrymarum, & in aliarum partium ædemate dissipando summoperè extollit. Prædictis addit Camillus Pisaurensis, quòd hic lapis venenatos etiam vermes fugat, & eorum morsibus medetur, item sumptus lapidem vesicæ perfringere perhibetur.

Remedium hydropis.

L. 3. de lapid.

B

DE NATRICE TORQVATA. Cap. XVIII.

ÆQVIVOCA, SYNONYMA, ETYMVM.

C NON est in dubium reuocandū, quòd Natrix torquata hunc locum post Hydros occupare debet, posteaquàm illorum naturam participans aliquando aquas subit: ideoq; Natrix meritò fuit appellata. Idq; magis confirmare debemus, non solùm quia sit species Hydri, sed etiam quoniam nonnulli hunc anguem verum Theophrasti Hydrum esse autumant. Torquata verò cognomento dicitur, ob nonnullos circulos, vel semicirculos, quibus pars superior animalis, instar torquis, circumdatur; vnde Palumbus etiam Torquatus dicitur, cuius collum circulo quodam veluti torque cingitur. Verùm de hoc cognomento inferius, in rubrica descriptionis agetur. Scholiastes igitur Nicandri hac eadem ratione motus has Natrices φελυσφίας, nempe multis coronis insignes nominauit. Præterea has etiam vocat μυάγρους, καὶ μυόθηρας: idest murium venatores: cum tamen myagros, vel myagron, apud Dioscoridem, sit etiam herba in campis nascens, de qua suo loco agetur. Addit etiam Scholiastes hos angues alio nomine vocari ὁροφίας, sed satius est legere ὀροφίας, nimirum domesticos: cum ὀροφὶ tectum exponatur. Namq; apud Pollucem ὄροφιας ὄφις legitur. Item apud Hesychium ὄροφιας ὄφις τῶν κατ' οἰκίαν, quoniam circa domorum tecta versetur. Propterea apud Aristophanem in Lysistrata ὄφις οἰκουρός, nempe domus custos nominatur. Ideoq; verisimile est ab hoc Serpentis genere mures captari; cum circa domos versanti alius cibus D facile non suppetat. Idcirco, quando in historia mustelæ, illius antipathiam cum quibusdam Serpentibus manifestauimus, hos proculdubio intellexisse: cum hi veluti, & mustelæ muribus alantur. Quare Virgilius, quando in Georgicis, Colubrum tectis assuetum memorauit, Myagrum, & Orophiam fortè intellexit; cum hoc Serpentis genus, mures coercendi gratia, circa domos diuagetur. Hinc aliqui colligūt Natricem torquatam esse myagrum Veterum, Hydrum Theophrasti, Ophim quibusdam Græcis, Nerophim hodiè vulgò in Græcia, cuius mas Scorzone, & fœmina Scotzonera ab Hispanis vocitatur, vt aliqui autumant. Alioquin ille Serpens Hispanus, cui herba Scorzonera aduersari fertur, ab hoc Serpente, iuxta descriptionem alibi allatam, diserepare videtur. Deniq; hunc Matthiolus Serpentem nigrum appellat, eumdemq; ad remedia morbi gallici requirit, sicut apud ipsum lector videre potest. In Italia aliqui Carbonarium, alij Magnanazzo vocant. Germani, ex Gesnero Natern, alij Bicknatern, idest Natrices venenatas, inferiores Germani, & præsertim Belgæ Schnacken dicunt.

Ordinis ratio.

Natrix cur torquata dicatur.

Lib. 4 de mat. med. c. 122.

Serpentes muſtelis inuiſi quo.

Myagrus Veterum quatis Serpens.

Serpens niger Matthioli.

DIF-

www.libtool.com.cn

DIFFERENTIÆ ET DESCRIPTIO.

AETIVS Myagrum Veterum describere videtur, dum inquit, hunc anguem ex crasso in tenuem caudam abire, lato capite esse præditum, & mures comedere, neq; morsu necare, sed inflammationem tantùm inducere. Huius Natricis iconem ad viuum expressam seruamus in Musæo Illustrissimi Senatus Bononiensis, vbi conspicitur tenuis circa collum, & caput, crassior pœnes ventrem, qui postea in caudam admodum exilem finit. Color tergi nigricat, circa aluum, color inter luteum, & viridem est medius lineis nigris virgatus, huius autem nota insignis est in collo, nam maculæ candicantes è pallido, instar torquis, circulum tamen non absoluentis apparent. Inter vtrasq; maculas in summo ceruicis angustum est interstitium duarum forma squamularum, vbi maculæ vtrinq; quasi triangulari figura in acutum desinunt. Deinde maculæ nigræ splendidæ vtrinq; etiam post torquem singulæ conspiciuntur.

Descriptio Natricis torquatæ.

Olim Gesnerus serpentem huius generis conspicatus longum tres dodrantes, cum quatuor digitis obseruauit, dorso coloris fusci, capite fimo, & depresso. Alibi Gesnerus anguem myagrum, vel Carbonarium nuncupatum describens, ei caput latum, compressum, & resimum assignabat, cum colore in sincipite cinereo obscuriore, quàm alibi, dorso toto cinereo obscuro, maculis vtrinq; ad latera nigris oblongis, & paribus interuallis. At circa collum maximas latissimas, & splendentes maculas nigras gestare, retulit. In lateribus capitis post oculos, ceù calli quidam eminent, vt de Aspidibus Nicander tradidit. Post medium corporis ante principium caudæ, squamæ magis distant; itaut inter illas cutis nigricans appareat, cum alibi admodum sint confertæ. Lingua nigra est, & bifida, collo angustiori, & ventre crassiori. Squamæ tamen in ima parte, & latiores, & paululum sunt candicantes. Venter squamas habet transuersas; itaut semicirculis squamosis compactus esse videatur. In supremo capite paruæ, & multæ squamæ albæ, deinde in collo albi semicirculi cum paucis maculis nigris conspiciuntur. At dorsum versus, nigredine paulatim se dilatante, plus nigri, & minus albi apparet. Est autem hæc nigredo, præsertim quæ longius à capite discessit, obscurior, nec ita splendet, vt de aliis maculis dictum est. Cauda, quæ paulatim attenuatur, digitos octo circiter, lõga est, cuius initium maxime est conspicuum: siquidem inchoat, vbi semicirculi desinunt. Deinceps autem pars inferior binis ad exitum vsq; squamis constat, cum pars superior pluribus, & minoribus integretur. Tandem dentes parui, serrati, & duplici ordine, ex Gesnero describuntur, quare hæc descriptio Natricem torquatam aprimè repræsentare videtur. Præterea nonnulli obseruantes caudam huius animantis ex crassiore in valdè tenuem degenerare, in hanc venerunt sententiam anguem hunc Spathiurum nominari posse, cum cauda instar spathæ mucronata esse videatur.

Opinio Nicandri.

Præcepta descriptio. quadrat Natrici torquatæ.

Spathiurus serpens.

Similem Natrici torquatæ alium esse anguem multi atteſtantur, qui vocem edit satis sonoram, & æmulantem voces quarundam rubetarum, cum tamen hæc magis grata, & suauior esse feratur: qua de causa hunc anguem Natricem rubetariam cognominarũt. Et quoniam Polonis Padaliza est serpens valdè maculosus, & venustate admirandus, qui sibilo à rusticis cognosci perhibetur: ideò à Natrice rubetaria eũ minimè discrepare tradiderunt: quamuis posteà ictus remedium esse referant, vt pes patientis in scrobem terræ humidæ per diem naturalem sepelliatur. Vtcumq; sit hoc in loco tres icones exhibemus prima erit Natricis torquatæ, secunda Natricis rubetariæ, & tertia Natricis rubetariæ sceleton.

Natrix rubetaria. qualis.

Remedium ictus huius anguis.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

289.
Natrix torquata.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Natricis Rubetariæ ſceleton.



1 Maxillæ inferioris partes ſeparatæ.
2 Vertebra prona.
3 Vertebra ſupina.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

LOCVS, ET NATVRA.

DEGVNT huiusmodi Serpentes in pratis vliginosis, aliquãdo in aquis, & interdum, caloris gratia, circa sterquilinia stabulantur, vbi non rarò parere solent. Huius generis Natricem, ad finem mensis Maij, Gesnerus habuisse fertur, quæ ova quatuordecim peperit: nam constitutio anni erat pluuiosa; ideoq; tales angues admodum frequentes esse dicebantur. Verùm cum à natura sibimet hanc proprietatem comparauerint, vt mures venentur: Gesnerus obseruauit circa Lucarnum, atq; Verbanum lacum tales angues non interimi, quoniam in Vineris muribus siat infesti: immò, & muscis insidiari asserunt; quare hic Serpens non myagros solùm à muribus, sed etiam à muscis μυίαγρος cognominari poterit.

Proprietas mira huius serpentis.

Cur dicatur Myagros.

Inferiores Germani, & præsertim Flandri tradunt vaccarum vbera ab his Serpentibus interdum sugi, & postridie sequi sanguinem, quam proprietatem Prisci Boæ attribuerunt. Addunt etiam per ora dormientium libenter irrepere, hominesq; in quorum os intrarunt, sua uiter canere; deinde liberari, quando patientes supra vaporem feruidi lactis diu manserint: siquidem odore lactis illis gratissimo allecti corpora relinquentes egrediuntur, vt lacte in vase posito sibi valeant. Quoad lesionem referunt hæc animalia rarò morsu, sed potius adstrictione partiũ nocere, quoniam partem aliquam spiris adstringunt, & reliqua parte caudæ dependentis hominem verberant, qui veluti baculo percussus non leuem contusionem reportare solet.

Homines habentes in ventre cum quo modo liberentur.

MORALIA.

DVÆ huius animantis proprietates discurrendi campum moralibus præbuerunt. Primitus hoc animal leuissima de causa iram concipiens in hominem intuentem insilire solet, & spiris conuolutum cauda verberare; propterea mulieri iram facile concipienti assimilatur, quæ bilioso agitata motu in quemcumq; obuium etiam insontem rapidos motus exerceat: cum furor femineus, & Tygridis, & Lænæ catulos inquirentis sæuitiam superet. Exemplo nobis fuerunt Medea, & Progne, quæ nec etiam propriis natis peperçerunt. De hoc enim canit quidã poeta hũc in modum.

Mulier ira assimilatur huic Serpenti.

Fœmina dum insanit malefida agitata furore,
Sæuitiam superat dira Lœna tuam.
Sauior Hyrcana est hac fœmina Tygride raptos
Dum catulos sequitur; fœmina sæua magis.
Exemplum præbet nobis irata Medea,
Natos truncauit quæ furibunda suos,
Exemplumq; dabit nobis simul impia Progne,
Quæ teneri nati membra necata coquit.
Quod nisi perdoctus Iuuenalis cuncta referret
Crimina, quæ mulier fingere sæpe solet.
Vellem quandoquidem ritus memorare vetustos
Fœminei generis, & recitare dolos.
Cor mulieris enim cunctis spinosius herbis,
Felle tumet semper pectora bile dolent.

Quamobrem tutius erit, omni conatu animi, hunc bilioſum furorem, more prudentis viri, euitare: cum non solum saluti corporis, sed etiam animæ sit detrimento. Vir igitur sapiens tranquilla mente cuncta aduersa patitur: quare non immerito Leo Decimus nullam virtutem patientia esse commodiorem iudicauit: vnde nullum opus, neq; publicum, neq; priuatum curabat, cui Insigne iugi non apponeret, cum hac inscriptione. SVAVE. Viciſſim fatuus nullo prorsus moderamine coerceri potest, quin stultitiã suam vbicumque semper effundat, quod manifestatur his versibus.

Prudentis aduersus fortunã patientia.

Nempe

www.libtool.com.cn

A *Nempe furor ratione caret, præcordia frangit,*
Debilitat sensus ira seuera nimis.
Nos contra motus certa imitamur habena,
Et frænum, atq; suum sentiat ira modum.
Non sapientis erit tristari, aut corde dolere:
Pectora prudentis pectora nulla premit.
Est sapiens semper tranquillus mente quieta.
Ira trahit fatuos, insipidosq; viros.
Tempore cuncta quidem sapiens moderatur in omni,
Addit, & in cunctis rebus vbiq; modum.
Sed fatuus nullo penitus moderamine ductus.
Stultitiam effundit semper vbiq; suam.

Præterea Natrix torquata hanc alteram sibi vendicauit proprietatem, vt elato capite incedens, torquium ornamenta, quibus est insignita, quasi cunctis ostentans sibi complacere videatur. Quamobrem hanc bestiã mulieres formæ dotibus insignitæ, & etiam iuuenes nostræ ætatis elegantiforma conspicabiles æmulantur, dum assiduè in speculo facies suas spectant, & nouos vestiũ ritus in dies sibi comparantes, tanquam tot pauo-

Quidam homines Natricis torquatæ assimilantur.

B nes semetipsos circumspectant. Debent autem in mentem reuocare Pigmaleonem, qui suo labore lapideo nimium delectatus, in saxum tandem fuit transfiguratus, & Narcissum, qui propriam in vndis amplexatus iconem submersus est. De his ergo sic canitur.

Constitit hic speculum semperq;, & fungitur omni
Tempore, seu somno iaceat, lectoq; supinus,
Siue sit erectus vitro suspensus inhæret.
Othisirm muliebre quidem est, hos femina quærit
Ornatus, speculum, & pendet de fronte, puella
Retiolum, & mundum, contexta monilia, vestem
Ordinat; idq; mares hodie comitantur, aguntq;,
Vt sibimet placeant se se mulieribus æquant.
Nostri etenim iuuenes habitus gestant muliebres,
Illaq;, virgo viri, nulla est discretio rerum.
Pigmalio effigiem ferunt de marmore quondam
C *Fecisse, & proprium sibi tam coluisse laborem,*
Perditus vt fuerit vecors in marmora versus.
Fonte super vireo periit Narcissus amore,
Dum sua forma placet fatuo, quam vidit in vndis,
Stultorum numerus sic crescit, & impia turba.

Idcireo iuuenis, qui lecta venustate est conspicuus, probis etiam, & honestis moribus insignitus esse debet; cum scriptum reliquerit Galenus, quòd animi mores corporis temperaturam sequantur: quandoquidem in homine turpi, animus etiam deformis, & vitijs inquinatus regnare solet: nam elegantia animi cum pulchritudine corporis plerumq; copulatur. Alioquin de muliere formosa, & stolida scriptum est in sacris paginis, *Circulus aureus in naribus eius.* Vnde Diogenes, cum spectosum quemdam iuuenem stultè loquentem audiuisset, hæc verba protulit. Hic è vagina aurea educit gladium plumbeum. Huc quoq; spectat illa Vulpes Æsopica, quæ in officina statuarij conspicata pulcherrimum caput terreum, dixisse fertur. Pulchrum quidem est caput, sed ca-

Elegantia animi cum pulchritudine corporis copulãda.

D ret cerebro. Quapropter ad rem apud Græcos hoc adagium solet circumferri διάνοιαρος μᾶλλον, ἢ κυλὰς κυκὶς. Nimirum deformis, potius, quàm pulcher improbus. Solebat etiam Socrates Philosophus (referente Apuleio) speculo delectari, non tamen ritu fœminarum, & persuadere discipulis, vt frequenter in speculo se obseruarent, quia hoc non ad decorationem, sed ad doctrinam moralem attinere prædicabat: vt qui se formosos spectarent, animi virtutibus, hanc corporis venustatem associarent, atq; augerent. Sin verò se turpes esse conspicerent, vt virtutis ope, deformitatem corporis tegere conarentur: quare si ratione corporeæ turpitudinis à ciuilibus consuetudinibus arcentur, saltem ratione venustatis animi, ob virtutes acquisitas, ad easdem ciuiles consuetudines admittantur.

Diogenis sententia in iuuenẽ pulchrum, & stolidũ.

Diogenes speculo delectabatur

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Deniq; hanc vanam Natricis torquatæ ostentationem profectò imitantur fastosi homines, & qui vel ob genitorum nobilitatem, vel rerum egregiè gestarum copia, aut doctrina gloriantes, se iactare non desinunt. Namq; veluti hæc bestia varijs torquibus colorata, tandem inter abiectos, & abominandos animantes cõnumeratur: ita fastosi, & rerum mundanarum prosperitate, vel abundantia tumidi, tandem, vel de tenui creuerunt origine, vel quid, nonnisi indecorum patrarunt, aut scientiam primoribus tantummodo labijs attigerunt. Itaq; sapienter canebat ille, qui hos taxabat hunc in modum.

Fastosi homines assimilantur Natrici torquatæ.

Alter enim miles gestat calcaria ahena,
Alter, & in manibus Romula iura regit:
Miles ab antiqua se nobilitate superbum
Iactat, & à Tullo tempora rege notat,
Aut genus à claris patribus, quos Romulus olim
Legerat, atq; alios enumerare solet.
Forsè tamen patres habuit, qui fœnore iniquo,
Fraudibus aut alijs stemmata parta gerunt.
Plures se faciunt ex nobilitate superbos,
Quam virtute sua non meruere tamen.
Doctoris quidam titulum, nomenq; tenere
Gliscunt, se iactant, & didicere nihil.
De rebus fatuis vanissima verba loquuntur,
Esseq; prudentes, docti loquiq; volunt.
Nil sapiunt penitus, tantùm de cortice libri
Sumpserunt tituli nomina vana sui.

Postremò Natrix rubetaria iucundam, & suauem emittens vocem, sub qua postea venenum latibulatur, ad meretricem iure optimo comparari potest, quæ blandis vocibus allectos iuuenes in exitium trahere solet: quemadmodum alias recitatum fuit de Sirenibus, quæ cantu suo allectos in naufragia deducebant: has quoq; Seruius secundum rei veritatem meretrices fuisse testatur, quæ, quoniam transeuntes ad extremam redigebant inopiam, ijs inferre naufragia à Poetis fingebantur. Idcirco D. Chrysostomus ad rem scribebat. Sicuti sordes, & limus aures corporis obstruere solent: sic meretricis cantus aures mentis stipant, atq; immundas reddunt: quasi enim stercus huiusmodi colloquia auribus vestris immittant, & quod barbarus ille minabatur dicens, comedetis stercus vestrum, id nunc multi non verbo, sed re, in vobis faciunt, immò verò multò peius, atq; fœdius. Hactenus Chrysostomus. Quare sapientis viri intererit ad minimum prædicti cantus tinnitum, aures obturare, & ad imitationem Alphonsi regis Aragonum, ad altiorem contemplationem animum dirigere. Hic enim Rex, ex Syluio, dum suauiter obstrepebant (vt fieri solet in Aulis Principum) tibicines, & varijs clangoribus aures Regis obtundebant, arrepto, quod fortè ad manus erat, Ciceronis volumine, hæc verba protulisse fertur. Cessate Musici, adest enim, qui mecũ dulcioria misceat Princeps romani eloquij Tullius. Nos autem, huius loco, ad euitandam vaniloquentiam, sacris Biblijs apprehensis, multò suauiora, & diuiniora meditabimur.

Meretrix comparatur Natrici torquatæ. Homil. 38. in Matth.

De Dict. & fact. Reg. Arag.

DE BOA. Cap. XIX.

ÆQVIVOCA.

IN Hydrorum, seu Natricum numero Boam recensendam esse arbitramur, cum horum animantium moribus, & natura potiatur, veluti in antecedentibus capitibus fuit relatum. Verùm, quoniam hoc nomen, Boa, extra ambiguitatem non est repositum: propterea prima fronte æquiuocationem ponderabimus: Plinius igitur Boam quamdam affectionem humani corporis esse constituit, in qua corpus papulis quibusdam rubicundis turgescit, quæ postea sambuci ramo leuiter contactæ delẽtur. Alij

Boa morbi genus.

Boam

www.libtool.com.cn

A Boam eum esse affectum tradiderunt, quando cutis rubeis pustulis exasperatur, quas Græci hydracia vocant ab Hydro, angue, cuius ictibus talia tubercula excitantur. Quapropter Isidorus tumorem ex morsu Hydri ortum, ideo Boam appellari decreuit, quoniam fimo Bouis imposito sanetur. Quicquid alij referant, quòd Boa sit quidam morbus, cuius causæ hactenus medicis sunt incognitæ: qua de causa Vulgò *Rubello* nuncupatur. *L. 12. Orig.*

Huius affectionis etymum.

Cæterùm Festus Boam esse tumorem crurum ex labore longi itineris genitum existimauit. Quamuis Perottus oppositæ fuerit sententiæ; ideoq; scripsit Boam, siue Boam morbum esse, quando corpus papularum multitudine efflorescit, ad similitudinem earum, quæ ex morsibus Boæ serpentis resultant, idq; Festo Pompeio incognitum fuisse affirmat; quādoquidem si hoc nouisset, proculdubio Boam esse tumorem crurum, ex labore viæ productum non retulisset. Nihilominus Salmasius in Solinum sententiæ Festi videtur adstipulari, dum originem græcam huius vocabuli assignat. Inquit enim, quòd *βόη* passio ex labore exponitur, quæ vox Aeolicè *Βόη*, Latinè Boa vocatur. His addamus vnum obseruatione dignum, nimirum, quòd hodie crura diu morantium apud ignem

Boa tumor crurum.

B rubicundis quibusdā notis colorantur, quas maculas Vulgus Vaccas, quasi Boas appellat. Deniq; *Βόα*, nempe Boa fuit nomen meretricis, quemadmodum apud Athenæum legitur. *Boa fuit nomen meretricis. Lib. 13.*

SYNONYMA, ET ETYMVM.

BOA, vel Boua apud Perottum legitur, estq; Serpens, vt multi putāt, nomenclaturam sibi vindicans ab effecta, cum sit tam immensæ molis, vt bouem integrum deglutire possit. Nihilominus, ex rei veritate, hoc animal armentorum greges sequitur, & rigua vaccarum vbera fugit: quapropter à populatione Boum, ad mentem Isidori, Boæ nomenclaturam sibi vindicauit. Hinc etiam Georgius Agricola etymum deduxit, quia hoc Serpentis genus lacte bubulo primum ali existimauit. Ideo Georgius Pictorius in Lerna malorum hùc respiciens canebat.

C *Boa quidem Serpens, quam Tellus Itala nutrit*
Hunc bubulum plures lac enutrire docent.

Hanc autem falsam esse etymologiam tradit Salmasius in Solinū: cum scribat ali lacte, non esse proprium solius Boæ, sed omnium Serpentum, vt nostri rustici testificari possunt: cum omnes angues lac summopere appetant. Deducit autem etymum ex græca voce *δύης*, quæ idem significat, quod *δύτης*: at Aeoles Bæotij dicebant *βύης*, inde Boa. *Δύτης* verò redditur vrinator, quemadmodum & *δυτικὰς*, qui solet aquas subire, vt *δυτικὰ ζῶα* apud Aristotelem, nempe animantia, quæ in aquis se submergunt. Hinc clarè colligimus Boam speciem Hydri esse constituendam. Germanicè Vnke dicitur, veluti Georgius Agricola in libro de Animalibus subterraneis tradidit.

Omnes serpentes lacte summopere delectantur.

Etymologia graca.

NATVRA.

D SI naturam huius Serpentis inquiramus, ex multorum Authorum sententijs comperiemus ipsam in immensum excrescere: itaut non solum longitudo, verum quoq; latitudo sit admiranda. Namq; D. Claudio Principe, ex sententia Solini, occisa fuit Boa in Vaticano, quæ integrum infantem in aluo gestabat. Quamobrem non immeritò turpi aluo prædita esse ferebatur à Baptista Mantuano hoc versu.

Picta cutem scytale, turpi Boa flexilis alu.

Quamuis multi tradant hanc bestiam in Italia, ob frigidiorem aeris temperiem, in tantam magnitudinem minimè excrescere. In Calabria tamen hoc animal grandius obseruatur, quam alibi cum illa regio sit calidior. Cæterùm in regionibus Indicis immensa propemodum huius animantis auctio obseruari perhibetur.

Boa est magnus Serpens.

Quoad qualitatem venenficam; Albertus prodidit ictum Boæ malignum, & venena-

tum

www.libtool.com.cn

Qualitas venenij.

tum esse, sed sibi constare non videtur, quoniam paulò ante scripserat Boam esse de genere Draconum tertij ordinis: cum tamen venenum tertij ordinis non curandum, & nihili faciendũ esse statuerit. Communis tamen opinio Authorum est Boam morsu inflammationem tantummodo generare.

DE HYDRO MARINO. Cap. XX.

SYNONYMA. ETYMVM.

Ordinis ratio.

POSTEAQVAM Plinius, Aelianus, & Solinus Serpentes tam in aquis dulcibus, quàm salsis degentes, Hydros nuncuparunt, & hactenus de Hydro aquarum dulcium actum sit, rationi consonum esse iudicauimus, de Serpentibus etiam marinis sermonem habere. Et licet in historia piscium, horum mores fuerint examinati: nihilominus ad anguium historiæ perfectionem, horum etiam natura præsenti in loco ponderanda est. Isaq; Hydrus marinus Aristoteli ὕδρις παλάσσιος, nempè Serpens marinus nuncupatur. Plinio, vt in progressu historiæ patebit, Draco etiam nominatur. At Bellonius, & Saluianus hunc Plinio Ophidion quoq; dici opinantur. Verum Rondeletius, & rectè, vt nostra fert opinio, hos diuersos esse animantes ostendit. Etenim Ophidion, licèt Congro (cui colore, & corpore Serpentem marinum assimilat Aristoteles) similem esse referat: tamen Ophidion ipsi exiguus est pisces: cum tamen Serpens marinus permagnus, & non paruus dicendus sit. Rursum Saluianus tradit Serpentem marinum Aeliano planè fuisse incognitum, quoniam μύρων etiam, vt credit, anguem marinum appellari scribat. Cæterùm non animaduertit μύρων, ob anguinam figuram, ità nominari, quod hodierni etiam piscatores, ex Rondeletio præstant.

Lib. 2 hist. Animal. cap. 15.

Draco marinus Plin.

Ophidion.

DIFFERENTIÆ ET DESCRIPTIO.

Hydri marini magnitudo.

IN Africa, referente Aristotele, magnitudo marinorum anguium admiranda est: nonnulli enim (inquit) vbi triremi applicuissent, ossa multorum boum vidisse narrant, quos absumptos fuisse ab anguibus non dubitarent; cum triremes in altum productas quamprimum angues insectarentur, & nonnulli aggressi triremem euerterent. Immò Olaus Magnus tradit circa Noruegiam interdum apparere Serpentem ad centum, vel ducentum pedes longum, tranquillo etiam Mari Nautis infestum: itaut hominem interdum à naui abripiat. Nauim ab eo inuolutam asserunt tantam, quantæ ferè in nostris fluuijs maiores fieri solent, quæ mercium vecturæ destinatur, & inuolutam subuerti: deinde spiras supra mare tantas aliquando erigere, vt nauis per vnam transire posset. Idem Olaus Magnus alterius marini Serpentis iconem exhibet, quem flauo insignitum colore in Balthico, vel Suecico Oceano versari prodidit, triginta, aut quadraginta pedes longum; qui, nisi irritatus, neminem lædit. Hic quoad corporis figuram similis est ei, quem nomine veri, & genuini Serpentis marini expressimus.

Serpentes Balthici Oceani.

Plinius quoq; testificatur apud insulas quasdam ante Persidem, Hydros marinos viginti cubitorum teruisse classem. Et Solinus inter Promontorium Carmaniæ, & Arabiam, quinquaginta millia passuum interiacere, deinde tres insulas esse ait, circa quas Hydri marini viginti cubitorum longitudine egrediuntur. Sinthum fluuium maximum esse eorum, qui circa mare rubrum fluat, & plurimùm aquæ in mare educere, itaut procul abeo in pelagus aqua candicans profluat, Arrianus in nauigatione maris rubri fatetur: cæterum nauigantibus è pelago versùs hanc regionem, in qua se Sinthus amnis exonerat coniecturam de loco facere ex Serpentibus qui ex alto eis occurrunt.

Lib. 6. c. 23.

Hydri Marini vbi maximi.

www.libtool.com.cn

A ruat. Et paulò post addit; sinus, qui Baraces appellatus, valdè periculosus, & nauigantibus vitandus est &c. Ad eum autem à pelago tendentibus, loci inditium faciunt Serpentes, qui prægrandes, & nigri sese offerunt. Nam in sequentibus locis, & circa Barygazam minores, & colore luteo ad aureum inclinante obuij sunt. Denuò Barare sinus est ad fluuium ibi se exonerantem, &c. Hæc etiam regio è pelago adnauigantibus prænoscitur ex Serpentibus, qui illic obuij sunt, capite, quale Draconum est, oculisq; sanguineis. Meminit item Virgilius maximi Serpentis marini, quando de Laocoonte Neptuni Sacerdote cecinit hunc in modum.

Serpentes grãdes, & nigri.

Laocoon ductus Neptuni sorte Sacerdos
Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras,
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago pariterq; ad littora tendunt,
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubaq;
Sanguineæ exuperant undas: pars cætera pontum
B *Pone legit, sinuatq; immensa volumine terga,*
Fit sonitus spumante salo; iamq; arua tenebant,
Ardentesq; oculos suffecti sanguine, & igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

L. 2. Æneid.

Verùm, quoad Serpentem marinum propriè dictum, is ab Aristotele duobus in locis eleganter describitur. Illum enim Serpentibus terrestribus assimilat, nisi caput haberet Congro simile; item colore, & corpore Congri, sed ore terrestribus anguibus acutiore. Gillius verò vir alioquin prudens marinum Serpentem eum esse credidit, qui, aliorum virorum doctorum iudicio, eiusdem Aristoteleis Acus esse perhibetur, cuius caput in fistulam longam, acum imitantem desinit; ideoq; nostris piscatoribus tales pisces *Aguselle* ab acu nominantur, & à Gallis Trombete, quia rostrum tubam imitetur. Præterquamquod Acus à capite ad podicem, corpore est hexagono, à podice ad caudam quadrato; quæ forma neq; anguibus terrestribus, neq; marinis, neq; ipsis Congris competit. Deceptus autem est Gillius, quia Aristoteles anguibus marinis os acutius, quàm terrestribus, assignauit.

Li. 2. hist. Anim. cap. 14. & l. 6. c. 37.

Acus Aristotelis est pisces.

C Genuinum autem marinum Hydrum Bellonius, & Saluianus exhibuerunt, nimirum eumdem, quem nos multis spiris implicatum repræsentamus, non quia per mare ita inuolutus incedat, sed tantùm ad exprimendam longitudinem, ita pingitur. Addit præterea Aristoteles, in descriptione, colorem anguis marini Congro esse ὁμαυρότερον, ideest, Gaza interprete, obscuriorem. Bellonius hunc colorem obscuriorem, nigriorem exponit, quã sententiam affirmare non audet Saluianus immemor eorũ, quæ ab Aristotele recitata fuerunt, quando scripsit, complura horum anguium esse genera colore numerosæ varietatis.

Hydrus marinus genuinus qualis.

Interim ipse Saluianus suum Serpentem marinum dorso subrubro, lateribus subflauis, & imo ventre subalbido esse pronunciat. Rondeletius hoc animal sic describit. Est terreno, vel fluuiatili similimus, & ad trium, vel quatuor cubitorum longitudinem Serpens marinus accedit. Corpore est rotundiore, quàm anguilla, capite Congro simili. Maxilla superior inferiori est longior. Dentes in maxillis, & in palato, ritu murænæ, sed rariores habet. Pinnulas duas ad branchias, veluti anguilla. Colore est fuluo,
D præter ventrem, & rostrum, quæ partes sunt cinerei coloris. Oculi flauescunt. Interuis partibus à murænâ non discrepat. Huius Serpentis cadauer exsiccatum, quod adhuc in Musæo Illustris. Senatus Bononiensis seruatur, fuluum etiam colorem retinet.

Descriptio ex Rondeletio.

LO-

www.libtool.com.cn

Serpens marinus.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

299

Serpens marinus
mari Norwegico
familiaris.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

300

Serpens marinus flaui coloris mari Suetico familiaris.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

LOCVS.

SERPENTEM marinum in locis omnibus Maris indiscriminatim stabulari non est asserendum: siquidem negat Aristoteles in altissimis gurgitibus nasci. Nunquid postea flumina quoq; frequentet, in dubium verti potest: quoniam monimentis mandauit Aristoteles, serpentium alios terrestres, alios aquat les esse; quamquam maxima pars sit terrestris, exigua ferè aquatilis, scilicet fluuiorum incola. Verumtamen cum hic, de quo in præsentia agitur, nusquam in aquis dulcibus inuentus sit, marinum tantummodo esse anguem affirmabimus. Neq; hoc præcitatæ Aristotelis sententiæ repugnabit: cum ibi non de Serpentibus marinis, sed de fluuiatilibus, quos vocant Hydros, tantùm disseruerit, qui toto cælo ab anguibus marinis discrepant. Præterea hos Congro, corpore, & colore similes esse, illos verò parùm ab aspide distingui posse retulit. Demùm Hydri veneno nullis cedunt Serpentibus, cum Serpens marinus planè sit innoxius. Item Hydrus respirat, & pulmones habet, cum Serpens marinus branchiatus sit, & respiratione careat.

Lib. 2 hist. an. c. 14.

Differētiæ inter hydrū marinum, & fluuiatilem.

NATVRA ET MORES.

ARISTOTELES Serpentem marinum non solum μαυροτέρον, ideſt, vt nonnulli pertiores interpretantur, colore minus intenso, quàm sit Congrus; verū etiam αφοδρότερον, ideſt, vehementiorem esse promulgauit; siue, vt Theodorus Gaza vertit, acriorem: siquidem hæc vox ad mores huius animalis referenda est, non autem ad corporis longitudinem, vt Bellonius sapienter retulit. Si captus, dimittatur foris ſιὰν δὲ φοβηθῇ, καὶ λυσθῇ, Vuottonus sic reddit, si timeat, atque piscatores euertat) arenam rostro quamprimùm adacto terebrat, subitoq; totus. Plinius, cum alibi draconem Aristotelis, Araneum appellauerit; hoc tamen in loco, pro Serpente marino, Draconem marinum pronunciauit, dum inquit: Draco marinus captus, atq; immissus in arenam, cauernam rostro mira celeritate exsauat. Et quamquam Rondeletius Draconem, siue Araneum piscem idem etiam præstare tradiderit, nihilominus huic nullam fidem adhibendam esse putamus, tum quia hoc animal nullo rostri mucrone est instructum, vt Serpens marinus, tum quia obtusa capitis magnitudine impeditur. Quamobrem certum est, ab Aristotele hanc proprietatem Serpenti tantùm marino assignatā fuisse. Hoc autem monendum fuit, ne quis hac occasione, res diuersas confundat, id quod Albertus fecisse videtur, vt in Aranei, siue Draconis historia ostensum fuit.

Lib. 9. cap. 27.

Proprietas mira huius animalis.

Gesnerus, ex Germanico Schiltbergeri cuiusdam Bauari Monacensis libro de peregrinationibus suis, quas captiuus à Turcis obiuit, pugnam Serpentiū marinorū, & terrestrium describit, quam licèt pro certo non habeamus, eam nostro huic animāti conuenire, hic tamen eam adscribere libuit, quoniam simpliciter Serpentes marinos nominat. In Regno Genyck vocato, vrbs est nomine Sampson. Eam quo tempore ego apud Vueiasitam Turcarum Regem eram, Colubri aquatiles, Serpentes terrestres innumeri circumquaq; per milliaris ferè spatium circumdabant. Venerant autem hi è syluis, quæ maximæ sunt in vicina regione Trieusik dicta, illi verò è mari. Hi dùm colligebantur, per nouem dies, nemo, præ metu, ex vrbe egrediri audebat, quamuis neq; hominem, neq; cætera animalia læderent. Quamobrem vrbis, siue regionis Princeps, ne quisquam etiam hominum eos læderet, edicebat: non sine iussu Diuino rem adeo mirabilem, & magnæ alicuius mutationis signum euenire interpretatus. Decimo die, duo hæc Serpentium genera inchoatum diluculo confligere ad Solis vsq; occasum produxerunt, quo animaduerso, Princeps cum paucis equitibus vrbem egressus, pugnam spectare voluit; Cedebant autem Serpentes aquatiles terrestribus. Reuersus in vrbem, ac postridie denuò egressus nullos amplius viuos, sed occisorum tantùm Serpentium octo millia reperit, quos omnes, scrobe defossa, humo tegi curauit, & Vueiasitæ Regi nuper ea

Pugna Serpentū marinorū, & terrestriū.

Princeps ad spectandā pugnā Serpentum egredit.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

vrbe potito, euentum litteris nunciauit, qui, hoc ostento tanquam sibi prospero, & E
fœlicia portendente, gauisus est. Hæcille.

Serpentes autem marinos in terra aliquandiù degere posse ex Aristotelis sententia probari potest, cuius verba in capite de Congro recitata fuerunt. Item dari Serpentes, qui è terra in mare exeant, testatur Bellonius his verbis. Cum circa Abydum obambularem, in paruis quibusdam alueis, seu canalibus salsis inueni Serpentis terrestris speciem, qui toto ferè die in mari viuit, quemadmodum Coluber in aqua dulci: somni verò causa in terram egreditur. Colore fermè rubet, sed maculis etiam fuscis, aut cinereis varius est.

Serpentes à terra ali quando in mare exeunt.

VSVS IN CIBIS. ET MEDICINA.

BELLONIVS, in libro suo Gallico de piscibus, Serpentem marinum F esui quidem scribit esse aptum, quemadmodum cæteri animantes marini longi, & lubrici, vt Congri, anguillæ, mustelæ, & similes, verùm propter nimiam cum terrestri Serpente similitudinem, plerosq; ab hoc animali conspecto, tanquàm ab angue, & non pisce abhorrere assueuerat. Si vim medicam huius bestiæ perpendamus, Plinius ad vrinæ incontinentiam valere tradidit, dummodo cum radice lilij adhibeatur.

Serpes marinus edulis.

Li. 32. c. 2.

DE SCOLOPENDRA MARINA. Cap. XXI.

SYNONYMA. G

THæc Serpentium historia omni ex parte perfecta, & in genere suo absoluta esset, nonnulla de hoc animali ad Insectorum genus spectante addere libuit; tum quia inter reliquos Maris animantes, veluti hirudines, & lubricos marinos, graphicè anguem repræsentet, tum etiam, quoniam in Insectorum historia, omnes Scolopendræ icones non fuerunt impressæ. Quare cum in antecedenti capite, de Serpente marino egerimus, non erit absre in præsenti de alia bestia marina disserere. Itaq; σκολόπενδρα θαλάττια, nempe Scolopendra marina, ob similitudinem cum terrestri, ita nuncupatur, quia terrestris sic fuit nominata, quasi ἐχεσα σκολόπια ἐν τῷ ὕδρᾳ, quoniam in extremo (quod & audæ loco est) supereminent corniculum, quasi radius, atq; impectus aculeus: cum σκόλοψ furculum acutum instar aculei significet. Plinius autem hâc bestiam marinam Scolopendram semper appellauit, terrestrem verò nunquam Scolopendram, sed centipedam tantùm cognominauit, cum hoc nomen alio etiam Insecto, nimirum Oniſco, siue Asello competat, quem Vulgus centipedam, & millepedam solet indigitare. Qui plura de Scolopendris intelligere voluerit, confugiat ad historiam Insectorum, vbi de terrestribus, & marinis vbertim pertractatum fuit. H

Ordinis ratio.

Etymon Scolopendræ terrestris.

DIS-

www.libtool.com.cn

A

DIFFERENTIÆ ET DESCRIPTIO.

IN Historia Insectorum traditum fuit scolopendræ marinæ duo esse genera: nam altera in genere Insectorum, altera in genere Cætorum reponebatur, & de hac postrema in historia piscium sermo fuit habitus. Cæterùm Scolopendræ marinæ de genere Insectorum duas assignare species non dubitamus: quãdoquidem vna multis pedibus hirsuta apparet, altera verò marinum anguem æmulatur. Hæ igitur ad Aristotelis mentem, aspectu, terrestri Scolopendræ sunt similes, & magnitudine paulò inferiores, colore q; magis rubentes. At forma scolopendræ terrestris, quoad caput, & caudam diuersa est, quæ varietas in Scolopendris Rondeletij non obseruatur, immò veluti tot lumbrici apparent. Hoc autem non asseueramus non ad explodendam Rondelentij opinionem, sed vt lectori ponderandum proponamus, num sit alia Scolopendræ marinæ species, quæ descriptioni Aristotelis magis quadret. *Scolopẽdræ duplex genus.*

B Quamuis Vuottonus textũ Aristotelis, in quo scolopendræ marinæ terrestribus minores declarantur, semper suspectũ habuerit: quandoquidem si scolopendra marina esset minor terrestri, hamum quamtumuis exiguum deglutire nequiret. Et tamen idem Aristoteles, Theodoro Gaza interprete, scripsit, quando pisces, qui vulpes nuncupãtur, hamum deglutisse sentiunt, sibimet ipsis, vt centipeda, opitulantur: nam longius se se offerentes lineam abrodunt, & Scolopendræ alio ingenio se liberant, nimirum semetipsas inuertendo, donec hamus excidat: ergo hæ terrestribus maiores sunt constituendæ. Licèt multi authores textu Aristotelis decepti in eãdem venerint sententiam. Albertus enim Scolopendras marinas minores terrestribus statuit, dum inquit, Serpentes, & pisces verè dicti carent pedibus, in mari tamen versatur animal, quod vocatur quadraginta quatuor, cum tot pedes habere videatur: similq; huic aliud per terC ram diuagatur eodem appellatum nomine, sed in mari versans minus terrestri esse perhibetur. Brasauolus Scolopendræ terrestris iconem duos pollices longam ostendebat. Rondeletius minorem Scolopendram ad palmum, maiorem verò ad cubitum accedere tradebat. Gillius Scolopendram marinam, quam vidit, digiti longitudine fuisse asseruit. Deniq; Marcellus Virgilius Dioscoridis interpres marinas terrestribus sõgiores esse decreuit: nec præter rationem, quoniam nos Scolopendræ icones ad cubitum penè accedentes exhibemus, quarum altera est nuda instar anguis, altera verò pedibus hirta, & coloris amethystini. *Descriptio huius animalis.* *Quãdo ab hamo seliberent.* *Animal vocatum Quadraginta quatuor.*

NATVRA, ET INGENIVM.

D GILLIVS hoc animal, ob tetrum odorem, piscatoribus infestissimum esse pronunciat: propterea quòd hamum ab hac bestia contactum cæteri pisces fœtido pulsi odore vitent. Præterea si hoc animal hamum fortè deglutiuerit, hoc ingenio se liberare dicitur: inuertit enim se euomendo interanea, donec hamus cadat, & denuò, absorptis intestinis, non secus, atq; prius vaset. Idem confirmat Plinius, & memorat etiam Plutarchus in libro de his, qui serò puniuntur à Deo. Hinc Pierius Valerianus scriptum reliquit, quod Prisci significaturi hominem ab affectibus cruciantibus se liberantem, Scolopendram marinam effigiabãt, cum hæc bestia se inuertendo ab hamo, & piscatoribus se redimat. *Teter odor huius animalis.*

De veneno huius animalis, Aristoteles, Oppianus, & Aelianus retulerunt Scolopendram marinam, tactu, terrestri nocentiorem esse, nec non morsu vrere, & rubicundum in cute colorem excitare, quod symptoma vrticæ etiam inducere soler. Curatio autem huius veneni cum eadem sit, quæ terrestris, lectorem ad historiam Insectorum relegamus. *Hieroglyphicum scolopendræ.* *Venenum huius animalis quale.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Scolopendra marina.



VSVS IN VARIIS.

MEDICAMENTA, quæ pilos disperdunt, ad mentem Galeni, ex H comptoriis libris Critonis, primitùs ex scolopendris marinis, deinde etiam ex vrtica marina, stellis marinis, nitro, & amurca cõcinna mixti. Plinius verò sua psilothra ex cinere marinæ Scolopendræ parat: deinde eumdem cinerem cum melle, ad strumas debellandas, permiscere solet. Denique Tarentinus, ad coercendas anguillas, suam escam sic componit. Recipit scolopendræ marinæ drachmas octo, caridum fluuiatilium tãtumdem, sesami drachmam, quibus simul exceptis ad prædictum vsum vtitur.

Psilothra ex quibus parentur.

DE

www.libtool.com.cn

Scolopendra marina amethystini coloris.



DE SERPENTIBVS EXOTICIS. Cap. XXII.

AD calcem huius libri, Serpentes exoticos examinandos reiecimus, quoniã partim terrestres, partim aquatiles ab Authoribus esse traduntur. Verũ inuestigare, ad quod genus eorum peregrini, & Indici Serpentes in historijs memorati referendi sint, difficile admodum esse, ex mente doctissimi Clusij pronuntiamus. Præterquamquod scriptum etiam reliquit Aelianus, multa, & varia esse anguium genera, quorum species omnes persequi velle infinitum foret. Itaq; ne quid intactum ad hanc spectans histo-

Li. 5. Exotic. c. 29.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

riam omittatur, prima fronte ponderabimus illos angues, quorum nomina ab Authoribus proponuntur, cum tamen nostra ætate sint ignoti; deinde pedetentim per aliorum differentias partim à colore, partim à magnitudine, & à natura desumptas descendemus. Quod primùm Aelianus tradidit, Hyenam, præter animantem quadrupedem, esse etiam Serpentem veriusq; sexus participem; quocirca altero anno mas, altero famina obseruatur: eamdem sententiam Orus Apollo in Hieroglyphicis amplectitur; cum adhuc tale animal in rerum natura dari incertum sit; & præterea non est verisimile talem sexus mutationem assignari posse.

Hyena serpens vtrà detur.

Serpentes λίβυες leguntur apud Hesychium; & Nicander in Theriacis Libyas angues inter innoxios recensuit canens.

Plures reptilium, quæ non ita noxia, formæ
Per densas habitant siluas: per opaca, lustra,
Quos Elopes, Libyasq; coronatosq; myagros
Dicunt.

Ammoditæ non sunt libyes.

Scholiastes autem Nicandri λίβυας τοὺς ἀμμώδεις vocat, quasi hos Ammoditas esse senserit; sed proculdubio fallitur: quandoquidem Ammoditæ ictu interimant, cum Libyes inter angues innocuos à Nicandro collocentur.

Meminit Georgius Pictorius, in Lerna malorum, cuiusdam Serpentis Tarantæ nomine, dum canit.

In vita lædit nullum Taranta crudelis,
Post mortem Serpens, sed violentus erit.

Tarantæ Serpens.

Quid autem voluerit intelligere per Tarantam non facile est apprehendere, nisi fortè Tarantulam, stellionis speciem, de qua inter quadrupedes actum fuit. Memorat etiam Suidas Serpentes Argolos, quos Alexãder Macedo, Argo Pelasgico Alexandriam deferri, & in flumen, pro extinguendis aspidibus, conijci curauit. Item Gesnerus Mergolos angues ex Africa delatos nominat; qui postea, & quales sint, & an in aquis mergantur, vt nomen indicat, seignorare asseuerat. Insuper τρισσὸς, ἰὸς ὄφεως, nimirum Trissos species Serpentis apud Hesychium, & Varionũ legitur, sed postea nulla Serpentis descriptio assignatur. Notum solum est, quòd τρισσὸς, & Atticè τριττὸς triplex exponitur, & Aliter etiam trinus, vel ternus redditur. Tandem multa nomina barbara anguium, vt Ames, Butcia, Dunios, & Eraton apud Syluaticum leguntur, sed quos indicent Serpentes, ipsi soli notum est. Postremò hæc nomina, Guasseuabras, vel Semabras, apud Auicennam, Serpentem denotare videntur, dum inquit, quando emplastrum cum radice Endiuiæ paratum ponitur supra ictus Scorpionis, vermium venenosorum, vespæ, & Serpentis Guasseuabras, vel Semabras, proculdubio confert.

Nomina anguium barbara quæ.

Salamandræ nomen arabicum.

Verùm, si nos memoria non fallit, hoc nomine Arabico, salamandram designari, in Historia Quadrupedum digitatorum retulimus.

Differentiæ ratione colorum.

Si contemplemur exoticos Serpentes, ratione colorum, quibus decorantur, hi diuersi esse perhibentur: namq; in primis narrat Clitarchus, referente Aeliano, in India Serpentes sexdecim cubitorum genera, deinde alios multò minores varijs pigmentis distinctos, & versicolores spectari: varias enim à capite ad caudam pertingentes habent, quarum aliæ æreo, aliæ argenteo, aliæ rubicundo, & aliæ aureo colore refulgent. Item, ex Petro Bembo, Serpentes sesquipedales in aquis, & terra viuentes, specie colorata spectabiles in Cuba Insula stabulantur. Immò, ex tertia parte historiæ Indicæ, Serpentes apud Indos dijudicantur Boiquatrara nominati, quæ vox Indica angues picturatos designat. Rondeletius quoq; monstrat iconem Serpentis aquatici rufescentis à doctissimo viro Gulielmo Pelicerio Monspelliensi Episcopo obseruati, cui terrestris anguis speciem assignat, colore rubro decoratam, cum lineis obliquis, & sinuosis à dorso ad ventrem ductis, eamq; lineam à capite ad caudam protensam secantibus. Huius scissuram oris non admodum grandem, dentes acutos, & serratos, branchias apertas instar squamosi piscis, esse prædicat. In dorso à capite fere ad caudam, quædam veluti capillamenta tenuia, pariterq; in aluo obseruat. Hinc multi similem spectantes iconem, Myrum esse prodiderunt, licèt perperàm: siquidem prænominatus Serpens branchias operculo osseo tectas, pinnasq; ad natandum maiusculas habet, quibus conditionibus Myrus, & Muræna carent.

Lib. 5. hist. Venetæ.

Boiquatrara nomen Indicum.

Serpentes rubescentis descriptio.

Strabo & ipse Serpentis punicei colo. is meminit: hunc fortè Aelianus Porphyrum appel-

www.libtool.com.cn

A appellauit apud Indos nascẽtem, dodrantali magnitudine, aspectu purpuræ simili, capite candido, & dentibus carentem, quem venatores inquirunt per montes meridiei obuersos, è quibus Sardo gemma effoditur. Hoc animal non mordet, sed locus vomitu bestiæ conspersus subitam contrahit putredinem: quapropter per caudam suspensus duplex veneni genus eructare dicitur: alterum ab animali viuente reiectum, quod est nigrũ, speciemq; electri referens, alterum simpliciter nigrum, quod ab ore mortui animantis prodit. Prioris si detur tantum, quantum est granum sesami, confestim, cerebro per nares patientis effluente, necat, alterum verò exhibitum, tabem inducit. *Porphyrã serpentis descriptio.*

Ad magnitudinem exoticorum anguium mentem si conuertamus, proculdubio comperiemus in regionibus Indicis permagnos nasci Serpentes, sed in Peru maximos, & minus veneficos: siquidem Hispani, vt legitur in Historijs, Peruanam lustrantes Regionem, Serpentem longitudine viginti pedum, & latitudine proportionata offenderunt, in cuius interempti aluo parum capreolum, & integrum inuenerunt. In Malabar etiam Iulius Scaliger Serpentes octonum pedum, aspectu horribiles, innoxiosq; obseruat, qui puerorum amore facilè detinentur; ideoq; Pæderotas nuncupat. Immò B clarissimus vir Carolus Clusius narrat, quòd anno Domini tertio supra millesimum, & sexcentesimum, conspicatus est iconem Serpentis Indici longi octo pedes romanos, cum latitudine proportionata, cuius corpus, more aliorum, squamis erat tectum, & maculis variarum, & elegantium formarum cõspersum, summa parte candida, dentibus hamatis, & lingua tenui, & bisulca. Denuò in eodem libro Clusius describit peregrinum Serpentem, cuius pellis longa erat nouem pedes romanos, medio autem corpore lata pedem, supra extimam caudam latitudo erat sex vnciarum, extima verò cauda duarum, squamæ erant variorum colorum elegantissima serie distinctorum: siquidem dorsum à capite ad extremitatem caudæ nigricans, veluti clypeiformibus maculis erat ornatum. Extrema verò cauda maculis etiam nigris, sed oualis formæ distincta. Pariter latera maculis nigris alterius tamen formæ refulgebant. Vnde Clusius sibi persuadebat hanc pellem ex America, aut Insulis illi adiacentibus fuisse delatam: cum in Cuba insula magni Serpentes triginta pedes longi generentur, & humani fœmoris crassitudinem æquantes; quemadmodum Consaluus Ferdinandus Quiedus in C historia generali testificatur. Intellexit præterea Clusius hanc esse de illorum Serpentum genere, qui in interiore Brasilianorum regione nascuntur, atq; in arboribus vt plurimùm versantur, nam in aliquem vicinum insiliunt, brachiaq; multiplici nexu ligant, & quia nudi incedunt Brasiliani, os suum in anum illorum inserunt, adeoq; violenter fugunt, vt spirandi facultatem illis adimant, & nisi cultrum, vel aliud ferreum instrumentum præ manibus habeant, quo confestim animal confícere possint, proculdubio illis pereundum est. Num verò in aquis etiam versetur, non explicat. *Differentiæ ratione magnitudinis.* *Cap. 18.* *Descriptio Serpentis Americani.* *Li. 17. c. 6.* *Proprietas Brasiliani Serpentis.*

Habemus tamen in historia Americana, quòd in flumine quodam Vrquaia nominato Serpentes natant longitudine quatuordecim passuum, & latitudine duarum vlnarum, capitibus super vndas semper eminentibus, intuentes, num aliquis flumini appropinquet: nam aliquem, vel bibendi, vel lauandi gratia accedentem cauda inuolutum, in amnem trahentes deuorant. Hinc colligendum est Americam nutrire Serpentes, & colore, & corporis magnitudine ab Europeis valdè discrepantes. Immò maiori admiratione dignum est, quòd Syluicolæ Americani, Serpentes magnitudine brachij, quinq; ferè pedum longitudine, rubedine, & nigredine discolores apprehendunt, & has D immanes anguillas terrestres domum deferentes fustatim incidunt, & coctis in sumptuosis epulis vtuntur. *Anguillæ terrestres Americanorum.*

Quoad maleficam exoticorum anguium qualitatem, relatum esse superius Serpentes Indicos, vt plurimum esse innocuos, hinc tamen non fit, quin aliqui veneno redundent. Etenim Aristoteles monimentis mandauit, in regione Indica nonnullos esse paruos Serpentes tam venenosa qualitate refertos, vt incolæ, aduersus eorum virus, nullam antidotum inueniant. Rursum addit, in agro, in quo crescit Laser, anguem quemdam pusillum nasci, cuius remedium est lapis ex sepulcro cuiusdam antiqui Regis: lapidem enim vino perfundunt, illudq; confestim bibunt. Amplius in tertia parte historiæ Indicæ legimus Serpentes quosdam, apud Indos, Boiroinizaga, nempe frigidos nuncupatos diuagari, qui ictibus patientem insigni frigore afficiunt. Versantur etiam ibi alij Serpentes non admodum magni, qui proficiscens strepitum quemdam, more nola- *Serpentum exoticorũ venenum.* *Serpentes frigidi nũcupati.*

www.libtool.com.cn

308
Serpens Americanus



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Angolarum, edunt, & ictu sunt lethali. Item de alijs innumeris huius generis, historia Peruana legenda est.

Ad finem, vnum circa Serpentes exoticos, obseruatione dignum, non est omittendum, nimirùm nonnullos, ritu viperarum, fœtus viuos, non autem oua eniti: id autem duo patres Iesuitæ incidenter obseruarunt, qui in Brasiliam accedentes, vt doctrinam christianam docerent, vbi anguem magnumin spiram conuolutum, iuxta viam, iacentem conspicati, signo crucis prius muniti interfecerunt: sed mox tres, vel quatuor Serpentes minores illius generis per terram salientes viderunt, ideoq; patres admirati, tandem ex cadauere anguis occisæ eos egredi animadue. terunt: propterea reuersi baculo illud percutientes, reliquos numero vndecim exire coegerunt: quamuis postea ab Indis intellexerint ab hoc Serpentis genere quadraginta fœtus aliquando prodire. Vtrum modo dentur apud ipsos species anguium etiam ouiparæ, facile adducimur, vt id credamus; cum pariter apud nos aliæ ouiparæ, & aliæ viuiparæ obseruentur.

Serpentes viuipari reperiuntur apud Indos.

Numerus fœtus anguis Indici.

FINIS PRIMI LIBRI.

VLYS-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

VLYSSIS ALDROVANDI PATRITII BONON.

B

SERPENTVM, ET DRACONVM HISTORIÆ.

Liber Secundus.

ORDINIS RATIO.

C

OC Serpẽtum opus in duos libros, prima huius historiæ fronte, digessimus; vt in primo, notiorum examinata naturâ, in altero minus notorum, nempe Draconum mores innotescerent. Horum autem cum variæ assignentur species: primitùs ab illis, vel aliqua crista insignibus, vel ob molem corpoream, Draconibus nuncupatis, inchoabimus. Et quamuis Pausanias Serpentes, Megalaunas appellatos, ad molem trigiuta cubitorum excrescentes, quales India, & Africa nutrit, non vocari ab Epidaurijs Dracones, sed ex alio quodam genere esse affirmauerit: cum Epidaurij, ex eodem Pausania, non quosuis Serpentes ad immanem grandescentes auctum, Dracones, sed tantùm Epidaurios, illosq; sacros existumantes indigitauerint. Nihilominus communem Authorum nos secuti opinionem, in præsentia Serpentes annosos, vel aliquibus cristis præsignes Dracones nominamus. Itaq; primò facie de Draconibus alis, & pedibus carentibus agemus, postea de bipedibus, & tandem de bipedibus simul, & alatis verba fient. *Megalaunas Serpentes quales sint.*

D

DE

www.libtool.com.cn

DE DRACONE IN GENERE. Cap. I. ÆQVIVOCA.

Viri nomine Draconis vocati.

NON defuerunt, apud Priscos, viri, nomine Draconis, insignes, vt Draco Athenienſis legiſlator ante Solonem, cuius leges poſtea Solon, præterquàm, quæ de cæde erant conſtitutæ, propter ſeueritatem, abrogandas curauit: cum vnà omnibus pœna eſſet conſtituta, vt etiam deſidiæ damnarentur, aut qui olera furripuiſſent, capite plecterentur: hac de cauſa Demades hanc ſententiam proferre ſolebat: Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe, hinc ortum eſt illud adagium. *Draconis lex.* de tetricæ alicuius diſciplinæ inſtituto; & de hac legum ſeueritate apud Athenæum ſic canitur:

Qui cærula ô Venus queant
Dare liberis operam creandis, quoties
Legum Draconis ſint memores?

Draco Grammaticus. Draco etiam, ex Plutarcho, vir fuit Athenienſis, & præceptor Platonis in Muſica. Item, ex Suida, Draco Stratonicenſis non vulgaris grammaticus fuiſſe perhibetur. Draco quoq; fuit nomen illuſtris illius Ducis, qui Reginæ Angliæ ſtrenuam præbuit operam. *Draco dux quidam.* Deniq; Draco fuit nepos celeberrimi medici Hippocratis ex filio Theſſalo, de quo rurſus natus eſt Draco, & ipſe medicus, qui, ex Suida, Roxanem coniugem Alexandri Macedonis graui oppreſſam morbo diligentiſſimè curauit. *Draco medicus.*

Præter homines, ſunt alię animantes, quę Draconis nomine donantur; vt Draco marinus, Græcis δράκων θαλάσσιος, & nonnullis noſtræ ætatis Græcis δράκαινα. Hic piſcis in pleriſq; Italię locis vocatur piſcis Araneus: hœc Plinius ſeorſim & de Araneo, & de Dracone marino tanquam diuerſis piſcibus egerit: nec mirum, quoniam, & Serpens marinus, qui Ariſtoteli ὄφις θαλάσσιος nuncupatur; Plinio Draco marinus dicitur, vt in Hiſtoria Piſcium recitauimus. Pariter in Catalonia, ex Arnoldo, verſatur reptile quoddam Veſpa Arabicè dictum, quod nonnulli Draconem domorum indigitant. Non eſt autem aliud animal, niſi ſtellio, quem Tarantulam Romanorum aliqui eſſe opinantur. *Draco piſcis.* *Draco domorũ quidam.*

Draco inſuper, apud Poetas, non Serpentem modò, verùm etiam Draconem, nempè Serpentem annoſum, aut alijs prærogatiuis dotatum ſignificat. Siquidem Virgilius memorans angues, qui Laocoonta Neptuni ſacerdotem interfecerunt, illos modò Serpentes, modò appellat Dracones, dum inquit.

L. 2. Aeneid.

——— illi agmine certo
Laocoonta petunt, & primùm parua duorum,
Corpora natorum Serpens amplexus uterq;
Implicat &c.

Et paulò poſt.

At gemini lapſu delubra ad ſumma Dracones
Effugiunt, ſæuæq; petunt Tritonidis arcem;
Sub pedibuſq; Deæ clypeiq; ſub orbe teguntur.

Alibi idem Virgilius certamen Aquilæ, & anguis deſcribens, hunc modò Draconem, modò Serpentem nuncupauit his verſibus.

L. 11. Aeneid.

Vtq; volans alitè raptum cum fulua Draconem
Fert Aquila, implicuitq; pedes, atq; unguibus hæſit:
Saucius at Serpens ſinuoſa uolumina verſat.

Etymologia Draconis, & Serpentis eadem.

Idq; non ſolum apud Poetas Latinos, ſed etiam apud Græcos legitur, & hoc inde naſci arbitramur, quoniam tùm Serpentis, tum Draconis eadem etymi ratio eſſe videtur cum

www.libtool.com.cn

A cum δράκων παρὰ τὸ δέρκεσθαι, ideſt à cernendo dicatur; deinde ὄφιν vocamus ἀπὸ τοῦ ὀπτεύω, quod idem ſignificat.

Inter vegetabilia nonnulla recenſentur, quæ Draconis nomen ſortita ſunt. Colitur enim in hortis quædam planta guſtu acris, in acetarijs frequentis vſus, Draco nominata; cuius neq; Græci, neq; Mauritani meminerunt: cum mangonio cultorum ſagacitatis eſſe feratur. De hac in Rubrica Denominatorum fusè, latèq; agetur. Draco eſt etiam arbor procera, ex Cluſio, procul intuentibus Pinum referens, foliis Iridis ſemper virentibus, cuius truncus admodum ſcaber multis rimis dehiſcit, diebus canicularibus humorem fundens, qui in rubram lacrymam denſatus ſanguis Draconis nuncupatur. Demùm Plinius, & Columella palmitem multis induratum annis, ob tortuoſitatem, Draconem nominarunt. Poſtremò quidam fluuius Italiæ Draco dicitur, ſcilicet, qui Agrum Mutinenſem à Regienſi diſcriminat. *Lib. 1. de plant. cap. 1.* *Draco arbor.* *Draco riuus.*

Si recedentes à terrenis, ſublimiora parumper contemplemur, incidemus in Draconem volantem, quem Meteorographi inter paſſiones ignitas connumerarunt. Hic igitur ab habitu non admodum calido, nec valdè coagulato, & compreſſo dimanat, qui B dum in ſublime vehitur, occurrẽs: frigidæ nubi, ab ea truditur, deinde aut motu, aut per antiperiſtaſim accenditur, & quoniam frigidę nubis impulſu flectitur, tunc in modum figuræ Draconis curuatus, nomen etiam ſortitur. Quid plura? In Cęli quoq; parte Aquilonari Draconem noctu intuebimur, de quo ſic canit Clarauaceus in Faſtis. *Draco volans eſt ignita paſſio*

Vtq; videt Cælum, Cælo videt ipſe Draconem,
Pectore qui toto ſydus vtrumq; tenet.

Nam hic cæleſtis Draco minori vrſæ proximus refulget, vt canit Seneca. *Tragœd. 2.*

Fluminis inſtar lubricus anguis
Magnoq; minor iuncta Draconi
Frigida duro Cynoſura gelu.

Fabulati ſunt Poetę hunc Draconem hortis Heſperidum inuigilaſſe, ſed ab Hercule interemptum, ob laborem, & vigilantiam, inter ſydera fuiſſe locatum. Hæc conſtellatio ſtellis triginta, & vna integratur, cui ſuccedit ſydus Herculis ſiniſtro pede quodammodo Draconis caput prementis: idcirco ſic canitur in Phænomenis Arati. *Draconis cæleſtis ſitus.*

C *Haud procul efficiens, vnde eſt defecta laboxe,*
Non illis numen, non magnâ cauſa laboris.
Dextro namq; genu nixus, dimerſaq; tendens
Brachia, ſupplicitęr paſſis ad Numina palmis,
Et capiti figit veſtigia ſeua Draconis.

His addamus Solem à Veteribus Draconem appellatum: ſiquidem Porphyrius Solem à Priſcis Lacertum, Leonem, Draconem, & Accipitrem nuncupatum fuiſſe diuulgauit. Immò ad incorporeas etiam ſubſtantias hoc nomen extenditur, cum D. Hieronymus inter cognominata Diaboli Draconem enumerauerit. *L. 4. de Abſtin. ab Animm.* *Draco diabolus.*

Inanimata verò ſunt multa, quæ Draconis nomine ſignantur. In primis, Draco apud Chymiſtas eſt argentum viuum; vnde aqua Draconis ab ipſis aqua Mercurij nominatur, de quibus legẽdus eſt Mercolinus in libro de lapide philoſophico. Draco apud Plinium eſt mons Aſiæ, & apud Sophoclem cohors Parthorũ fortè ad formam Draconis inſtructa. Amplius, Draco eſt nomen laquei, ad talum luxatum ligandum, ab Oribaſio deſcripti; immò Dracones ab eodem Authore cognominantur in machinamentis, quę ad formam manubrioli ductorij fabrefiunt. Polybio δράκοντες dicuntur μάγγανοι, καὶ D παρίζηφα, καὶ βραχιονιστῆρες, nimirum Dracones, ad mentem Polybij, catellas, armillas, ſpinteres, murenulas, brachialia, ſpathalia, & ſimilia ſęminarum monilia denotant. *Draco eſt argentum viuum.* *Draco mõs Aſia.* *Draco laqueigenus* *Li. 6. epigr. 86.*

De ſimili Draconе locutum fuiſſe Martialem multi autumant, quando cecinit. *In l. de Aquis, & metall.*

Si gelidum, collo nectit Glacilla Draconem,

Cum tamen ibi poeta de Dracone animali à Glacilla in delicijs habito ſermonem habuerit. Meminimus legiſſe apud clariſſimùm Faloppium, Draconis nomine, olim Romanis fiſtulam eneam longiſſimam, in plures gyros, inſtar ſpirarum Draconis, contortam deſignari; qua artificioſus fons conſtruebatur; vnde poſtmodum aqua continuò calida ſcaturiebat. Huic mechanico experimento addendus eſt Draco volans, quem ingenioſi opifices ex arundinum paxillis, papyro, & puluere pyrio ad formam Draconis concinnant, vt in publicis ferijs, hęc machina per longum funiculum ignem *Draco fiſtula.* *Draco volans artificiatus.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

concipiens, in aere maximo conitru, & spectantium admiratione dissiliat. E

Neq; omittendi sunt Dracones, quos circum foranei ex Raijs exsiccatis pro arbitrio fingunt, vt illos ignauo ostentantes Vulgò, facilè rerum naturalium imperitos decipiant. Quare in gratiam lectoris duas icones simulati Draconis representare libuit. His notatis de huius nominis ambiguitate, succedit Draco Serpens, de quo in praesentia verba fiant, cuius femina δράκαινα, nempe Dracæna nominatur: cum tamen Dracæna Circe apud Sophoclem vocata fuerit, immò & Dracæna recentioribus Græcis Draco marinus vocatur, & tandem Dracæna est radix, quam Carolus Clusius inexoticis à Donante cognominauit.

Dracones simulati.

Dracæna est nomen æquiuocū.

SYNONYMA, ET ETYMVM.

RETERVNT commentaria Isidori hanc bestiam Græcis δράκοντα nuncupari, propterea Latinis vocabulorum inopia coactis Draconem dici. Hodie etiam in Græcia δράκος vulgò nominatur; quapropter Iulius Scaliger etymum huius animalis παρὰ τὸ δρᾶν ἔχος deriuat, quoniam hoc animal nonnisi dolorem, & mœrorem hominibus afferat. Nobis tamen semper magis arrisit communis etymologia, dum δράκων deducitur παρὰ τὸ δέρκεσθαι, nempe ab acuta visione, cum δέρκω acutis oculis intueri significet. Itaq; non cit a rationem canebat ille. F

Etymū draconis ex Scaligero.

Et Draco Cratippeis obtutu dictus ab acri,
Cui data cernendi vis peracuta fuit.
Pernigil est, nec non oculis Draco dormit apertis,
Membra rigat quoties fessa labore sopor.

Vade Poetæ hac dicti ratione Dracones thesaurorum custodes esse finxerunt; immo Aristophanes hùc respiciens, duos finxit Dracones, in templo Aesculapij oculos Pluti lambentes, cuius actionis beneficio, ille cum cæcitate laboraret, cernere cæpit.

Dracones etiam, ex Isidoro, Syrenæ appellari videntur; cum in Arabia Syrenas Serpentes esse alatos promulgauerit; qui gradiendo, non currere, sed potius volare traduntur. Si nugamenta Authoris libri de natura rerum inuestigemus, cõperiemus Draconem in Asia trifariam nuncupari, nempe Serpentem, cetum, & leuiathan: cum per terram serpere, in aquis natare, & per aerem volare feratur. Si nomen hæbraicum Draconis inquiramus: notandum est, quòd Thannin, ex sententia Pagnini, Serpens est, aut Draco, aut piscis ingens tanquam Draco. At nomine Thanniim, secundum Vuolphium in Nehemiam, Hæbrei vocant terribiles Serpentes, nempe Dracones, & belluas marinas, quæ Tyanni appellantur. Hæbraica vox, Oach, quæ in numero multitudinis format Ochim, videtur Dracones significare: nam quando apud Esaiam legitur Babylon subuertetur, & implebunt domos eorum Ochim. Munsterus vertit Cercopithecos, Dauid Kimbi opinatur esse animantes similes felibus, quæ vulgò vocantur Marres, D. Hieronymus reddit Dracones. G

Trifariam vocatur draco.

Nomina hebraica draconis. Cap. 13.

Chaldaica vox Darcon, nonnullis Serpens, Munstero Draco exponitur. Albedisimon Persin ab Auicenna, ad genera Draconum reducitur. Immò Alhatraf, nec non Haudem ab eodem authore refertur ad genus Serpentum, qui mordendo, tantùm vulnere, & non veneno nocent, veluti Dracones. Nam idem Auicennas Harem, Carnen inter Dracones marinos collocat, de quibus in Historia Piscium actum fuit. Verùm Ahedisimon, Alhartraf, Haudion, & Talyacus sunt nomina Barbara, quæ Albertus ad genera Draconum retulit. Germanice dicitur Lindmurm, Gallicè vn Dragon, Italicè Drago, & Dragone. H

Nomina Barbara draconis.

DIF-

www.libtool.com.cn

Draco ex Raia effictus.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

316

Draco alter ex Raia exſiccata concinnatus.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

DIFFERENTIÆ.

QVAMQVAM infiniti prorsus sit negocij, cunctas Draconum species exprimere, & explicare: nihilominus ex bestiæ magnitudine, loco, colore, figura, & venefica qualitate illas eruere conabimur. Ratione magnitudinis, Aurelianus, & Aetius minorem Draconem quinq; cubitorum, & maiorem triginta esse statuerunt: cum tamen Greuinus optimè decreuerit, pro diuersitate regionis, & loci natalis, prædictas Feras, & maiores, & minores inueniri. Quandoquidem Eugetis Regis ætate, Dracones septem, & nouem cubitorum visi sunt, & tertius in Æsculapij templo altus fuit. Immò Marcus Polus, in Prouincia *Carazam* cognominata, Dracones bipedes decem B cubitorum fabulari narrauit. Regnante Philadelpho apud Aegyptios, duo Dracones viui tredecim, & quatuordecim cubitorum ab Æthiopia Alexandriam delati fuerunt. Item D. Hieronymus memini Draconis quindecim cubitorum, deserta Aegypti loca incolentis. Aelianus author est, quòd Aethiopia generat Dracones ad longitudinem triginta, & quadraginta cubitorum excrescentes, quos Elephantorum interfectores nominant. Scribit quoq; Petrus Crinitus ab Octauiano Augusto, Draconem quinquaginta cubitorum Romæ nutritum fuisse, quem postea Populo Romano ostentare consueuerat. Nec; mirandum est, quoniam Philostratus Dracones longos ad cubitos sexaginta reperiri astruit; quam opinionem authoritate Aeliani stabilire possumus, qui in historia Animalium, Alexandro apud Indos versante, Draconem, ex coniectura, septuaginta cubitorum visum fuisse pronunciat. Pariter & octuaginta cubitorum fuerunt Dracones, quos Apollonius Indus, ex Oneticrito Astypalæo, nutriuit: cum secundùm Strabonem, Dracones etiam centũ cubitorum prodigiosæ fuerint magnitudinis.

Scribit quoq; Possidonius (referente Fulgosio) prope Damascum, Draconem longum ad pedes quadraginta supra centum olim versatum fuisse. Item Strabo, ex Possi- C donio, in Macra iuxta Iordanem, fuisse Draconem tradit longum nihilominus iugero, adeoq; altum, vt duo equites hinc inde locati se intueri minimè possent. A Luciano Dracones pellæi in Macedonia immensæ magnitudinis memorantur, & à Gellio habemus, bello primo Punico, Attilij Reguli consulis exercitum in Africa versantem à vasto Dracone affligatum fuisse. Insuper prodit Egnatius in varia historia, quòd, regnante Basilisco, in Constantinopolitana Bibliotheca vigenti milie libris supra centũ exornata, visebatur intestinum Draconis longum centum, & viginti pedes; in quo Homeri poemata, tam Ilias, quàm Odyssæa litteris aureis erant exarata. Deinde nuperi etiam Authores Veterum scripta videntur stabilire; dum Ioseph Iesuita, anno sexagesimo supra milesimũ, & quingentesimum ex Brasilia scripsit, se illic obseruasse Dracones, qui & ceruos, & maiores etiam animantes deglutire possent; additq; Tapuram esse maximum, & voracissimum Serpentem, qui interdum solido aliquo animali vorato, ob ægram concoctionem, humi stratus ad ventris vsq; putrefactionem moratur, donec superuolantes aues, aperta aluo, quod intus putridum est, absumpserint: quamq; venter exinanitus sponte coaluerit, & bestia denuò ad prædam proficiscitur. Quamobrem D nulla debemus teneri admiratione, si Diuus Augustinus pronunciauerit Draconem esse collocandum inter maiora animantia, quæ super terræ superficiem gradiantur.

Si differentias horum animalium, ratione loci natalis, inquiramus. Gretius fuit huius opinionis, quæ de Draconibus Libycis, & Indicis memoriæ sunt prodita, potius fabulosa, quàm verisimilia esse, & potissimũ, quæ de Dracone ex Lupa, & Aquila genito nonnulli promulgarunt. Verumtamen cõtemplantes loca peculiaria, compertum est, ad mentem Philostrati, alios in montibus, alios in locis palustribus diuagari, qui tardi sunt motus, caput vix attollunt, cristis carent, & denique Dracænis assimilantur: cæterum hic author, ratione cristæ, Draconis mares à fœminis distinguere videtur. Vicissim in montibus fabulantes, ex eodemmet authore, acriores, grandiores, & cristis insigniti sunt, qui postea, venationis gratia, in planitiem aliquando descendunt.

De colore horum animalium, Authores inter se sententijs variant. Nam, ex Aetio, alij sunt coloris rufi, alij nigri, alij cinerei. Nicander, in Theriacis, Draconem nigrum

L.v. de Venen. c.20.

Li.2.c.40.

Li.17.hist. An cap.1. Dracones Elephantũ interfectores.

L.15.c.27. Dracones centum cubitorum. Lib.1. Lib.16.

Lib. 6.c.36

Intestinũ draconis lõgum centũ & viginti pedes.

Magni dræcones in Brasilia.

In enarrat. psal.148.

L.v. de Venen. c.20.

Li.3.de Vita Apoll. Differentiæ ratione loci.

www.libtool.com.cn

ventre subuiridi celebrat; cum Philostratus terga subnigra Draconibus tantummodò E
L.12.Iliad palustribus assignauerit, At Homerus describens Draconem, quem in Aulide iuxta
fontem habitare refulsit; eum rubicundo colore refulgentem decantauit.

Φαινόντα φέρρο δράκοντα ὀυίζησι πέλωρον.

Color draconũ qualis Regio Epidauriorum quoddam Draconis genus nutrit fuluo præditum colore, quod Aesculapio, teste Pausania, sacrum esse statuunt. Lucanus Dracones aurato colore nitentes prædicat, dum inquit,

Serpitis aurato nitidi fulgore Dracones.

L.9.Phars. sal. Lucanum postea imitatus Georgius Pictorius in Lernamalorum sic cecinit.

Serpunt aurato nitidi fulgore Dracones,
Africa quos ardens parturit exitio.

L.3. de vit. Apoll.c.2. At Philostratus squamas coloris fului, barbam fortè palear, coloris aurei, & toruos oculos igne scintillantes Draconibus attribuit, quos montem ad rubrum mare pertinentem incolere scripsit; vnde illac nauigantes horrendos sibilos eminus audire traduntur.

Si hæc animalia, ratione figuræ, examinentur. Occurrunt primò, ex Authore libri F
de natura rerum, Serpentes Draconcopedes cognominati facie humana à vultu venustæ virginis non abhimuli, reliquo corpore in tortuosum Draconem desinente; quam
Draconum figura varia. Draconis formam Diabolus primos decipiens Parentes induisse fertur: cum Beda scriptis mandauerit, Serpentem in Paradiso terrestri, sinuosa volumina intra arboris frondes occultantem, solam virginis faciem Euæ ostentasse. Sunt alij Dracones, ex Aetio, suibus similes, sed corpore graciliores, & rostro validissimo, quorum dentes more aprorum seriunt. Item legitur in descriptione Guineæ, quòd in Prouincia *Congi*, animalia magnitudine Asinis ex numero bipedum, alata, fului coloris, oblongo rostro, & multiplici dentium serie versantur, carnibus crudis vescuntur, ab aliquibus Dracones nominantur, & à Nigritis tanquam visu horribiles adorantur. Philostratus narrauit, ad
Dracones vbi adorentur. Gangem, multos stabulari Dracones, qui à cæteris venustate oculorum discriminantur: siquidem eorum oculi lapilli pretiosi igneo fulgore coruscantes esse traduntur: hac de causa Indi hoc animalis genus libentissimè venantur. Verùm Scaliger hæc Philostrati nugamenta esse perhibet, qui, vt præclarè mentiri posset tanquam è luto sibi hominem finxit, veluti Homerus Vlyssem suum. Veritati tamen magis accedere videtur G
Exercit. 193. L.11 c.47. Li.2.c.40. asserum Plinij, qui Dracones pedibus anserinis cæteris deformiores memorat; quemadmodum Thebani, quorum pedes cornu muniuntur. Non dissimiles forsan descripsit Paulus Venetus in Regione quadam *Caraiam* nascentes, quorum alij pedes tantùm habent anteriores, alij verò, horum pedum loco, duabus tantùm vaginis armantur, ventre enormi, & rictu tam amplo, vt etiam grande animal deglutire possint.

Præterea Dracones alis muniti assignantur, qui nullam nobis admirationem afferre debent: quandoquidem, in Malabar, feles agrestes ad volandum idonei nascuntur: cum
Feles volãtes vbi sint membrana ab anterioribus pedibus ad posteriores vsq; producta tendatur, & hoc modo per aerem ferri, & volare dicantur: quiescentes autem hanc membranam colligendo ad alium contrahunt. Non desunt postea authoritates sacræ, & profanæ volatum Draconum attestantes: nam Diuus Augustinus in Genesi ad litteram, Dracones ab antris in
Lib. 3.c.9. aerem eleuari, & alibi etiam Serpentes volare testificatur: quod Herodotus, in Euterpe, antea scripserat. Insuper habemus authoritatem Aristotelis, qui in historia Animalium,
Lib. 3 de ciuit. Dei cap vlt. scripta reliquit, angues membranis fulcitos per Æthiopiam volare. Idem repetit Strabo, H
Lib.1.c.5. dum Serpentibus alas, ritu vespertilionum, attribuit, qui volantes lotium lethiferum reddere soleant; vnde postea Lucianus, in Dialogo de Dipsadibus, illam Libyæ partem
Lib.18. inaccessibilem esse tradidit, in qua prædicti serpentes cartilagineis alis assiduè volitant. Item Iouius historiarum scriptor Nili originem describens, variarum Ferarum meminit; ad dirutas incolas Georgiani Regni à Draconibus alatis, & anserinis pedibus munitis
Lib.2. Obser.c.70. identidem vexari. Huius generis Draconum exhibuit iconem Bellonius, cuius cadauer integrum, & conditum diligenter obseruauit: & hanc speciem Draconis ex parte Arabiæ in Aegyptum aduolare intellexit. Cardanus quoq; narrat se Lutetiæ versantem,
Lib. 7. de rer. var. c. 30. apud Guielmum Musicum vidisse nonnullos Serpentes bipedes, paruis præditos alis, qui cum varijs temporibus missi essent, hinc fictitios non esse iudicauit, & ab Indica regione capite Serpentino, magnitudine cuniculi, colore lucido deferri audiuit.

Horum

www.libtool.com.cn

A Horum etiam Draconum meminit Albertus, dum sirenas in quadam Arabiæ parte serpentes esse volantes prodidit: nam huiusmodi animantes Dracones esse alatos inserge. voluit. Verum Pomponius Mela de his fusè, latèq; differuit, dum inquit: Non procul à Nilo, vbi pigmea gens viuit, multa Serpentum genera versari, inter quæ nonnulli magno agmine ex paludibus eleuati, volando, Aegyptum petunt, sed in ipso ingressu, ab auibus Ibidibus cognominatis, commisso prius prælio, deuorantur. Id non latuit Solinum, quando pronunciauit ab Arabiæ paludibus alatorum anguium agmina eleuata ab Ibidibus extingui, antequam Aegypti limites ingrediantur. Id etiam asseuerantius dixit Cicero, dum Ibides aues rigidis cruribus, corneo, & procero rostro ad auertendam ab Aegypto pestem idoneas esse prædicat: dum Africo flante vento, ex vastitate Libyæ, angues aduolantes ab ipsis conficiuntur, & absumuntur. Hinc Herodotus omnium vetustissimus monimentis mandauit extare valles ossibus Serpentum alatorum plenas, qui petentes Aegyptum ab Ibidibus debellati destruuntur. Alioquin de Serpentibus alatis recens habemus testimonium in historia expeditionis in Floridam, vbi Serpens alatus visus, & non procul à nemore interfectus fuit. Alæ erant exiguæ, vt B vix animal à terra attolli posset. Immò Christicolæ illic versantes, interfecti Draconis caput à Barbaris summa diligentia ablatum fuisse obseruarunt; quod non sine aliqua superstitione ab ipsis factum fuisse coniecturunt.

Lib. 2.c.4.

L.2.de nat. Deor.

Lib. 2.c.2.

Serpentes alati vbi.

Quoad veneficam Draconum qualitatem, notandum est, ratione loci natalis, alios magis, alios minus esse venenatos; quemadmodum etiam in reliquorum Serpentum historia fuit animaduersum. Quandoquidem in regionibus frigidis minus, in calidis verò magis venenosi esse perhibentur. Vnde Lucanus de venenosis verba faciens, qui auibus, tauris, & elephantis insidiantur, sic cecinit.

L.9. Pharsal.

Serpitis auratæ nitidi fulgore Dracones,
Pestiferos ardens facit Africa, ducitis ictum
Aera cum pennis, armentaq; tota secuti
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros,
Nec tutus spatio est Elephas, datis omnia letho.

Dracones montis Atlantis incolæ, ex Scaligero, solo contactu interimunt, qui capite, & cauda sunt graciles, sed vētre adeò immanes, vt ad rependum vix idonei reddantur, C & licet author horum pedes non describat: verisimile tamen est pedes habere, qui aut ob exiguitatem, aut ob ventris vastitatem non apparent: quemadmodum in Dracone in agro Bononiensi reperto suo loco obseruabimus.

Exercit. 183.

Dracones cum alis & pedibus.

Item mons regnū Narsingæ à Malabaris diuidens multas Feras, sed præcipuè Dracones alatos nutrit, qui in arboribus versantes, non solum afflatu, sed etiam obtutu homines propius accedentes perimunt. Hinc nonnulli hoc animalium genus, in Dracones arborem conscendentes, & in Chamædracones, nimirum humi tantùm gradientes distinxerunt. Vincentius autem, in speculo naturali, nulla veneni habita mentione, duplex Draconum genus assignauit, nempè illud, quod pectore serpit, & illud, quod pedes habet; hocq; admodum rarum esse promulgauit.

Venenum draconum quale.

FORMA, ET DESCRIPTIO.

D AVICENNAS, & Aetius Dracones asperrimis obsitos squamis, & magnis oculis cū eminentia pellis, loco superciliorū, præditos esse tradiderunt: & amplius sub eorū mento, quādam pelliem instar barbæ excrescentem, amplum rictum, linguam exertam, dentes magnos ad instar dentium suis obseruarunt. Isidorus Draconem omnium Serpentum maximum cristatum, & ore paruo constituit. Imitatur enim Solinum, qui ora parua, & admorsum non dehiscentia Draconibus attribuit. Verùm ambiget aliquis, quare Auicennas, & Aetius amplum rictum his Feris assignauerint; cum Solinus totum oppositum scripserit. Alioqui ad dissoluendam hanc difficultatem, statuerunt Dracones veluti Epidaurios, de quibus Pausanias, & Nicander egerunt, ore paruo esse refertos, alios verò veluti Ladas, Aegyptios, & Phrygios ore amplo esse voluerunt, de quibus Auicennas, & Aetius sermonem habuerunt. At Salmasius in Solinum, iuxta

Palearia draconum qualia.

Draconum discrimen ratione oris.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

iuxta optimum, & Regium codicem Solini, legit; *Ora nulla sunt Draconibus ad morsum debitescentia*, loco legendi, *ora non debiscentia ad morsum.*

Circa structuram, ordinem, & numerum dentium huius animalis, inter authores sententijs variatur. Vuotonus Draconi duplicem dentium ordinem assignat. Claudius Minos in Alciatum, ex mente peritorum rerum naturalium, sexdecim dentes in ore Draconis esse astruit. Nicander autem, & Asseclæ triplicem dentium ordinem in ore huius bestiæ contemplantur; dum illam describunt colore nigro, ventre subuiridi, cum palearibus sub mento rufi coloris, canit igitur Nicander hunc in modum.

Numerus dentiũ draconis. In Ther.

Formosa apparet species, pulchro illius ore
Triplice conspicui sic prodeunt ordine dentes,
Magna sub egregia scintillant lumina fronte,
Tinctaq; felle tegunt imum palearia mentum.

Ab hoc postea authore, multi alij, & potissimum Ouidius transcripserunt, qui repræsentans effigiem Draconis à Cadmo interfecti, sic cecinit.

L. 3. Metã.

Martius anguis eras cristis præsignis, & auro,
Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno,
Tresq; micant linguæ, triplici stant ordine dentes.

Authores igitur, vt ex dictis patet, circa ordinem, & structuram dentium Draconis, non conueniunt: propterea audendum, & difficile esse arbitramur, ob harum Ferarum varietatem, necnon ob earundem in nostris Regionibus raritatem, quidquam de dentium numero determinare. Philostratus nulla dentium facta mentione, Draconibus montanis inuenibus inodeam quamdam cristam, & ætate prouectis grandiorem, & barbam crocei coloris adnasci testificatur: cum Dracones paludestres cristis carere referat. Verumtamen, ex Aeliano, Dracones in sexu, ob cristam, discriminantur, qua Draco mas, non autem femina decoratur. Quamuis scriptum reliquerit Plinius, Draconem cristis insignitum, qui viderit, non reperiri. Fortè prædicti authores, per cristas quasdam eminentias intellexerunt, quales in paruis etiam Serpentibus, veluti in Aspidibus obseruauimus. Cæterùm Dracones circa Atlantem versantes, ex Ioanne Leone, media corporis parte crassissimi, cauda vero, & collo admodum graciles esse feruntur: quemadmodum etiam Scaliger in suis exercitationibus annotauit.

L. 3. de Vit. Apoll. c. 2.

Discrimen ratione cristarum.

Lib. 9. Descript. Afric.

MORES.

Vigilantia draconibus attributa.

PRÆSCRIPTAM fuisse huic animali à natura vigilantiam Aelianus prodidit: quamobrem ad audiendum, acerrimum, & ad videndum acutissimum prædicat. Ideo Claudius Minos in Alciatum hac ratione motus Draconem venatione comprehendi difficillimè posse astruebat. Philostratus tradit hanc Feram ita esse auri sitientissimam, vt nonnullis auri micis inuentis, assidè illis indormiat inhians. Ideo Marcus Tullius Cicero in Philippicis hæc verba pronunciauit. At is non reddet, qui Domini patrimonium complexus; quasi thesaurum Draco. Vade, ex Cæcio, peruulgatum est, Dracones aditum, oraculorum, necnon thesaurorum custodiæ præfici. Poetæ igitur non sine ratione, pellem apud Colchos, & mala Hesperidum ab insomni Dracone custodiri tradiderunt. Iure; Vigilantiam, optimo iure, huic attribuit: animanti Reusnerus in Paradiso poetico, dum canit.

Philipic. 13.

Peruigil ecce Draco squamis crepitantibus horrens
Sibilat, torto pectore verbe humum.

Sibilus quãdo emittat.

Nam hæc bestiæ talem ingenerauit morem natura; vt, quotiescumq; prædam coerceat, vel aliquid aliud moliri velit, horrendum edat sibilum, neq; conspectis hominibus aufugiat. Qua de re idem Reusnerus huc respiciens denuò canebat.

Sibilat hic, quoties aliquos parat edere quæstus,
Vulnere nec lædit, nec fugit ille viros.

Magna vis ineſt cauda draconis.

Relatum fuit à Gesnero, vulneribus, à Dracone nullam asserri noxam: propterea quod omnes authores consentiunt magnam vim caudæ Draconis inesse: cum ab ea neq; elephas tutus esse feratur: cum Draco circa femitas latibulorum Elephantum frequentes insi-

dietur:

www.libtool.com.cn

A diatur: nam spiris caudæ, eruribus Elephanti ligatis, ad terram trudit. Idcirco quidam vir acris ingenij alludens ad hanc Draconis proprietatem, & ad insigne gentilium Gregorij Decimi tertij Pontificis Maximi Bononiensis, in quo Draco mutilata cauda effigiatur, tale protulit distichon.

Te Draco gens timet. At pellat gens ista timorem,
Quo feris, abscissum est, quo tueare, teues.

Hanc caudæ vim non intactã reliquit Plinius, narrans in Aethiopia gigni Dracones Indicis, quoad magnitudinem, æquales, qui quaterni simul, vel quini, caudis implicatis, modo cratium, & erectis capitibus, tanquam magna nauis, ad meliora Arabiæ pabula velificant. In dies autem maiorem vigorem adipisci dicuntur, quoniam, ad mentem Aeliani, per longum vitæ curriculum, ad extremam vsq; senectutem perueniunt. Cæterùm licèt Draco masculà caudæ virtute sit conspicabilis, & supra humanum modum fortitudine, & crudelitate præditus: nihilominus inuenti sunt homines, qui huiusmo-
B di bestias reddiderunt cicures. Siquidem, ex sententia Textoris, Draco à Paulo Leonensi fuit mansuefactus, & Heraclides philosophus Draconem habuit exarmatum, qui gradienti, & quiescenti, tanquam canis assistere solebat.

Aetas draconum longa.

Qui dracones habuerint cicures.

COITVS. PARTVS.

HERODOTVS, in Thalia, Dracones alatos, more viperarum, permisceri existimauit: marium capite maris in os fœminæ ita inserto, vt ab ea tandem præcidatur: quam fabulam in historia viperæ recitauimus. Verùm Dracones mutuò complexu, quemadmodum etiam viperæ, congrediuntur. Scripserunt quidem Africani Græcis vatiores, lupam ex Aquila concipere, temporeque partitionis, disrupta aluo,
C Draconem erumpi, rostro, & alis patri, & cauda matri similem, corio Serpentino, multisq; maculis verticolare. Hoc autem animal in specubus semper habitare traditur. Cæterùm huiusmodi Feram aliquibus in locis versari vanitas generationis, ex Scaligero, fidem detrahit, liceat tamen vatcuiq; homini in re litteraria, quod placet admittere, & quod non arridet repudiare.

Partus mũstruosus draconis.

Circa partum draconis, & anguium exoticorum, variæ authorum circumferuntur opiniones; quoniam Ioseph Iesuita ex Brasilia scripsit, illos Dracones, & immanes angues non oua, sed fœtus viuos edere. Ex altera parte Balthasar Diaz scripsit, anno Domini quinquagesimo sexto supra millesimum, & quingentesimum, in Malucho insula, & in Dittione Ternetis Regis, ingentes visos fuisse Serpentes; quæ in campestribus locis oua enitebantur. Quamobrem credendum est illis bestijs accidere, quod etiam in nostratibus anguibus euenire obseruauimus: cum ab effectu, alij ouipari, alij viuipari esse ferantur.

An ouipari, aut viuipari dicantur dracones.

LOCVS.

D PELION mons est Thessaliæ ad Austrum obuersus, cui subiecta loca Pelethronia nuncupantur; vbi olim fabulatum fuisse Draconem recitat Nicander in Theriacis, dum inquit.

Draconem

Aspice, quem patula fago Phlebia proles
Ingelido Peli nutriuit culmine iuxta
Lata Pelethroniæ quondam decliuia vallis.

Alioquin, ex Bellonio, Dracones alati ex quadam Arabiæ parte in Aegyptũ, & loca cõtermina aduolant: quare nõ erit explodenda sententia Authoris libri de natura rerũ, quando retulit loca deserta circa turrim Babel à Draconibus habitari, quorum horrendis sibilis viatores sæpius perterrefiunt. Vt plurimum tamen his bestijs Aethiopia redundat: cum Plinius scripserit ad Aethiopes Azachæos plerumq; versari. Immò Iphicrates, ex Strabone, hæc animantia, apud Aethiopes Hesperios, ad tantam excrescere molem

Li. 2. obser. cap. 7. Deserta loca habitãt dracones Aethiopiæ.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

molem dixit, vt eis herba innascatur. Verùm Leo Africanus in specubus Atlantis montis eos stabulari Dracones tradidit, qui media sui parte crassi, & circa collum, & caudam sunt gracillimi. Meminit Solinus montis Aethiopiæ meridiei obuersi, qui perpetuis ardet flammis, vbi Draconum copiam nasci autumat. Salmasius in Solinum admiratur hunc Draconum natalem locum; cum inter incendia bestiæ viuere minimè possint. Hoc tamen Soliai assertum non penitus à ratione alienum esse videtur: cum mons ingens sulphureis etiam venis refertus vbiq; non ardeat: ideoq; alia montis loca Draconibus domicilia præstare possunt. At non solum Aethiopia, sed India potissimũ has producit Feras. Quare non citra rationem scripsit Philostratus circa Hangem Indiæ flumen innumeros Dracones diuagari. Vnde Adrianus rerum exoticarum curiosissimus Draconem ex India delatum in templo Iouis olympici Athenis dedicauit. Ex Auicenna, Dracones in partibus Nubiæ multiplicantur: quamuis postea Indos maiores esse referat.

In Polybiſ. cap. 33.

In monte Atlantis verſãtur.

Draco ex India delatus.

Africa igitur Elephantes, & Dracones in Europam mittit: in Massyllia autem Africæ frequentiores esse dicuntur: Idcirco Poetæ Dracones Massylios sæpissimè nominant.

Aurea Maſſylli vincunt quæ poma Dracones.

Libyci etiam eò eamdem rationem nominantur: cum Libya Africam denotet: quãuis Aetius in Lycia, forsitan Libya Dracones potissimum versari tradiderit. Immò Nicephorus Callistus (referente Æliano) sub Aequatore meridiem, & Orientem versus Dracones magnitudinis admirandæ procreari voluit: cũ huiusmodi animantes regionibus præcipuè calidioribus delectentur. Stumpfius autem, in chronicis, monimentis mandauit, in nostris etiam alpibus perpetua nive candentibus, id Serpentum genus aliquando habitasse, & reddidit rationem; quoniam in multis Alpium locis, quædam antra meridiem respiciunt, quæ calorem, & splendorem solis facilè recipientia, Draconibus domicilia præstare possunt: Deniq; si confugiamus ad Historiographos rerum Indicarum; in primis comperiemus, quod in Caleeut variã Draconum genera adolescunt. Et apud Paulum Venetum legimus Serpentes bipedes varios in regione ad Prouinciam Caraiam attinente versari.

Sub æquinoctiali verſantur.

In noſtris Alpibus.

Lib. 2. cap. 40.

VICTVS.

EAME necari Dracones non ita facile posse arbitramur: quandoquidem ex libro de natura rerum habemus, quòd hæc animantia inediam facillimè sustinere possunt. Sed quando postea ventri indulgent, Dracones inexplebiles esse traduntur. Itaq; rebus venenatis, herbis, & pomis, ad mentem Aristotelis, & Æliani, vt plurimum vescuntur. Cũ autem Draco copiæ pomorum nausea vexatur; tunc, ex Aristotele, ad lactucam syluestrem tanquam ad singulare præsidium confugit. Id autem præstari à Dracone scribit Aelianus; quoniam succus huius plantæ summo illi est adiumento, ne aluus tumida reddatur. Præterea, Dracones, annotante Aeliano, potissimum iuxta amnem Rhyndacum, media æstate è specubus ad aucupium prodeunt: dum cauda terræ mixi, reliquo corpore erecto, & ore hiante, inspiratione tanquam vi quadam amatoria superuolantes aues attrahendo deglutiunt: deinde gregibus etiam animalium insidias tendunt. De his Lucanus fortè loquebatur canens.

Herbæ, & animantes venenatæ.

Lib. 9. hiſt. Ani. c. 6.

——— ducitis altum
Aera cum pennis armenta, tota ſecuti.

Aues venãtur.

Hoc etiam non latuit Philemonem poetam græcum, qui versibus iambicis id totum expressit hunc in modum.

Δράκοντες ἀνθρώπων δὲ τ' εἰ θηρᾶν δέοι,
Χαίροντες ἀσθμαίνουσιν εἰς τὸν ἀέρα,
Καὶ τῶν πετόντων τὰς κρεμαστὰς ἀγέλας,
Ἰυγῇ θερμῇ εἰς πτῶσιν καλοῦσιν,
Καὶ σπῶσιν ἄνωθεν ὑπὸ γῆν ἀθρόας,
Ἐκ τῶν γνάθων ἕλκοντες εἰς τὴν γαστέρα.

Horum

www.libtool.com.cn

A Horum autem versum sensum Bersmanus versibus item iambicis latinis sic reddidit.

Dracones Aethi opum indigentes pabulo
Hiante captant ore flatus aeris,
Pennisq; suspensos greges volantium,
Spirationis illecebris attrahunt,
Ducto superne copioso ad humum agmine
Retrocito quos spiritu deglutiunt,

Imò auibus non contenti, earundem etiam ouis, secundùm Plinium, pinguescunt: illarum integra deglutiunt, deinde in se mer conuoluti intus frangunt, atq; putamina euomunt. Catuli verò Draconum faucibus non capacibus, orbe spiræ apprehensa ouа perstringunt, vt liquorem sorbeant. Præterquamquòd in multa etiam animantia, victus gratiâ seuiunt. *Oua auium venantur.*

ANTIPATHIA.

B REFERVNT rerum naturalium indagatores, Aquilam, & Draconem hostili odio se se mutuo persequi, ob quemdam animi affectum, quem Philosophi antipathiam vocant. Verùm legimus apud Plinium, quòd, ratione victus, Aquilæ in Dracones acerbo concitantur odio, dum earum oua summopere ab illis appetuntur. Præterquamquod Draco ex fruticibus interdum prodiens aut agnum, aut leporem ab unguibus Aquilæ eripere nititur. Interim, commisso inter has animantes prælio, ad mentem Gillij, præda sæpè fugam arripit, id expressit elegantissimè Nicander in Theriacis his verbibus. *Dissensus Aquilæ, & draconis.*

Hunc petit inuisum magni Iouis armiger hostem,
Cumq; genis parat acre suis ex æthere bellum,
Pascentem in syluis quamprimum viderit illum,
Quod totos ferus is nidos cum mitibus ouis,
Et simul ipsa terens, & vastans pignora perdit.
C *Non timet hoc Serpens, immò quodam impete dumis*
Prosiliens, ipsamq; Aquilam, leporemq; tenellum
Extrahit ex rapidis vi fraudeq; fortior vncis.
Cauta malum declinat auis, fit ibi aspera pugna;
Vt queat extortam victor sibi tollere prædam.
Sed frustra elapsam, & volitantem hinc inde volucrem
Insequitur, longos sinuum contractus in orbes,
Obliquaq; leuans sursum sua lumina visu.

Hoc etiam certamen Aquilæ, & Draconis non inconcinnè explicauit Ouidius, dum cecinit. *L. 4. Metā.*

Vtq; Iouis præpes vacuo cum vidit in aruo
Præbentem Phœbo liuentia terga Draconem
Occupat aduersum, neu sæua retorqueat ora,
Squamigeris auidas figit cerulicibus vngues.

D Horum etiam animalium pugnam recitauit Homerus, & confirmauit Aristoteles in historia Animalium: vnde postea Florentinus in Geoponicis prodidit, neq; Draconem, neq; alium Serpentem illic stabulari, vbi stercus Aquilæ inuenitur. Et Ælianus Draconem, audito alarum Aquilæ strepitu, illicò ad antra se recipere affirmauit. *Lib. 9. c. 1.*

Ex altera parte, Albertus hanc Aquilæ, & Draconis dimicationem negare videtur, scribens, ex sententia Aristotelis (quæ postea nullibi reperitur) Draconem cum Vultures, non autem cum Aquila præliari. Volunt fortassis Albertus significare hanc & Auicennæ, & eius interpretis opinionem fuisse, qui Aquilam cum Vulture sæpè sæpius confundunt. Præterea addit Albertus, quòd non omne genus Aquilæ, sed paruum tantummodo cum Dracone dimicare, dum quemdam Serpentem nomine generali Draconem nuncupatum venatur. Verùm rationem, qua fultus Albertus, authoritati doctissimorum virorum refragari audeat, imaginari non possumus, & præsertim cum alibi *Hanc pugnā negat Albertus.*

idem

www.libtool.com.cn

idem Albertus tanquam sui obitus Aquilam cum Thyro, atq; Draconе ratione prædæ, belligerare promulgauerit.

Lib. 17.

Dissensus Elephanti & Draconis.

Præterea non est omittenda antipathia Draconis, & Elephanti: cum hæc duo animantia graui odio sese inuicem insectentur: Scripsit enim Strabo in illa Æthiopiæ parte, cuius regni caput est Meroe, nasci Elephantes, quibuscum Dracones certant: etenim sunt tantæ magnitudinis, vt spira caudæ, circumligatis Elephanti cruribus hoc graue animal præceps ad terram ruens, Draconem etiam vno, & eodem tempore elidat. De modo autem aggrediendi Elephantes, non conueniunt inter se Authores. Siquidem Plinius, & Solinus produnt Dracones secus vias, vt plurimum latibulari, per quas Elephanti assuetis callibus diuagari solent. At prætereuntium non priores, sed posteriores tantum adoriuntur; ne qui antecesserunt postremis opitulari valeant. Alij tradunt Dracones in aquis mersos Elephantis bibentibus insidiari; dum confestim auri morsum infigunt: cum is tantummodo locus manu, seu proboscide Elaphantis defendi

Quæ pars Elephantis Draco primùm mordeat.

nequeat. Alij narrant, quòd Dracones in Elephantes obuios se se erigendo insiliunt, oculosq; primum feriunt, eorum sugendo sanguinem, qui cum frigidus sit à Dracone, ad feruorem internum compescendum summopere desideratur. Huius etiam certaminis meminit Sambucus in emblematibus, canens hunc in modum.

Qui victor fenit cum victo se periturum
Ambitione magis, quam ratione tumet.
Quid mihi profuerit victus, qui mutua collo
Vincula molitur, me interimatq; cadens?
Sic Elephas stratus complexibus vsq; Draconis,
Conterit hexentem mole, ruensq; necat.
Ille mihi tandem pretium, meritumq; triumphus
Pendat, qui factum non nece, laude beat.
Interdum causa melius cessisse videmus.
Dum mora vindictam leniat, aut moueat.
Sed tamen è summo vinci, victoria quadam est,
Conditio serui corrigitur domino.

Gryphes, & Panthera inimicæ draconibus.

Postremo Gryphes, ex Philostrato (nisi sint fabulosi) elephantis, & Draconibus admodum inuisi esse perhibentur; propterea quòd ab illis interdum pugnando superantur. Item Panthera, ex Alberto, Draconi infesta est; cum ab omnibus animalibus, præterquam à Dracone diligatur. His addit Syluaticus quamdam auem, caprilum, cognominatam Dracones odio habentem: quoniam Draco in venatione aliquando fessus, huius auis hepate deuorato, pristinum vigorem sibimet comparat.

DRACONIS VENENVM.

Draco deglutiuit agricolam.

CIRCA virus Draconum, varij authores longè diuersa sentiunt. Narrat quidem Pausanias circa templũ Nemei Iouis cupressetum fuisse; vbi cum nutrix Opheltem in herba collocasset, paulo post eum à Dracone peremptum inuenit. Num autem ob solum vulnus, aut ob venenum interitus huic pusioni acciderit, non explicatur. Recitat etiam Petrus Damianus historiam cuiusdam agricolæ, qui diluculo ad laborem surgens, & quamdam putans arborem, immensæ magnitudinis Draconem obseruauit; vnde colonus intrepidus longa fessus labore super tergus Draconis sedit; ideoq; bestia indignata eum deglutiuit. Ex hac quoq; historia venenum Draconi inesse conijcere nõ possumus. Ardoinus, ex clarissimorum virorum authoritate, aut parùm, aut nihil veneni Draconibus inesse pronunciauit: cum ictu caudæ, & dentibus vulnerando potius, quàm venenando noceant. Et eò magis id asseuerare videtur; cum Plinius, & Actius venenum ab huiusmodi Feris minimè proijci scripserint.

Morsus draconis qualis.

Vincentius Belluacensis morsum Draconis paruum quidem, sed pessimum esse, asseruit; quoniam venenatas animantes, & herbas comedat. Etenim Draco alicui insidias tendens, plantas, & radices lethiferas vorare dicitur. Hoc non latuit Homerum, qui meminit Draconis ante latibulum nocuas herbas comedentis.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A Ος δὲ δράκων ἐπὶ χθὶ ὁρέστερος ἄνδρα μέτυσε *Iliad. χ.*
Βεβρωὼς κακὰ φάρμακα &c.

Prædictis addendum est fortè, ratione variarum Regionum, quas hæc animalia colunt, & magis, & minus nocua esse. Quapropter Ioannes Leo, in descriptione Africæ, Dracones montis Atlantici admodum virulentos prædicat. Præterquamquòd multis in locis Draconum halitu aer infici traditur: neq; officit eorum sententia, qui voluerunt hoc assertum, non de Draconibus animalibus, sed de Draconibus in aere visis, sæpe de passionibus ignitis fuisse prolatum: cum, his apparentibus Meteoris, & corruptionis aeris, & amissionis frugum periculum immineat. Quandoquidem habemus ex Aristotele, ætate Philippi Regis, viam quamdam montis Armeniæ inaccessam fuisse: cum omnes illac transeuntes, repentè exanimati caderent: idcirco Socrates contra illam viam, speculum ex chalibe diligenter fabrefactum locauit, in quo duorum Draconum imagines halitu aerem corrumpentium obseruauit; qui tandem, iussu Regis, singulari litratagemate interfecti fuerunt. *Dracones montis Atlantici.* *In l. de proprietat. elementi.*

Gesnerus quoq; recitauit propè oppidũ Niderburgum viuos Dracones in fonte quodam se lauisse, & homines deinceps illam bibentes aquam, aluo tumefacta, interisse: quare fons ille tanquã pestifer, & exitiosus, terra, & lapidibus repletus est. Item Stumpfius exarauit in Chronicis: cum Regio Heluetiæ primùm purgari cœperit, horribilem & fœdum Draconem supra pagum *Vnilner* repertum fuisse, qui pecudes, & homines ita profligabat, vt Pagus *Dedmiler*, quasi villa deserta cognominaretur. Tunc quidam ex indigenis ob homicidium exul, vt in pristinam restitueretur sedem, se Draconem debellaturum est pollicitus; id autem omnium applausu probatum fuit. Ideoq; hic vir egregius extincto Dracone, brachium cum gladio cruento eleuans, vt cunctis victoriam interempti hostis ostentaret, sanguis Feræ in corpus distillans repentinum ei attulit interitum. quare iure optimo scripsit Heliodorus, μι κροὶς μὲν τοὶς θέλουσιν, ἰοὶ, δὲ δρακοντ-ὧν πεφραλμένοις ἐκ τοξεύοντες. nimirum paruis quidem telis, sed veneno Draconum nutritis iaculantes. Nam Draconcs veneno carere non est credendum. Legitur etiam in Deuteronomio. *Venenum Draconum vinum eorum, & venenum Aspidum lethale.* Concludunt igitur multi Draconem etiam natura sua minimè exitialem, saltem ob naturã loci venenosum euadere: quemadmodũ de Serpẽtibus etiam superius fuit explicatum. B *Dracones venenati vbi.* *Sãguis draconis letifer.* *Cap. 22.* C

VENENI SIGNA. ET REMEDIA.

ICTVM Draconis non sine exiguo dolore, & inflammatione infigi voluit Auicennas; immò animaduertit mares in vulnerando, fœminis esse deteriores. Et quoniam superius relatum fuit Albedisimon, Alatraf, & Hauden inter genera Draconum ab Auicẽna, & Alberto connumerari; horum etiam morsus sympromata ab illis proposita ponderabimus. Primùm carnem demorsam aliquem nanciscì fœtorem tradunt: ideoq; malignorum vlcerum pharmaca adhibenda esse memorant. Deinde in morsu Alatraf, & Hauden vehementem dolorem, partis stuporem, & tandem interitũ subsequi autumant. Quocirca Auicennas ad mentem nõnullorum, embrocham ex aceto tepido supra locum affectum faciẽdam esse probat: deinde emplastrum ex foliis lauri, necnon oleum de pyrethro, & oleum costinũ celebrat: per os verò succũ foliorum lauri cum aceto, & theriacam Andromachi præscribit. Nicander quoq; in Theriacis symptomata huius morsus examinans doloris non insignis, & vulneris exigui paucum effundentis sanguinem meminit, his versibus sic latio redditis. D *Fœtor, dolor & stupor sunt symptomata huius morsus Embrocha ex aceto tepido.*

Nec tamen ille graues, vt cætera turbã, dolores,
Si velit, infixo cum forsè momorderit, ore,
Suscitat: exiguus non noxia vulnera punctus
(Qui ceù rodentis noctu quaq; obuia muris)
Infligit. modicum tenuis dat plaga cruorem.

Plinius igitur gramen, aduersus talem ictum non infrugiferum remedium proponit:

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Gramen, & mullus piscis est Remedium.

deinde mullum piscem intrinsecus, & extrinsecus, in tali casu, non parùm vtilitatis esse allaturum promittit. Aetius percussis à Dracone remedia aliorum animalium ictibus conferentia prodesse tradit. Postremò caput canis, vel Draconis, qui momorderit, ad mentem Ponzetti, abscissum, pelle nudatum, & morsui applicatum, patientem sanat: quemadmodum idem præstant omnia illa præsidia, quæ in capite primi libri, fuerunt proposita. E

FVGANDI, ET CAPIENDI RATIO.

TRADIDIT Solinus præstantissimos audacia viros antra Draconum explorantes, gramina medicata, nempè somnifera circa specus aspergere, vt Feræ inde exeuntes ea depastæ irriguo turgescât somno; quoniam dormientium caput, amputant, vt lapillum Draconis pretiosum eruere possint. Quamuis Philostratus, in montanis Draconibus coercendis, aliud artificium recenseat, quo Indi huiusmodi bestias irretire conantur. Pallium enim coccineum litteris aureis exaratum ante cauernas Draconum extendunt; nam, vi verborum excantationem exprimentium, bestiæ pedetentim irrepentes super pallio dormire coguntur. Interea Indi securibus armati belluam adorientes, eam decollant, vt ex capite lapillum eximant: Quamuis interdum accidat, teste Philostrato, vt Draco aliquem Indum securi munitum intra latibulum attrahat, & deuoret. Campestres autem Dracones, ex eodem authore, sæpè coercentur, dum pugnam cum Elephantis ineunt: nam certamini tunc temporis intenti facillime ab Indis conficiuntur. Hæc autem, & alia similia nugamenta apud Philostratum leguntur. F

Gramina medicata.

Dracones certamini intenti faciles capiuntur.

Quamobrem in fugandis, & necandis Draconibus satius esse opinamur confugere ad Nicandri præsidia, quæ ab ipso in cæteris venenatis bestijs fugandis fuerunt præscripta vsuque sunt Cerui, & Damæ cornua, Filix, Libanotis, Cardamum, Melanthium, Sulphur, Thraicius lapis, qui est species Gagatis, Galbanum, Vrtica, Cedrus, & similia, quæ odore, & subitantia venenosas animantes interdum fugant, & quandoq; perimunt. G

In Theriacis.

Versus autem Nicandri latino sermone redditi sunt tales.

Ergo procul pelles Serpentum, dira venena,
Dura adolens igni ramosaq; cornua Cerui
Interim & exustam comburens Gangida petram
Vincere, quam nunquam potuit validissimus ignis.
Mulissæ filicis ades quoq; germina pulchræ;
Aut radicem indes gustu libanotidis acrem
Cardama cui fuerint æquali pondere mixta.
Atq; pari mole iugulatæ cornua Damæ,
Tantumdem, & nares ferientis odore melanthi
Asphaltiq; feres pariter cum sulphure mixti.
Aut tu Thraicium combures igne lapillum,
Conspersus gelida subitò qui accenditur vnda:
Extinguiq; solet, medicum si sentit oliuum;
Quemq; tulere feri proprio de flumine Thraces;
Quod pontum vocitant, vbi magna armenta sequuntur
Carniuori pecudum ductores, atq; magistri.
Præterea in flamma tetrum spirantia odorem
Galbana, & Acnestis, dentatis secta æq; serris
Cedrus, vi ipsa scobem referat tenuata minutum,
Hæc mandata igni pellent procul omne venenum.
At tu lustra cana, & siluosa cubilia tergens,
Fusus humi poteris dulcem captare soporem. H

His fortè præceptis imbutus Cracus Polonorum Princeps, qui celebrem ciuitatem sublimi, & valida munitam arce, in scopulo *Vanel* cognominato, ad Vistulam am-

www.libtool.com.cn

A amnem ædificauit; quam posteà à suo nomine Cracouiam appellauit; ingentem Draconem in dicto scopulo delitescentē interemit. Nam hęc bestia esuriens de antro egrediebatur, & fœtenti anhelitu veluti pestilentia quadam multos inficiebat: immò per ciuitatem, & suburbia diuagans quæcumq; obuia deuorabat. Quocirca Incolæ, ad hoc euitandum incommodum, tria tamenta ad ostium antri, singulo die, ei offerre cogebantur. Itaq; Cracus deplorati ferè status suorum ciuium miserus, pellem vituli recenter mactati nitro, pice, & sulphure infarciri, & hora consueta, penès orificium cauernæ locari iussit. Bestia autem famelica prorepens, & tamentum putans, vituli exuuias deglutiuit. Interim materia, & præcipuè sulphurea calore accensa interno, tam feruidam excitauit sitim, vt Fera magno impetu de specu egressa ad Vistulam fluuium properans tantam hausit, aquam, vt, aluo dirupta, extincta fuerit. *Cracus Polonorū princeps draconem interemit.*

DENOMINATA: ET COGNOMINATA.

B

CVM infinita penè esse comperiamus, quæ à nomine Draconis, aut denominationem, aut cognomentum sortiuntur. Ab hominibus primò inchoare decreuimus, vt deinceps sigillatim de cęteris animantibus, herbis, lapidibus, & alijs inanimatis disseramus. Itaq; Franciscus Draco fuit vnus ex illis, qui in itinere ad Americam, & laboris, & iacturarum contemptor, ob res gestas, maximam sibi laudem, & gloriam comparauit. Dracula Valachus fuit Imperator omni magnitudine animi, & constantia præstantissimus, qui cæteris verum fortitudinis specimen præbuit, vt in historijs rerum Persicarum legitur. Dracus autem, ex Liuio Acheorum Dux, primusq; Achaici motus author, qui posteà ad isthmon à L. Mumio consule fuit superatus. Dracontides à Suida in numero triginta Tyrannorum collocatur. Dracontius fuit Campaniæ Iudex Christi fideles crudeliter infectans, quem D. Sosius: coram ipso ligatus à Surio in hunc modum locutus esse perhibetur. *Quodam præsagio Dracontius es appellatus: si-*

C *quidem ille temerarius Draco, per organum oris tui loquitur sicq; illius instar, & nomen, & venenatam linguam possides.* Quamuis Dracontij etiam nomine quidam Episcopus, & Christi confessor a Surio fuerit memoratus. Dracona fuit nomen, vel cognomen cuiusdam mulieris, in quam Ioannes Franciscus Apostolus sic canit. *Cognomenta Virorum ex Draconibus.* *Dracōtides* *Dracōnius.* *Dracontius Episcopus.* *L. 4. epigr.*

Desine iam madidos phœbeis pandere crines,
Desine iam radijs, dira Dracona tuos,
Phœbus vt ipse tua vincatur luce, vides ne?
Vt pudet, vt celeres decolor vrget equos?

Alioquin, δρακοντομίμους Dracones imitans apud Atheneum legitur. Et δρακοντόπους Draconum pedes habens, & δρακοντολέτης, Draconis interfector dicitur, quo nomine Phœbus Draconem Pythonem perimens fuit insignitus. *Draconigenæ qui fuerint.*

Draconigenæ olim Thebani Bœotiæ fuerunt appellati: propterea quòd ex Draconis dentibus satis progeniti esse credebantur. At Draconarij, siue Draconiferi olim vocabantur, qui insignia militaria Draconis iconem referentia gestabant. Non defuerunt tandem familiæ, & Romæ, & Bononiæ, qui à Draconibus cognomentum traxerunt. *Draconarij qui.*

D Succedunt cæteræ animantes ponderandæ, vt δρακανίδες, nempe Dracunculi pisces, qui Graculo pisci similes esse feruntur. Sunt etiam in Nilo, vt aliqui authores referunt, quædam animalia ad similitudinem Draconis, vulgò Cocatrix dicta, quæ nisi sint Crocodili, alia animalia Draconi æmulantia in Nilo non nouimus. Item Dracæna nimirum Draco fœmina: vt omittamus canem Geryonis in Erythea habentem duo canis capita, & septem Draconis, cuius meminit Varinus in Scilla, quoniam id figmentum esse arbitramur.

Subsequuntur varię plātæ quę ab hac Fera videntur esse denominatę. In primis Columella meminit cuiusdam præcocis vitis Veteribus incognitę, quam Dracōtion vocitari tradit, eamq; fecunditate, & amœnitate ad generositatem vini Amineę comparat. Item à Fuchsio Dracontium Botrys ad morsus anguium, canis, & cuiuscumq; venenati. *Lib. 3. de re rust. cap. 2.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

animantis cõmendatur. Dracontiũ triticum memoratur à Theophraſto, & hanc tritici E
L.3.de cauſis plant.c. 26. ſpeciem illam eſſe ſcripſit Plinius, quã Græcia, argumento craſſiſſimi calami cæteris tritici ſpeciebus prætulit. Immo Dracontium cucurbitam poſſumus appellare, quæ creſcendo intorti Draconis figuram æmulatur. Amplius Draconon nominatur lac Cyrenaicum, & Draconon etiam dicitur erythrodanum, ſiue rubia Tinctorum, quæ à rubicundo colore nomen ſortitur. Colitur in hortis frigidioribus lapathi ſpecies, ſucco ſanguinei coloris referta; ideirco hæmalapathum, nempe lapathum ſanguineum, vel rubens dicitur. Hæc eadem planta apud Geſnerum, in horto medico, ſanguis Draconis herba fuit nuncupata. Ptarmica Matthioli vocatur Bahuino Dracunculus aquaticus ſerrato folio, & Dodoneo Draco ſylueſtris.

Triticum Dracontiũ dictum.

Draconon duplex.

Ptarmica Matth. eſt dracunculus ſerrato folio.

In hortis, noſtra ætate, quędam planta anguſtifolia, guſtu acris, in acetarijs frequenter ad hibita, ſub nomine Dracunculi, vel Draconis hortenſis colitur; cuius neq; Græci, neq; Arabes meminerunt: propterea quod, cultorum mangonio, non autem ſemine producta eſſe atteſtantur; dum lini ſemen excauatis cæpis inditum terra obruunt: Hæc autem artificioſa cultura Matthiolo parùm fuit credibilis: cum opus experientię illius fuerit refragatum. Nihilominus à viris fide dignis intelleximus, quod ſi quis in F
Dracunc. horten. qua artificio na ſeuit. affatu marino, ſemen lini ſcillæ non auulſæ inſerat, proculdubio fiet voti compos. Alioquin Dracũculus apud Botanicos eſt planta, quæ Dracontea, Serpentaria, & Dracunculus maior nominatur, ad primas Serpentium vernationes à terra erumpens; hanc quidam ex ſanguine Draconis olim natam fuiſſe fabulantur; quandoquidem, ad ludentis naturæ miraculum, ſingulari caule maculis ſanguineis variegato attollitur, è cuius foliato faſtigio quædam vaginula in mucronem ſenſim turbinatum proſilit, quæ cum dehiſcens ſe pandit, apertum Draconis rictũ repręſentat, dum ſolidum quoddam cornu quaſi animalis lingua ex concauo vaginę ſinu emicat. Plinius etiam meminit Ari herbæ, cuius radicem Arum, caulem verò Dracontiũ vocari aſſerit. Immò & Ariſarum Dracunculus minor apud Geſnerum in Appendice, & Dracunculus alter in hiſtoria Cordi nominatur. Nos autem Ari quinq; ſpecies, & Ariſari duas obſeruauimus; præter Arum Ægyptium, quod vocatur colocaſſia, cuius florem, & piſtillum habuimus, & pingi curauimus: quamuis ab huiuſmodi planta hoc produci negent, cum illud non videant.

Dracunculi maioris deſcriptio.

L.24.c.16. Arum Ariſarum, Arũ Ægyptiacum florẽ & piſtillũ producit.

Chirurgi, inter ſpecies vlcerum ab atra bile pendentium, quamdam affectionem G
Dracunculus morbi ſpecies. L.1.c.de loc. affec.c.3. Dracunculum nuncupatam recenſent; de qua fortè locutus eſt Agatarchides, in tractatu Maris Rubri; quando retulit in multis circa mare rubrum ægrotantibus paruos quoſdam Dracunculos in muſculoſis potiſſimum partibus crurum, & brachiorum aliquando apparuiſſe, qui ſtatim atque tangebantur illicò refugiebant. Quare natura huius affectionis magnam cubitandi anſam medicis præbuit. Quapropter Galenus agens de locis affectis, ſcriptum reliquit, quòd generatio pilorum per vrinam excretorum non eſt magis admiranda, quàm ortus Dracunculorum, qui lumbricis ſimiles intribis hominum quamdam Arabiæ regionem incolentium naſcuntur; quos cum non viderit Galenus, quidquam de illorum origine, atq; natura determinare noluit. Soranus medicus, qui vixit ætate Galeni (referente Paulo Ægineta) hos Dracunculos negat eſſe animantes, ſed tenues quoſdam neruos ſub cute motos eſſe affirmat. Author Introductionis, ſeu finitionum medicarum, Dracunculum morbum varicibus ſimilem, & eodem modo, quo varices, curari poſſe definit. Vnde Guido, & alij Authores hac moti authoritate, hos Dracũculos ad varicum genus reduxerunt: ideoq; ab eodem H
Vena Medę quid ſit. Li.4.c.vlt. Guidone, & Auicenna hic affectus vena meden fuit nuncupatus, quia, in vrbe Media fuerit frequens; Albucaſi vena ciuilis dicitur. Paulus Aegineta hunc morbum Dracunculum cognominatum, apud Indos, & Regionem Aegypti, in partibus muſculoſis humani corporis generari aſſeuerauit. Ætius hos Dracunculos lumbricis ſimiles eſſe
Curatio. conſtituit; hoſque facta prius ſuppuratione, cutem diſſecando, extrahendos eſſe opinatus eſt.

Lib.7. Tandem Pareus, cuius opinioni adſtipulamur, hanc affectionem Dracunculum animatum eſſe minimè putat; cum illi non ſit ad generationem opportunitas, ſed nomen Dracunculi meruiſſe ſcribit, quoniam vniuerſa ſua conformatione, colore, mole, & figura, Dracunculi imaginem exprimit: deinde illa materia animata eſſe videtur, quia humor huius affectus eſt tenuis, & feruidus, atq; maximo impetu ad partem decurrit.

Itaq;

www.libtool.com.cn

A Itaq; concludendum est hunc Draculculum nil aliud esse, quàm abscessum in genere venoso à feruore sanguinis pendentem, cuius præsidia apud authores medicos legenda sunt.

Hic draculculus non est animatus.

Non est omittendus lapillus à Dracone cognominatus, qui Græcis δρακοντίας λιθος Latinis gemma Dracontia, siue Draconites dicitur, hic lapis in capite Draconum, ad ment ē Plinij, & Solini generatur, & ab animali viuente eruitur, huius vsu Reges Orientis summopere gloriari feruntur. Meminimus legisse apud Martilium Ficinum, fuisse allatum lapidem ex capite Draconis erutum, instar nummi rotundum, punctis quasi stellis ordine quodam dispositis insignitum, qui aceto perfusus, rectà paruum per mouebatur, mox obliquè, & tandem in gyrum ferebatur, donec vapor aceti euanescceret. Ideoq; existimauit Marsilius hunc lapillum, cælestis Draconis naturam, & quasi figuram habere, immo, & illius motum consectari. Verùm hic lapis astris decoratus nil aliud est, nisi Astroites, vulgò *Pietra stellaria* apud Agricolam, cuius sex differentiæ monstrantur. Quare concludendum erit lapidem Dracontiam Ficini non ex capite Draconis, sed ex terræ visceribus eruitquapropter hic lapis Astroites, Dracontia Ficini

L. 37. c. 10. L. 3. de vita calitus compar.

Astroites lapis qualis.

B poterit appellari. Non erit tamen negandum lapillum in capite Draconis posse gigni: præterquā quòd in capite Hydri, & Chelydri nasci gemmam obseruauimus, quæ & ipsa Draconites appellatur. Cesalpinus Draconitem describit effigie corniculi, abscissa cuspide, colore partim nigro, partim flauescente, splendido non pellucido, ad cuius basim linea nigra circumdat specie Serpentis.

L. 2. de Metal.

Alius est lapis à natura in viscceribus terræ productus, qui Vulgò lapis sanguinis, seu hæmatites, & secundùm Belluacensem, sanguis Draconis appellatur. Quamuis, in officinis, sanguis Draconis tanquam quid omninò diuersum ab hæmatite monstretur, quod cinnabaris à Veteribus fuit nuncupatus; nā cinnabaris secundùm Plinium, est vox indica denotans sanguinem Draconis pondere Bari, nempe Elephanti morientis elisi: cum vtriusq; animalis pereuntis sanguis permixtus tale genus pigmenti, nimirum cinnabarim producat. Dioscorides taxat illos, qui cinnabarim sanguinem Draconis esse existimarunt, & merito; quoniam apud Auicennam, & Serapionem legitur, quòd cinnabaris est succus cuiusdam plantæ: quamuis postea hic succus densatus non sit vera Dioscoridis cinnabaris. Clarissimus Faloppius fuit huius opinionis cinnabarim Dio-

Cinnabaris ex Plinio quid sit.

C scoridis esse verum sanguinem Draconis in lacryma apud Pharmacopæos. Hodie etiam Illyricis hæc lacryma Dracugna nominatur; cuius meminit Dioscorides, quando cinnabarim ex Africa delatam nominauit; ad contradistinctionem cinnabaris simpliciter, quæ est fossilis, & minio similis: immò interdum in tali cinnabari argentum viuum nascitur. Hæc species ex fodinis Bohemiæ nobis fuit communicata, in qua apparent guttæ ex argento viuo stillantes, cum minio fossili colore iecoris. Præter hanc speciem, aliam non modò cum argento viuo, sed etiam cum pyrite obseruauimus. Immò & tertiam cum argento viuo, & fluore diligentissimus pharmacopoia Ioannes Baptista Fulcrus Lucensis nobis est impertitus. Præterhas species, assignatur cinnabaris factitia ex sulphure, & argento viuo; & omnes prædictæ species prorsus discrepant à sanguine Draconis, seu cinnabari, quæ est species gummi, seu lacrymæ stillantis ab arbore Dracone cognominata in Africa cuius medicamenti vsus in hæmorrhagia est frequens. Verùm Langius dubitat, quòd sanguis Draconis nostræ etatis ad varios vsus in officinis seruatus sit vitiatus. Putat enim esse sanguinem caprillum cum minio, & immaturorum sorborum decoctione densatum quemadmodum olim etiam adulterabatur.

Dracugna est nomē Illyricum.

Cinnabaris factitia ex quibus cōponatur.

Adulteratur sanguinis draconis.

D Supersunt examinanda loca à Dracone denominata; inter quę non infimum occupat locum Thebę vrbs Bœotię Draconigena cognominata; propterea quòd à viris ex Draconis dentibus natis olim constructa fuerit. Huius meminit Quidius hunc in modum.

Lib. 3. fast.

Inq; Draconigenam nymphis comitantibus vrbem
Desilit, & natos eripit inde suos.

Vrbs draconum Mons draconum.

Præterea, ex Stephano, in Icaria insula alia fuit ciuitas dicta vrbs Draconum, item mōs. Ac Dracuina oppidum est Rhetiæ in Sueuia Cisdanubiana, quamuis alij aliter sentiant. Amplius, ex Petro martyre, in India occidentali est locus caput Draconis nuncupatus. Pariter, apud Plinium, Draconon est insula maris Aegæi deserta: quemadmodum Draconteus, siue Dracontum insula maris Africi. Deniq; secundum Petrum martyrem, fau-

Decad. 3. l. 6.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ces in mari octo milliarium, os Draconis appellantur, quid plura? Amnes quoq; à Dra- E
cone cognominati sunt, vt Draconus, siue Drachonus, alij leguat Draum, fluuius est
Galiæ Belgicæ per Lotharingiam in Morelam fluens, cuius meminit Ausonius.

Draconus fluuius.

Prætereo parvum Lasurim, tenuemq; Draconum.

Item Dracon paruus est Campaniæ amnis in confinio Picentium, ex medio oriens Ve-
suuio, & iuxta Nuceriam vrbem fluens. His addamus fontem Draconis locum iuxta
Fons draconis vbi. Hierusalem; vnde postea porta ciuitatis, per quam ad hunc exibant locum, porta Dra-
conis fuit nuncupata.

Adfinem recensenda sunt nonulla alia inanimata à Dracone denominata: vt Dra-
contium capitis ornamentum δρακοντόδης, Draconibus plenus, δρακόντιος anguinus, &
δρακοντόμαλλος, Dracontino criue. Cæterum, apud Chymistas, Draconis aposperma-
Fel draconis, quid sit apud Chimistas. tismum est argentum viuum Vulgi, & fel Draconis, siue fellis oleum est argentum
viuum ex stanno, dicitur; Leo Iauior in scholijs Paracelsi. Demum cauda Draconis
est sperma lapidis, quod postea in operatione ab ipso Dracone vocatur: est autem resi-
duum duarum aquarum ex Sole, & Luna compositarum, vel potius residuũ vnius aquæ
Cauda draconis apud Chymistas quid. in singulis vasis seruatum: qua de re legendus est Mercolinus. Addamus Denominatis F
coronidem, nimirum quando aliquis planeta progrediens deflectit ab ecliptica, aut
versus austrũ, aut versus septentrionem, tũc locus ad septentrionem, nodus ascendens,
Cauda, & caput draconis quid sit apud Astrologos. & caput Draconis nuncupatur; locus verò tendens ad Austrum, nodus descendens, &
cauda Draconis dicitur. Quare laminaria iuxta caput, & caudã Draconis opposita pro-
ducunt Lunæ eclipsin, quia tunc terra diametraliter inter Solem, & Lunã locatur: nam
diameter sphæræ tria centra, nempè Solis, Lunæ, & terræ tangit, & vmbra terræ neces-
sario super corpus Lunæ cadit, & eclipsim generat. Et hæc de Denominatis dicta sunt.

EPITHETA.

IVXTA varias huius animalis conditiones, & prærogatiuas; Author-
es ei varia addiderunt epitheta. Primumq; ratione aspectus, & figuræ,
Græcis dicitur αἱματωπός, nempe cruenti aspectus. Item βλοσυρωπὸς G
trux, & ἀμφιδαλέος, idest intuitu terribilis. Vocatur etiam Nazian-
Epithet a ratione aspectus. zeno ἀνελοσκόπος, quia variè intuetur. Idcirco Latini Dracone m-
torum, & horribilem nuncuparunt. Aliquando dictus fuit ὀφίερος, mi-
Lib. 3. Argonaut. Lib. 4. rum Serpentis caudam habens, item σκολὸς tortuosus, & obliquus. Apud Apollo-
nium δράκοντες χρυσόλοφοι, scilicet cristis aureis insigniti vocantur, & fortè etiam iuba-
ti. Quare hunc respiciens Author ad Herenium sic scribebat. Iste quotidie per forum
medium tanquam iubatus Draco serpit. Immò Dracones aligeri dicuntur, loquendo
tamen de illis, qui alis referti sunt. Demiramur Euripidem, cui πολύκρανος, nempe
multiceps Draco cognominatur; sed forsitan hic author de Dracone monstroso ver-
ba faciebat.

Ratione coloris, ab Homero nominatur κυάνεος, quia, secundùm Hesychium, σὺν
Epitheta respicientia colorem. In Hercule fur. παντὶ κυάνεα κατὰ γαῖαν habeat, quasi non totus Draco, sed maculis tantùm cæruleus
esse videatur. Hinc ποικίλος, varius, & versicolor, item ποικιλόνωτος, dorsum macu-
losum habens. Sed Euripides δράκοντα πυρσόνωτον dixit, quia tergum rufum habeat.
Nec mirum, quoniam φοινίκεις, seu φοινικόεις, scilicet puniceus aliquando ab Homero H
nominatur. Tandem γλαυκῶπις idem, quod γλαυκὸς, seu γλαυκωπὸς secundum Pinda-
rum, quia glaucis, aut cæsijs oculis sit reflectus. Latini respicientes colorem, aliquan-
do Draconem cæruleum, interdum maculosum, & viridem indigitarunt.

Ratione cibi, Draco dicitur ὠμηστὴς, nempe cruditorus, & κρανάμος, quia carnes
Epitheta ratione cibi. distribuat, & forsitan ita Lycophroni vocatur, quia animantia capta trucidet, & euisce-
ret. Ideoq; ab Euripide nuncupatur πηρότροφος, quoniam Feris vescatur: alioquin θηρο-
τρόφος nutriens Feras exponitur.

Quoad veneficam qualitatem, nonnullis Græcis dicitur ἰοβόλος, nempe venenum
Epitheta malã qualitatem respicientia. iaciens: quamuis hoc vocabulo sagittas etiam iaculans figuratè cernat. Item ἰοβόρος, quod
epitheton draconi b fariam competere videtur; tum quia venenuorus, tùm quia sit
venenatus. Idcirco ab Euripide vocatur etiam φάσμος, idest lethifer, cum ab eodem au-

thore

www.libtool.com.cn

A thore ἔχις φόνη, scilicet vipera lethalis appelletur. Rursus nominatur βλοσυρὸς truculeatus, & Nazianzeno ἀδινὸς acerbus, necnon αἱματοβόρος, seu αἱματο βόρος, sanguinarius. Alijs dictus fuit κρατερὸς, violentus, ἀλοίμενος, idem, quod ἄλαος, hoc οὐλόος pernicioſus, πελώριος, immanis, & δασπλὴς, grauis, & atrox. Apud Hieremiam legitur βροταλοιγὸς, ideſt hominum interemptor, Martis epitheton, quod etiam nonnulli competere Draconi voluerunt. Hinc Latini Draconem immanem, immanem, ſæuum, & venenoſum dixerunt.

Non deſuerunt aliæ Draconis proprietates, à quibus Draco epitheta ſortiens eſt. Ab Oppiano ἑρπυστὴς, nempè reptator, & σύρικτης, quaſi ſibilans, necnon ab Oppheo ὀπροτύπος, quaſi cauda verberans vocitatur. Hinc fortè alijs Græcis θριαὶς, robuſtus, & αἰμαιμάχετος, inexpugnabilis cognominatur. Immò apud Lycophronem dicitur ἄγριος, nimirum agreſtis, & ferus, & rurſus apud Oppianum, παναμείλικτος, quaſi aſper, crudelis, & rigidus. *Epitheta reſpicientia alias Draconis proprietates.*

Ratione vigilantiæ, apud Ouidium inſomnis, & inſopitus legitur: quare apud Heſychium fortè ὁ ἱκτὶς ὄφεως nuncupabatur, quia Palladis ædem cuſtodiret. Deinde, B quoniam aſtuta eſt bellua, Nazianzeno ἀγκύλομήτης, nempè obliqua agitans conſilia, & verſutus exponitur. Alioquin πυρόεις, ſeu πυροφόρος ignifer fortè dictus, quia interno æſtuet incendio. Alitèr γηγενὴς ab Euripide dicitur, nempè ex terra ortus; quoniam Priſci, Dracones olim ex terra genitos fuiſſe aroitrabantur. Deniq; ἀργὰς, ad mentem aliquorum, eſt genus Serpentis, vt in primo Libro expoſuimus. Nihilominus multi aſſeuerant hoc nomen fuiſſe epitheton Draconis: qua de re Aeſchines, hoc nomine, Demoſthenem, ob ferinos, & agreſtes mores inſignuit. *Vigilantia draconum.*

Poſtremò, ratione loci, Draconem Indicum, Libycum, & Maſſylium, Poetæ latini indigitarunt. Sed non eſt omittendum hoc nomen (Elephantias) quod aliqui attribuerunt ſerpenti morſu ſuo elephantiaſim generanti: cum tamen Salmaſius in Solinum cenſeat potius, quòd ἐλεφαντίας ſit epitheton Draconis, & potiſſimum illius ſpeciei, quæ in India Elephantem aggreditur, vt eius ſanguinem ſorbeat: quapropter non eſt admiratione dignum, ſi, apud Ariſtophanem, Draco αἱματοπότης, ideſt ſanguinipota nominetur. Aliquando etiam ab Homero, ὄρειος, nempe monticola vocatus fuit, cum loca montoſa hoc animal ſummopere diligat. *Epitheta ratione loci.* *Iliad 7.*

C

MYTHOLOGICA.

PRISCI perpetuas agitantes fabulas, currum vnicuiq; planetæ à diuerſis tractum animalibus aſſignarunt: has autem animantes illas eſſe pronunciabant, quæ in ſingulorum Deorum tutela eſſe credebantur. Quapropter currum Lunæ à duabus Virgunculis, currũ Solis ab equis, Martis à Vulpibus, Iouis à Paonibus, Veneris à geminis columbis, Mercurij à gallis, & demùm Saturni plauſtrum à Draconibus vehi fabulati ſunt. Præterea non ſolum currui Saturni, ſed etiam Cereris Dracones adiunxerunt. Ideo Ceres, poſtquam Triptolemum arandi, & ſeminandi artem docuerat, egrediens Celei domo, currum à Draconibus alatis tractum conſcendiſſe fingitur. Quocirca Quidius ſic canit. *Currus planetarum à quibus trahantur animalibus.* *Li. 5. Faſt.*

Dixit, & egrediens nubem trahit, inq; Dracones
Tranſit, & alifero tollitur axe Ceres.

Di

Sunt etiam multi, vt Heſiodi interpres, qui Dracones Cereris, volumina de agricultura à Triptolemo conſcripta interpretentur: quamuis alij, longos ſulcos ab aratro foematos, per Dracones Cereris ſignificari dixerint. Amplius Medeam, combuſto Creontis palatio, Draconibus alatis, per aerem, Thebas vectam fuiſſe tradunt. De hoc Ouidius ſic canit. *Li. 2. Faſt.*

Vectam fræna tis, per inane Draconibus egens
Credulus immerita Phaſida fauit ope.

Alij, vt Diodorus Siculus, aſſerunt Medeam quibuſdam cantionibus ita fuiſſe operatam, vt Diana per aerem à Draconibus vcheretur. De tali curru hæc habet Ouidius.

Nec fruſtra volucrum tractus cervice Draconum

Currus

www.libtool.com.cn

Currus adeſt, aderat demiſſus ab æthere currus. E

Denuò Mythologi tradiderunt Gigantum effigiem ita fuiſſe formatam, vt eorum pedes in volumina Draconis deſinerent. Idq; factum fuiſſe multi produnt, vt intelligeremus eos nihil recti, aut ſublimis vnquam cogitaſſe. Immò ab iſdem Gigantibus Draconem Mineruæ obiectum fuiſſe memorant; quem Dea comprehenſum, & contortum ad ſydera ieciſſe, & axi cæleſti fixiſſe perhibetur. Idcirco hodie inter duas Vrſas talem Draconem locatum intuemur. Interim contorta Gigantum crura in mentem reuocant Erichtonium, qui cruribus ſerpentinis natus eſſe ferebatur: ſcilicet dum Minerua Vulcano in matrimonium tradita, prima nocte, è lecto mariti euanuit: ſiquidem Vulcanum tunc in terram concidiſſe, & ſemen profudiſſe fabulantur; ex quo Erichtonius dicitur ortus, à Minerua enutritus, & in ciſta incluſus, affignatuſq; filiabus Cecropis, Aglauro, Pandroſo, & Herſe, hoc mandato, ne ciſtam ante eius aduentum reclu-derent. Verùm Aglauron, & Pandroſon curioſitate ductæ, ciſtam aperuiſſe, & circa infantem Draconem inuolutum conſpexiſſe feruntur: id expreſſit Ouidius his verſibus.

Draco inter duas cæleſtes verſus.

L. 2. metā.

F

——— nam tempore quodam
Pallas Erichtonium prolem ſine matre creatam
Clauſerat arcano tectā de vimine ciſta,
Virginibuſq; tribus gemino de Cecrope natis
Seruandam dederat, ſua ne ſecreta viderent.
Addita fronde leui denſa ſpeculatur ab vlmo,
Quid faceret: commiſſa duæ ſine fraude tuentur.
Pandroſos, atq; Herſe timidas vocat vna ſorores.
Aglauros, nodoſq; manu diduxit, & intus
Infantemq; vident, apporrectumq; Draconem.

Filiæ Cecropis quæ fuerint.

Nomina Heſperidū

De horto Heſperidum, notas eſſe omnibus arbitramur Heſperides tres fuiſſe Heſperi filias; ſcilicet Aeglam, Heretuſam, & Heſperetuſam, quæ, vt fabulantur Poetæ; Hortum auriferis arboribus conſitum habuerunt, cui peruigilem Draconem tanquam cuſtodem adhibuerunt; quo poſtea, vel ſopito, vel occiſo, Hercules poma inde aurea abſtuliſſe dicitur. Referunt nonnulli non aureas arbores, ſed pecudum greges exquiſita pulchritudine inſignes ab Heſperidibus poſſeſsos fuiſſe, quibus paſtorem nomine Draconem præfixerunt; quas poſtmodum oues aureas ex Africa in Græciam Hercules exportauit. Plinius tradit Hortos Heſperidum ſtexuoſo quodam Maris meatu fuiſſe cinctos, qui procul intuentibus Draconis effigiem repræſentabat. Alij eruditi viri hanc fictionem poeticam ad ſenſum aſtrologicum traxerunt: ideoq; promulgarunt Heſperides fuiſſe ſtellas Cœli, vel Temporis veſpertini filias, Hortum cū pomis aureis in Occidente habentes: quoniam ſtellæ rotundæ tanquam mala, & inſtar auri micantes nonniſi poſt Solis occaſum apparent: ſigniferum verò circulum, nempe Zodiacum, inſtar Draconis obliquum, harum fuiſſe cuſtodem voluerunt. Quapropter quādo Hercules ab Hortis Heſperidum poma aurea furripuiſſe perhibetur, Aſtrologiæ ſcientiam ab Hercule in Græciam fuiſſe delatam ſignificant.

Draco paſtor.

Quis Aſtrologiam Græcos docuerit.

De Dracone autem velleris aurei cuſtode, quid dicendum eſt? Diodorus Siculus hanc narrat fabellam Aethæ in Ponto regnanti ab oraculo reſponſum fuit datum, ipſum tunc obiturum, eum exteri nauigio delati aureum vellus ſuſtuliſſent. Idcirco rex hanc diſſeminari famam iuſſit, ſe omnes hoſpites Diis immolare, vt hoc diuulgato, cuncti itinerantes eum abhorrerent acceſsum: templum quoq; muro circumdedit, eiq; frequentes cuſtodes ex Taurica accitos appoſuit; quare dixerunt tauros ignem ſpirantes circa templum verſari, & vellus à Dracone cuſtodiri. Quamuis poſtea Iaſon opera Medeæ adiutus Draconem ſoporauerit, & Medeam cum vellere aureo in Patriam reuexerit. De hac expeditione Iaſonis in Colchos legendus eſt Ouidius, vbi canit.

L. 4. Bybl. ver. antiq.

G

H

Velleris aurei fabula.

L. 7. metā.

Peruigilem ſupereſt herbis ſopire Draconem,
Qui criſta, linguiſq; tribus præſignis, & vncis
Dentibus horrendus, cuſtos erat arboris aureæ,
Hunc poſtquam ſparſit lethei gramine ſucci,
Verbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina ſiſtunt;

Somnus

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A *Somnus in ignotos oculos vbi venit, & auro*
Heros Æsonius potitur, spolioq; superbus
Muneris authorem secum spolia altera portans,
Victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.

Hinc quidam Poeta ad hunc Draconem sopitum, & ad furtum velleris aureiâ Iasone commissum alludens, de dracone in curru existente sic cecinit.

Ille, vides, bijugos inter qui prominet axes
Cæruleo insultans pectore, & ore Draco?
Ille est auratæ felix custodia lanæ,
Peruigil optatas ille tuetur opes.
Quæsitas tot opes studijs, nam vellere nobis
Prodigiosa in eo cura, tenaxq; labor.
O si qua auxilio veniat mihi Colchis, Iason,
Fiam ego, sed Grato ditior Æsonide.

Scripsit etiam Cicero magnam vim Anguium olim in Sidonio campo agri Lanouini *Li. 1. & 2. de Diuin.*
B fuisse. Vnde Poetæ draconis Lanouini fabulam finxerunt: dum Lanouinum sub tutela draconis esse retulerunt; qui in specu quodam latibulabatur, per quod ad Inferos patere descensum tradebant. Illuc superstitioso ritu puellas mittebant, quæ proprijs manibus draconem cibarent: hæ si castæ erant, intactæ reuertebantur, & annus ab agricolis fertilis iudicabatur; impudicæ autem à Fera infestabantur. Huius vetustæ, & vanæ religionis meminit Propertius de Cynthia, & Dracone, sic canens. *Draco Lanouinus.*

Li. 3. Eleg.

Disce quid exquilias hac nocte fugarit aquosas
Cum vicina nouis turba cucurrit agris.
Lanuuium annosi vetus est tutela Draconis
Hic vbi tartareæ non perit hora moræ,
Qua sacer abripitur cæco descensus hiatu,
Qua penetrat virgo, tale iter omne cauc.
Ieiuni Serpentis honos cum pabula poscit
Annua, & ex ima sibila torquet humo.
Talia demisse pallent ad sacra puellæ,
C *Cum temere anguineo creditur ore manus,*
Ille sibi admotas à Virgine corripit esca,
Virginis in palmis ipsa canistra tremunt.
Si fuerint castæ, redeunt in colla parentum,
Clamantq; agricolæ, fertilis annus erit.

Relatum quoq; fuit ab Ouidio Cadmum Agenoris Phœnicum Regis filium in remotas *L. 3. metã.*
regiones, Europæ sororis conquirendæ gratia missum, cum mandato Patris, ne absq; sorore in patriam reuerteretur, oraculum Apollinis adijsse consultum, vt quid sibi esset faciendum, intelligeret. Itaq; responsum habuisse perhibent, vt in loco quiescentis indomitæ bouis sedem sibi ædificaret: quare Thebas Bœotiæ condens oraculo paruit, *Cadmi fabula.*
Harmoniam Martis ex Venere filiam vxorem duxit, Draconem Castalij fontis custodem, Martiq; sacratũ interemit, & huius dentes, suadente Pallade, sulcis terræ mandauit; vnde postea multi milites armati prodeuntes se se mutuò cõfecerunt, præter quinq; qui consilio Palladis, inita inter se pace, Cadmo, in Thebis instaurandis, non mediocrem tulerunt opem, qui deinde sua prole totam Græciam repleuerunt. Hanc igitur
D fabulam, mirabili ingenio, Bartholomæus Anulus ad Typographos deduxit Lugdunenses, referens Draconis dentes ad sexdecim litteras, quæ ætate Cadmi, tot fuisse feruntur, inter quas consonantes se se inuicem interficere scripsit, cum seorsim prolatæ nihil virium habeant. At quinq; vocales, quæ per se vocem edunt, & quæ vim alijs etiam communicant, comparat ad quinq; milites, qui, post posito prælio, pacem complexi sunt; postremò Typographum elementorum typos, quasi Cadmum Draconis dentes disseminare tradidit. Carmina autem sunt talia. *Comparatio Cadmi ferẽtis dentes ad Typographos.*

Cui iaculum, iaculoq; animus præstantior omni,
Atq; leoninum vis erat exuuium:
Cadmus Agenorides præstans facundia, & armis,
Vt iaculum penetrans, vt Leo magnanimus.

Vexit

www.libtool.com.cn

Vexit in Europam literas Phœnicibus ortas, E
In quibus humanæ circulus est Sophiæ:
Quarum quinq; (aliis se collidentibus vltrò)
Plena vocales integritate manent.
At terrestribus has animis insevit, & artes;
Ciuiles homines fecit, & ex rudibus.
Fictus ob hoc vigilis dentes sparsisse Draconis,
Exq; satis natos dentibus esse viros:
Qui se occiderunt per mutua vulnera, tantùm
Post reliquos cæsos, quinq; superstitibus;
Ex quibus est hominum post multiplicata propago,
Qui primi Thebas incoluere nouas.
Huius ad Architypum literas qui spargit in vrbe,
Quæ nomen, vires, stemma Leonis habet,
Quiq; libris homines sapientes perficit: an non
Iure pari possit dicere chalcographus?
Semina Serpentis dentes in pelle Leonis,
Hoc est Lugduni, qui Leo Gallicus est. F

Aeoli Thebarum Regis fabula.

Recitat insuper Ouidius, in volumine transformationum, fabulam Aeoli Thebarum Regis, cui Ino Cadmi, & Harmoniæ filia nupsit, qui postea ambo in Dracones transfigurati fuerunt. Horum etiam meminit idem Ouidius in Ibin.

Vt fuit Oetæo quondam, generoq; Draconum.

Deinde consultò omittentes Orphei caput in Draconem transmutatum, aliquid de fabula Protei trademus, qui in quamcumq; figuram mutari dicebatur: vnde abijt in prouerbium de homine variæ sententiæ. *Proteo mutabilior.* Hic igitur quandoq; effigiem Tigris, interdum formam draconis, & sic alias deinceps animatorum, & inanimatorum figuras induebat; de quo Virgilius eleganter canebat.

Lu. Georg.

Fiet enim subito sus horridus, atraq; tigris,
Squamosusq; Draco, & fulua ceruice Leæna,
Aut acrem flammæ sonitum dabit &c.

Hanc fabulam de mutabilitate Protei Lucianus ad saltationis artificium retulit. Inquit G
enim Proteum illum Aegyptium nil aliud, quàm saltatorem fuisse eximium; idque magis sibi persuadet: cum homo effingendi, & imitandi peritus, tunc nobis semetipsum in varias rerum facies transfigurare videtur, dum modò ignis celeritatem, modò Draconis volubilitatem, vel alterius rei impetum exprimit.

PROVERBIA.

Legendum est primũ caput primi libri.

EX Vulgi face desumptum fuisse hoc adagium putat Erasmus. ὅσις ἐμὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων ἐ γενήσεται. Ideſt *Serpens nisi Serpentem comederit, non fiet Draco*: hoc adagium Graeci, quadam libertate, in potentiores iactare solebant, quasi significantes necessarium esse, quem statuerint Imperatorem, multos Principes, & Reges deglutire, & superare; vt ille Dominus dominantium euaderet. Idem author in adagio. *Virum improbum, vel mus mordeat.* Scripsit hoc à quibusdam ita inuersum fuisse. *Viros* H
probos à mure morderi: improbis ne Draconem quidem audere dentes admoliri. Quasi innuere vellent insontibus passim noxam afferri, quoniam hi impunè lædi posse videtur; cum nullam iniuriam referant, iuxta vulgatum carmen.

Dant veniam coruis, vexat censura columbas.

Deniq; circumfertur aliud. *Fel Draconis sub specie mellis.* Hoc promulgari potest in illos, qui aliud fronte simulantes, aliud pectore prementes fucum facere nituntur, dum toxicum saccharo conditum præbent.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

HISTORICA.

VI de rebus Chiorum historiam conscripserunt, teste Aeliano, in quadam Pellenæi montis valle proceris arboribus frequente, & opaca magnum Draconem habitasse tradiderunt, cuius sibilum Chij mirandum in modum perhorrescebant: quamobrem neq; Agricolæ, neq; pastores formidabilis bestiæ magnitudinem ex solo arguentes sibilo, vnquam propius accedere ausi sunt. Tandem violentissimo arborescentis vallis concussæ vento, vehementerq; collisæ ignem concepisse feruntur: vnde Fera magno intercepta incendio conflagrata perijt. Itaq; Chij metu liberati, cum spectatum venissent, ingentia ossa, & immane cranium offenderunt. *Chiorum draco qualis fuerit.*

B Ex eodem Aeliano habemus, quòd in Melite Aegyptia, Draco diuinis cumulabatur honoribus, nam in turri quadam vnà cum sacerdotibus, & ministris cum mensa, & cratere seruabatur, atq; alebatur: siquidem quotidie libum ex farina subacta, & melicrato paratum crateri superponebant, & postridie reuersi craterem vacuum inueniebant. Verùm cum aliquando iuuenis summo videndi Draconis desiderio teneretur, solus in turrim ingressus, libo exposito, recessit, & paulò post, cum Draco mensam conscendisset, illicò fores pro more clausas reserauit: Quare Draco indignatus abijt, & iuuenis confestim mente captus obmutuit, & interijt. *Iuuenis captus desiderio videndi draconis.*

Dracones autem à viris strenuis perempti apud varios Historiographos leguntur. Leonicenus narrat, vrbe in media Thespiensiũ, templũ Iouis cognomento Saotis, nempè Seruatoris, cum simulacro Dei æneo fuisse ædificatum: nam, cum immanis Draco olim vrbem deuastaret, neq; vllis hominũ artificijs exterminari, vel expugnari posset, Iouem consultum imperasse perhibent, vt, quotannis, adolescentulum sorte delectum bestiæ deuorandum offerrent: cum aliter cæteri vrbis incolæ ab incommodo Feræ tuti esse minimè possent. Verùm cum ad Cleostratum pusionem venustum sors tandem deuoluta fuerit, qui amatorem habebat quemdam nomine Menestratum virum tum suapte natura strenuum, tum amoris etiam stimulis audacem. Hic dilecti adolescentis C mortem non æquo ferens animo, se pro illo, horrendo animali offerre cupiens, æneum thoracem ferreis hamis vndiq; fulcitum construxit, quo indutus Menestratus se Draconi, tali consilio, obtulit, vt & ipse periret, simulq; Feram interficeret, quod ex sententia successit. *Lib. 1. var. hist. c. 25.* *Menestratii interitus qualis.*

Olaus Magnus non dissimilem exarat historiam Araldi Norvegiani Regis, qui adhuc adolescens, commorans q; apud regem Byzantium, & homicidij causa damnatus, Draconi, de more, lacerandus, & deuorandus obiectus fuit. Huic in carcerem proficiscenti famulus ingenuæ fidei sponte se damnationis comitem exhibuit. Ideo custos antri vtrumq; inermem ad Draconem introduxit. Quare Araldus confestim collectis in antro cadauerum ossibus, & in sindone, quo præcinctus erat, ligatis, quamdam veluti clauam effecit, deinde Draconem in se ipsum irruentem, veloci saltu conscendens, nouacula clandestinè delata, circa vmbilicum bestiam vulnerauit, tunc q; seruus, compacto ossium gestamine, Draconis capite ad sanguinem, & necem vsq; vulnerato, belluam extinxit. Rex igitur, hoc intellecto, vltione in admirationem versa, fortitudini supplicium condonauit, vtrumq; & nauigijs, & pecunijs munitum in Patriam remisit. *Araldus Norvegianus Draconem necat.*

D Corcyræi, ex Heraclide, Diomedem aduocarunt, qui Draconem illis valdè infestum debellaret. Orpheum aucupio intentum Draco erat inuasurus, nisi canes belluam interceptam occidissent, vt in poemate de lapidibus recitatur. *Canes draconẽ necãt.*

Modò narrandæ sunt historiæ eorum Draconum, qui humanum genus singulari fauore sunt prosecuti. In primis tradit Aelianus vrbem in Achaia nomine Patram fuisse, in qua puer paruum emens Draconem, illum summa alebat diligentia, sed cum adingent ẽ percreuisset molem, à ciuibus ad solitudinem sunt pulsus: puer autem Draconis altor iam adolescens factus, & domum à quodam spectaculo per opacum rediens nemus, in Latrones incidit: ideoq; alta voce opem implorans à Draconе auditus fuit, qui sibilando accurrens, horum partem in fugam vertit, partem verò dilaniauit, atq; hoc modo altorem suum tutatus est. *L. 14. var. hist.* *Draco altorem suum tutatur.*

Aliam

www.libtool.com.cn

Aliam huius generis hiſtoriam non ſpernendam narrauit idem Ælianus. Nimirum, B
quòd Lycaon in Emathia regnans filium nomine Macedonem genuit, ex quo poſtea
prodierunt Pindus robore animi, atq; virtutis indole inſignis, nec nō alij liberi, fratreſ-
què erga Pindum improbo affecti animo. Quamobrem Pindus ſe fratrum inuidia ac-
dere noſcens, Regno relicto, in remotiſſimas ſyluas, venatus gratia, ſe contulit. Vbi
cum ſemel hinnulos inſequeretur, ſumma virium contentione equum concitans, ſe
longiſſimè à ſuis comitibus abduxit. At hianuli profundam ſubeuntes cauernam ab
Inſectantis oculis euanuerunt. Pindus autem ab equo deſiliens, latebram q; illa m
perſcrutans ſibi viſus eſt audire vocem monentem, ne hinnulos tangeret: quapropter
iuuenis circumſpiciens, neminem q; videns, quaſi perterritus, equō conſcendens illinc
diſceſſit. Poſtero die Pindo in eundem reuertenti locum ingens ſe ſe obtulit Draco;
at ille minimè perterrefactus, nonnullas aues, quas ceperat Feræ obijciens, eam opti-
mè mitigauit; vnde Draco his donis, quaſi delinitus illinc receſſit. Id autem ita iucun-
dum Pindo fuit, vt deinceps multa eorum, quæ venatione, & aucupio coercebat, tan-
quam acquiſitæ mercedem ſalutis Draconi offerret. Ob hoc igitur egregium factum,
omnes hunc iuuenem ſingulari proſequebantur beneuolentia, præter ſolos fratres, qui F
inſenſo in illum ſemper erant animo: propterea ſolum aliquando venantem, omniq;
deſtitutum auxilio, ex inſidijs, ſtricto enſe aggreſſi trucidarunt, ſed vulneratum cla-
mantem audiens Draco de cubili egrediens, impioſq; circumplectens ſuffocauit, de-
inde cæſum Pindum ſumma diligentia tandiù cuſtodiuit, donec ad ipſum humandum
aliqui amici accederent, quibus viſis, receſſit, vt commodius ab illis ſupremam gratiam
aſſequeretur.

Pindus dra conē in ſolitudine inuentum mitigat.

Pindi cada uer à Dracone cuſtodiunt.

Habemus inſuper, ex Pauſania, prudentem, & potentem quemdam virum inimico-
rum inſidias metuentem, paruum filium in ciſta clauſum ſecus dumetum occultaſſe,
vbi maximè tutum fore ſperabat. Interim lupo in puſionem impetum facturo præua-
lidus repugnans Draco, infantis ciſtam ſpiris amplexus eſt. Pater autem reuertens,
eminuſq; Draconem conſpicatus, emiſſo iaculo, vna cum dracone filium transfixit: ſed
is cum à quibuſdam Paſtoribus intellexiſſet ſe filij cuſtodem peremiſſe: tunc communi
rogo draconem, & filium concremauit. Ex Plinio, durant adhuc in Liternino, oliuæ
manu prioris Africani ſatæ, ſubeſtq; ſpecus ingens, vbi eius Manes à dracone cuſtoditi
feruntur. Cæterùm de Dracone cuiuſdam puellæ amatore primum caput primi libri G
legendum eſt.

Draco Puſionis cuſtos.

Variæ draconum hiſtoriæ varij ſenſus à prædictis, nec non à ſe inuicem ponderandæ
ſuperſunt. Vt Telephus, ex Aeliano, recumbens cum matre, qui ſtuprum proculdu-
bio commiſiſſet, niſi pius Draco, diuino quodam ductu, dirimiſſet. Lucianus in dia-
logo, qui inſcribitur Pſeudamantes, inſinuat impoſturas cuiuſdam Præſtigiatoris, qui
cum draconem aluiſſet, eum Aeſculapium prædicabat, miriſq; artibus homines illius
ætatis ludificatus eſt. Item Delphicum oraculum, ex Plutarcho, aliquando deſertum,
& inacceſſum fuiſſe perhibetur: cum immanis Draco eo in loco habitaret. Sed qui id
ſcripſerunt (inquit Plutarchus) rem perperam intellexerunt, quandoquidem ſolitu-
do draconem in eum locum traxit, non autem draco ſolitudinem fecit. Apud Plinium
etiam legimus, Lepidum Triumuiratus officium obeuntem, à Magiſtratibus in nemo-
roſum quemdam locum fuiſſe deductum; vbi poſtero die, auium concentu, ſomnus
ſibi fuiſſe ademptum conqueſtus eſt. At illi longiſſima membrana draconis effigie de-
lineata locum circumdederunt, eoq; terrore aues ſiluiſſe tradiderunt. Meminimus H
etiam legiſſe apud Pauſaniam in Atticis, quòd Sauromatæ, & præcipuè Nomades plu-
rimos alunt equos, quibus non tantùm in bello vtuntur, ſed eos quoq; Diis immolant,
& cibis adhibent; deinde vngulas eorum collectas purgant, & ad ſimilitudinem ſqua-
marum Draconis diſſecant.

Oraculum Delphicū cur aliquā do deſeruit.

Icone Draconis aues perterre-fiunt.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

NVMISMATA.

GRÆCA moneta ex fuluo metallo, cum icone Getæ, in iuuenili ætate constituti, cum litteris circumscriptis, ΑΥΤΟΚΡΑ. ΚΑΙCΑΡ. CEPITI. ΓΕΤΑC. ideſt Imperator Cæſar Septimius Geta, habet in facie inuerſa figuram Herculis, dextra clauam tenentis, brachiumq; attollentis, quaſi Draconem pomiferam arborem cuſtodientem interempturi; cum litteris vetuſtate adeo corroſis, vt legi nequeant. Hoc numiſma proculdubio cuſum fuit in aliqua Græciæ vrbe Imperio ſubiecta Romano, quæ in perpetuum tanti Principis monumentum, hanc monetam fabricauit. Pariter reperitur adhuc magnum numiſma græcum græum Antonini Pij, cum litteris, ΑΥΤ.Κ.ΑΙΑ. ΑΔΡ. ΑΝΤΟΝΕΙΝΟC.CEB.ΕΤC. ideſt, Imperator Cæſar Titus Aelius Adrianus Antoninus Auguſtus Pius. Huius monetæ alterum latus exhibet figuram Herculis pellem B leoninam ſupra humeros geſtantis, ſiniſtra clauam, dextraq; colligentis poma ab arbore, de qua Draco pẽdet exanimis, & litteræ circumſcriptæ ΔΕCΑΤΟΥ. ΕΤ L. hic nummus in honorem Antonini, in aliqua vrbe Græciæ fuit conflatus. Quandoquidem per figuram Herculis clava armati, virtus eſt intelligenda, & per iconem Draconis, malum: quaſi innuentes virtute heroica huius Principis omne malum fuiſſe ſuperatum, quo ablato impedimento, poma aurea, nempè fructus virtutis facilè percipiuntur: litteræ autem ΔΕCΑΤΟΥ, annum decimum dominij huius Principis denotant, quo anno fortè hæc moneta fuit fabrefacta.

Numiſma Getæ.

Moneta Antonini Pij.

Demùm circumfertur nummus Cæſaris Dict. III. qui exhibet caput Victoriæ alatæ, capilliſq; in nodum collectis; in cuius altera facie, Roma gradiens, capite galeato, ſtola ad pedes demiſſa, dextra ſcutum geſtans, & læua trophæum conſpicitur, cum figura Draconis caput eleuantis, & inſcriptio eſt talis. C. CLO. VI. PRAEF. M. ideſt Caius Clodius Sextus Præfectus Militum. Etenim Draconis icon in hoc numiſmate alludit ad Inſigne militare, quod Priſci ad bellum proficiſcentes geſtabant.

Numiſma Cæſaris Dict. III.

C

MIRACVLA.

MIRABILIA circa Dracones, quæ totius Mundi opifex, per Sanctos ſuos, in hoc terrarum Orbe patrauit, non longè petenda eſſe arbitramur. Siquidem in ſacris Biblijs, Idolum Bel Babylonij venerabantur, eiq; quadraginta oues, & ſex vini amphoras, ſingulis diebus, offerebant. Verùm patefactis oſtiolis à Daniele, per quæ vxores, & filij Sacerdotum oblata abſumebant: Rex Danieli Idolum, & Templum deſtruendum conceſſit; quo diſſipato, in ea ſede ingens Draco ſtabulabatur, quem poſtea Babylonij tanquam Deum viuum ſummis honoribus cumulabant. De hoc ſic cecinit Reuſnerus in Paradiſo poetico.

Daniel. c. 14.

Draco Babyloniorũ.

Squamigerum pauit Babylonia turba Draconem,
Et ſibi præſentem credidit eſſe Deum.

Iraq; Daniel, mandato Regis, abſq; ferro, ſupra vim naturæ, Feram extinxit. Quo peracto, Babylonij indignati Regem Iudæum, deſtructo Idolo, interfecto Dracone, & occiſis Sacerdotibus, prædicarunt, & proculdubio in eum feciſſent impetum, niſi eis Danielem in lacum Leonum abijciendum conceſſiſſet, qui poſtea inter Feras illæſus ſedebat. Miraculum etiam Draconis extincti, virtute Deiparæ Virginis, habemus apud Matthiam à Michou, qui agens de Sarmatia Europea, Tauricam Inſulam tribus ciuitatibus, & duobus caſtris ornatam inter Mæotidas paludes memorat. Inter has ciuitates vna vocabatur Kiakel, cui de rupe impendebat caſtrum ex ligno, & argilla fabrefactum. In hac autem rupe Draco homines, & iumenta deuaſtans habitaſſe perhibetur: immò violentia Feræ homines ſedem illam vacuam reliquerunt. At quoniam Græci, & Itali inſulam colentes, auxilium Deiparæ ſemper Virginis implorarunt, tractu temporis, candellam in rupe accenſam conſpicati, alacri animo aſcendentes, co-

L. 1. c. 16.

Draco vi Deiparæ extinctus.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ram imagine Gloriosæ Virginis, candellam ardentem, & Draconem exanimatum in media rupe obseruarunt; quem postea, peractis Deo ob beneficium gratijs, in frusta dissectum, extra rupem tulerunt.

To. 2. offic. Præterea Philippus Apostolus, ex Textore, Draconi imperauit, vt innocuus in latebras abiret, cui animal nemini prorsus iniurium obtemperauit. Immò, & Matthæus *Li. 7. Hist. Apost.* Apostolus (vt recitat Abdyas) aliquando incidit in Magos, duos Dracones galeatos manu ducentes sulphureas è naribus spargentes auras, quarum odore homines exanimabantur. Hæ autem belluæ aduenientem Apostolum conspicatæ, demissis capitibus, sunt veneratæ: interea populi vociferabantur opem viri Sancti implorantes, vt eos ab huiusmodi ærumna liberaret: quocirca Apostolus, in nomine Iesu Christi, iussit Draconibus, vt ad sedes suas, nemine offenso, properarent, qua voce audita, bestiæ captæ, *Dracones pulsi extra ciuitatē à Matthæo Apostolo.* euanuerunt, cunctis videntibus, extra ciuitatem non reuersuri abierunt.

Surius etiam in vita Sanctæ Marinæ, quam Latina Ecclesia Margaritam appellat, meminit miraculi ad Draconem attinentis. Quandoquidem huic Martyri in custodijs oranti repente, magno terremotu excitato, diabolicus Draco horrendū edens sibilum, tetrumq; spirans odorem se se obtulit, qui vasto oris hiatu Sanctam circumdabat voratu- *D. Margarita cur pingatur cum Draconе.* rus. Diua autem Margarita firma, & stabili mente, quippeq; omni ex parte Deum intuebatur, signo Crucis se muniuit, & illicò diruptum Draconis ventrem est conspicata. Vnde Christi Martyr à sæuo liberata Dracone corruscantem in carceribus fulgorem apparuisse vidit. Non desunt aliorum Sanctorum miracula de Draconibus: nā Diuus Hieronymus in Vita Sancti Hilarionis recitat, quemdam Draconem immensæ molis, in Prouincia Dalmatiæ olim fuisse moratum, qui non solum armentis, sed etiam agricolis, & pastoribus maximo erat exitio. Ideo Sanctus Hilarion illius ætatis vir iustus, oratione præmissa, Draconem exanimauit, & concremari iussit. Non dissimile miraculum *Draco extinctus à S. Hilarione. In Annal.* narrat Sozomenus (referente Baronio) à Sancto Donato Episcopo patratum. Draco enim in Chamezephiris quas vocant, ad viam regiam, lustrum habebat, & non modò bestias, sed homines quoq; rapiebat: Quamobrem Sanctus inermis bestiam aduentantem conspicatus, signum crucis manu expressit, deinde in faciem Draconis exuit, qui accepto sputo, confestim mortuus concidit. Incolæ verò exultantes ingentē bestiam in vasto combusserūt campo; ne, putrefacto cadauere, & aere inquinato, morbi pestilentes producerentur.

Item Sanctus Ioannicius Abbas, ex Surio, cum aliquando ad Chelidonem virum virtutibus insignem visitandum se conferret, perueniens ad flumen incidit in vastum Dra- *In vita eiusd. Sancti.* conem, qui cursum aquæ, ad impediendum transitum, cohibebat; Sanctus ergo, precibus ad Deum fusis, & signo Crucis manu erga bestiam expresso, statim Draconem necatum aquis tradidit. Amplius Sanctus Syluester Pontifex, regnante Constantino, *S. Syluestri Miracula.* Draconem in quodam specu morantem, lethaliq; halitu homines necantem, ianua aenea signo Crucis obsignata in orificio antri locata, tanquam perpetuo ergastulo mancipauit. Idem quoq; narratur de Leone Quarto Pontifice Maximo, qui Draconem Romæ stabulantem, in cauerna apud Diuæ Luciæ templum in Orphea nuncupatū pœnitus effugauit, vt imposterum non fuerit visus. Alia huius generis miracula infinita à Sanctis Dei patrata recitantur. Etenim à Diuo Arsacio apud Nicomediam, Draco fuit debellatus, vt author est Sozomenus. Idem à Sancto Theodoro, à Sancto Marcello, & à Sancto Crescentino Martyre præstitum fuisse Historiographi perhibent.

PRO-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A

PRODIGIA. ET PRÆSAGIA.

CECINNÆ Dracones, læto prodigio, de extis emicuisse tradit Plinius. Sub capite Spartaci venalis Romam delati, & dormientis complicatum Draconem visum fuisse referunt. Vnde Thracia mulier vaticinandi peritissima pronunciauit id fuisse signum formidabilis, & magnæ cuiusdam potentiæ, quæ tamen infaustum exitum erat habitura. *Draco præsagium potentiæ.*

Suetonius etiam in Vita Neronis, promulgauit missos à Messalina Neronem meridiantem strangulaturos, Dracone è puluino prodeunte, perterritos refugisse. Item Plutarchus narrat, qui Cleomenis corpus cruci affixũ custodiebant, tradidisse Draconem visum, qui cadauer circumplexus, illius faciem adeo tegebat, vt nulla auis ad eam depascendam accedere posset: qua de causa reuerentia quædam, & diuinitatis opinio huic Regi imposterum accessit. *In Vita Cleom.*

B Scriptum est, quoq; in Romanis Annalibus, quòd Maurico imperante, Tyberis Fluuius tanta vndarum copia excreuit, vt eiusdem alluuiones super muros Vrbis fluerent; & tunc Draco insignis molis ad mare descendens visus est: quamobrem mox sæua pestilentia est subsecuta. Per epistolas, etiam Gesnerus intellexit non procul à Rheni litore, propè oppidum Niderburgum Germaniæ, ter sereno Cœlo, diuersis tamen temporibus, Draconem in aere caudam vibrantem fuisse obseruatum: vnde infaustus huius ostenti fuit euentus; quandoquidem illud oppidum, magno Indigenarum damno, & infortunio, fuit incendio consumptum. Item anno nonagesimo nono supra millesimum, & quadragentesimum, die vigesima sexta Mensis Maij, ex Stumpfio, visus est Draco Lucernæ, qui è lacu per Rusam, secundo flumine ferebatur, magna omnium spectantium admiratione, sed quid postea præsagiuerit, non declarat. Præterea anno octuagesimo octauo, supra septingentesimum, in Anglia, Dracones ex ignea constantes substantia per aerem volitare visi sunt; quod prodigium præualidam famem, & infestationem Danicam præsagiuit. *Tyberis inundatio.* *In Chronic* *Dracones igniei in aere visi.*

C

SOMNIA.

QVOTIES somnia, apud Antiquos, iconem Draconis dedissent, semper amplitudinis prænuncia esse opinabantur, quapropter Alexandro Macedoni Draco (quamquam ab alijs legatur serpens) dominij claritatem præsagiuit; dum per quietem, cum matre Olympia congredi visus est. Item Mammæa Alexandri Seueri mater pridie quam enixetur se Dracunculum edidisse somniauit. Dedit, & Augusto præsagiũ Imperij somnium non dissimile; dum Actia mater eius, nocte intempesta, ad solemne Apollinis sacrum accedens, ibi obdormisset, nam ei Draco supra ventrem repere visus est; quare expergefacta maculam veluti Draconis picti in abdomine obseruauit, quæ nulla vnquam abiutione deleri potuit. *Imperij, & dignitatũ præsagia.*

Cæterùm Franciscus Petrarcha mirabile somnium Alexandri Magni recitauit, quod ei accidisse fertur, dum Ptolemeus illi familiaris ab aspide saucius vehementissimo cruciatu moriens afflictabatur. Alexander .n. amici miserius per noctem sibi visus est videre Draconem, quem genitrix Olympia in delicijs habebat, radicem ore gerere, & humano more, expressis verbis, locum castris proximum indicare, vbi illa nascebatur, & asserere futurum, vt eius ope languens amicus curaretur. Itaq; Alexander expergefactus misit, qui ostensam à Dracone radicem inquireret, qua inuenta, non modò Ptolemeum, sed multos quoq; alios ab eadem labe liberarunt. Cicero tamen hoc somnium penè inane, & risu dignum exagerat, & præcipuè, dum introducitur Draco loquens, & radicem ore gestans: cum nec etiam vir discretus id præstare posset: Et re vera quis non ageret Democritum, dum audiret oratorem serpentinum, vel Serpentem medicum intueretur. Non dissimiles ineptias exarauit Cardanus in Libris de Insomnijs, dum retulit figuram Draconis in gemmis cælatam, & per quietem visam indicare hominem cru- *Lib. 4. de Vir. Illust.* *Curatio Ptolomei Saucij ab Aspide.* *Li. 1. de Insom. c. 29.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

delem, & superbum: quemadmodum figura Serpentis hominem fraudolentum, & E
Cap. 40. malignum significat. Denuò paulo inferius, somniantes pellem Draconis induere, homines superbos, arrogantes, & auaros fieri est fabulatus.

MYSTICA, ET ALLEGORICA:

NON est in dubium reuocandum, in sacris litteris, Draconis nomine, Diabolũ præcipuè, deinde eius assecl as designari. Lucifer enim Draco Magnus in comparatione ad minores Dæmones fuit cognominatus. Etenim locutione mali, Diabolus semper intelligitur: siquidem quando hæc verba recitantur in precatione Dominica. *libera nos à malo.* Cyprianus legit. *libera nos à maligno.* Insuper ille celebris Draco Pytho apud Ethnicos nuncupatus, quem ab Apolline sagittis cõfectum fuisse tradunt, ad Diabolum refertur: cum Pythones in Actis Diui Pauli Dæmones nominẽtur, quia horum vnum à muliere obsessa egredi iussit, quæ Paulum, & eius comites Omnipotentis Dei veros famulos prædicabat. Quamuis postea Diuus Paulus cõquereretur (vt notat Origines) diuinæ seruitutis indignum testimonium à spiritu Pythonis exhiberi. F

Pythones vocantur dæmones.

Reliquum modo est, vt aliis assertis sacræ paginæ nostram sententiam stabiliamus. Legitur ergo apud Ezechielem. Draco conculcans aquas, quem nonnulli hæreticum sacras litteras perturbantem intelligunt. Sed Diuus Hieronymus in Ezechielem, exponit Diabolum Hæresiarchis semel in suam potestatem redactis minimè parcere. Habemus insuper apud Psalmographũ. *Tu confregisti caput Draconis, & capita Draconum in aquis à Deo contrita.* Quamuis sensus litteralis denoret Pharaonem, nec non milites, & cẽturiones ab eodem Pharaone missos, vt populũ Israeliticum insectarentur, qui tandem aquarum inundatione suffocati, hacq; ratione contriti fuerunt, & Dracones forte nominati, quoniam Insignia militaria, Draconis effigie, exornata gestarent. Nihilominus, qui sensum mysticum meditantur, verba Psalmographi ad Christum referunt, qui omnem Diaboli facultatem sustulit. Quocirca etiam in Apocalypsi, Draco vinctus ab Angelo, per mille annos, indicat Diabolo sublatam fuisse potestatem seducendi gentes, donec venerit Antichristus. Iterùm in alio Apocalypsis loco, Draco G proiectus in terram, mystice designat (vt voluit Rupertus Abbas) tyrannidem Diaboli expugnatam, quando scilicet Imperatores Romani, contempto Idolorum cultu, ad Christum venerandũ confugerunt. Rectiùs Draco ille Magnus, qui mulieri parituræ infantem vocaturus affistebat, vt in supracitato Apocalypsis loco legitur, ex sententia eiusdem Ruperti Abbatis, mystice demonstrat Diabolum paratum ad Christi fidem dementibus piorum hominum expellendam. Quandoquidem mulier illa indicat Ecclesiam, quæ vtero gerere cæpit, quando fides Patriarcharũ ex promissione, Christum expectabat: tuncq; Diabolus cæpit esse Draco, qui prius Serpens nominabatur. Tandem Abbas Ioachimus Draconem septicipitem Apocalypsis interpretatur Diabolum, septem insectantes catholicam fidem, adiuuantem, & fouentem, inter quos primum locum Herodes occupauit.

Milites Pharaonis cur dracones dicti.

Cap. 20.

Lib. 13. de vitt. verb. Dei.

Cur diabolus appelletur draco.

Præter Diabolum mysticè significatum à Dracone, succedit Draco spiritui aduersaria, de qua Psalmographus verba fecit dicens Draconem esse conculcandum. Etenim caro spiritui semper reluctatur, & spiritus quoq; iracundiæ, qui instar Draconis, iguem efflare videtur. Immò malitia, & fallacia allegorico Draconis nomine notatur: Quo- H
Psalm. 90. niam in Exodo, Dracones Magorum cum Dracone Mosis certantes, & tandem ab illo
Cap. 7. deuorati, ex sententia Gregorij Niseni, fraudulentas cauillationes aduersus diuinum
Cauillationes fraudulentes denotantur à draconib. institutum significant, quas tandem virga veritatis absorbet. Præterquamquòd Dracones, in quos virgæ Magorum fuerunt transfiguratæ, Diaboli vaframenta, & humanæ scientiæ fallacias indicant. Immò ipsa malitia, vel fallacia caro est, qui in mente improborum, tanquàm in proprio cubili stabulatur.

Cap. 30. Calamitates quoq; & extremæ angustiæ allegoricè per Draconem intelliguntur. Iob enim scripsit se fuisse patrem Draconum, magnam denotans infælicitatem. Psalmographus etiam recitauit hæc verba. *quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & operuisti nos vmbra mortis.* Alij legunt. *Quoniam contristi nos in loco Draconis, & operuisti*
Psal. 43.

nos

www.libtool.com.cn

A *nus vmbra mortis.* Interpretes igitur, per locum Draconis, altissimam profunditatem exponũt, vt sit hyperbole pro extremis angustijs. Eumdem sensum mysticum habemus apud Ieremiam his verbis. *Onagri steterunt in excelsis, attraxerunt ventum tanquam Dracones.* Quasi Propheta velit innuere: non habebunt vnde famem, & sitim expleant; ideoq; inopia cibi, & potus peribunt, quam difficultatem Dracones sine grauiori incommodo ferunt. Dracones etiam mysticè appellari possunt Ethnici, de quibus Psalmographus loqui videtur, dum scribit. *Laudate Dominum de terra Dracones, & omnes Abyssi.* Quamobrem his verbis, Ethnici, destructa Idolatria, ad encomia omnipotentis Dei celebranda inuitari videntur. Quamuis Ricciardus in commentarijs symbolicis, scribat significari Angelos Abyssi, & Draconum præfectos, à quibus etiam Mundi opifex meritas laudes expostulat.

Cap. 14.

Psal. 148.

Demùm in Apocalypsi Draco septiceps cornibus decem insignitus describitur, qui mysticè à nonnullis exponitur Luterus, & eius secta. Verùm satius existimamus, si vnà cum Ricciardo dixerimus, primo huius bestiæ cornu, designari orientale regnum Califæ, secundo regnum Turcomaniæ, tertio regnum Bulgarorum gentile, quarto Mau-

In 3. comm. symb.

B rorum, quinto Normanorum, sexto Hungarorum, septimo Occidentale regnum Califæ, octauo Tartarorum Imperium, nono Imperium Sultani Babylonici, & decimo Imperium Turcarum. Item septem capitibus huius Draconis, eodem Ricciardo teste, varia etiam dominia indicantur. Etenim primo capite huius bestiæ, Romanum Imperium gentile denotatur. Secundo Nero ad Constantinum vsq; Arrianum, vel vsq; ad Iulianum Apostatam; immò significatur etiam secundum bellum, quod membra Domini nostri à Paganorum gente passa sunt, aut, secundùm aliorum sententiam, regnum Gothorum indicatur, tertio exhibetur ætas Constantini Arriani vsq; ad Codrom Persarum Regem, nec non monstratur martyrium Christicolarum per Arrianos, &, ex aliorum mente, Regnum Vandalorum; quarto notantur Codrois Persarum Regis tempora, quibus impia Maumeti secta emersit, ad ætatem vsq; Henrici primi Imperatoris Alemani, nec non bellum quartum aduersus Christi fideles per Saracenos commissum, & secundùm alios, Regnum Alanorum: quinto indicatur tempus ab Henrico primo Alemanorum Rege, vsq; ad Saladinum Babylonicũ, & quinta infectatio Chri-

Quæ denotentur capitibus draconis Apocalypsis.

C sti fidelium per Alemanos, & secundùm alios, Regnum Hunnorum; sexto declaratur tempus à Saladino Aegypti Soldano, vsq; ad Federicum Secundum, & sexta calamitas quam Ecclesia Dei per Saracenos passa est, & secundùm alios, regnum Persarum, septimo tandem capite Draconis monstratur tempus à Federico Secundo vsq; ad Antichristum, nec non acerrimum certamen inter Principes Catholicos, & Hæreticos, & ex sententia aliorum, Regnum Longobardorum.

Aliæ significationes draconis Apocal.

His exaratis de capitibus, & cornibus prædicti Draconis in Apocalypsi descripti; reliquum est, vt ad allegoricam expositionem caudæ eiusdem animantis accedamus. Hæc autem cauda, vt legitur apud Ioannem supracitato loco, habebat nodum, & tertiam partem stellarum à Cœlo detrahebat. Propterea quod in octauo prælio, quod Assectæ Antichristi, cum Christicolis inibunt, Antichristus tunc à recta fide tertiam partem eruditorum per stellas significatorum auertet.

Caudæ draconis Apocalypsis allegoricae expositio.

HIEROGLYPHICA.

D NON recedit à veritate illud Draconis hieroglyphicum, quo custodia designatur: quandoquidem hoc animal, ob acutissimam visionem, vigilans, & insopitum nominatur: immò hac ratione naturam Solis imitari dicitur. Quocirca Aegyptij Sacerdotes, ante litteras inuentas, pictura Draconis in semetipsum reflexi, caudamq; mordentis, annum indicabant, quoniam orbe agatur volubili. Huc respexit Clau-

Anni hyeroglyphicum.

dianus, quando cecinit hunc in modum.

Omnia, quæ placido consumit numine Serpens,
Perpetuumq; viret squamis, caudamq; reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapsu.

Cætera autem huius generis hieroglyphica in primo capite primi libri legenda sunt;

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

quoniam Authores descrimen Draconis, & Serpentis nihil pendentes vtriusq; animalis hieroglyphica simul permixta exararunt. E

MORALIA.

Draco assimilatur diabolo.

VEMADMODVM in Mysticis Diabolus Draco fuit cognominatus, non erit pariter inferioris conditionis, in doctrina morali, in quare ob conformes proprietates Diabolus Draconi assimilatur. Nam primùm veluti Draco exitiali redundat veneno: Diabolus item venenatis tentamentis per cõsensum peccati, hominibus interitum affert. Immò si Draco venenato halitu aerem inficit: Diabolus quoq; flatu lethalis suggestus, corda humana venenat, & aerem pestilentem, peccati delectatione, efficit. Interdum halitu Draconis superuolantes aues affectæ cadunt: sic aues moralis doctrinæ, nimirum homines diuina contemplantes, non ad tam excelsa mentem eleuare, possunt, quin flatus Diaboli illuc peruenire possit, vt eos ad delicias, & ad mundi negocia attrahat. Denuò si draco adoritur Elephantum, vt eius sanguinem sorbeat: Diabolus aggreditur probum virum, vt sanguinem pietatis ab illo auferat. Vel rectius speculari debemus dicendo, si Draco Elephantem petere audet, vt sugat sanguinem: Elephas postea concidens Draconem pondere perimit: pari ratione Diabolus omnes edidit conatus, vt Elephantem Christum, detracto per passionem sanguine, occideret; sed à Christo postea ob mortem cadẽte oppressus fuit. Huius figura expressa est in sacris paginis; vbi Eleazar conficiens elephantem, eius casu tandem occisus fuit. Draco cauda potius, quàm ore lædit: sic Diabolus cauda blanditiarum pedetentim ingreditur, sed tandem postea mordebit vt Coluber. Dicitur quoq; Draco Ceruam vitare: Diabolus etiam Ceruam, nempe animam in rectis operibus diligentem abominatur. Denique Draco inter montis incendia, ad mentem Solini, versari, in aerem aliquando ferri, & eius veneno mare aliquando intumescere perhibetur. Talis est Diabolus, qui inter incendia infernæ regionis degit, aliquando per aerem discurrit, dum ad homines iustos tentamentis cruciandos accedit, & demùm mare Ecclesiæ interdum, eius veneno, nimirum supebia, & iracunda intumescit. F G

L. 1 Mach. cap. 16.

Peccãtes draconi assimilãtur.

Præter Diabolum, peccans etiam Draconi est assimilandus. Nam si Aethiopes, ad edendum compescendum, sanguine Draconis vtũtur; deinde Dracone, abiectis felle, & lingua, vescuntur. Sic homo criminosus vocatur Draco, sanguis eius mors, fel peccatum additum, & lingua peccatum manifestum exponitur. Iraq; Aethiopes sunt viri iusti feruore calamitatum, & ærumnarum denigrati, qui ad extinguendum concupiscentiæ fœtum, sanguine Draconis, nimirum contemplatione mortis diuitum vruntur. Iuxta illud Psalmographi. *Manus suas lauabit iustus in sanguine peccatoris.* Ipsi postea Dracones, nempe peccantes, abiectis felle, & lingua, ideſt remotis vitijs, vorantur, ideſt diliguntur. Nec præter rationem, quandoquidem adeps Draconis, ex sententia Plinij, venenatis resistit ictibus: immo cum melle caligini oculorum medetur. Peccans igitur est Draco, qui interdum non est ita improbus, quin aliquid bonitatis participet: cum aliqui criminosi pietatis pinguedine scateant. Fel verò, scilicet ira peccantium, Iustorum oculos clarificare solet. Etenim ad mentem D. Gregorij, improborum prauitas probo rum vtilitati conducere dicitur. H

Fœneratores vocãtur dracones.

Cæterùm meditantibus peccantes in specie, primò se se offerunt fœneratores, qui Dracones simul complicatos, & per mare ad meliora transeuntes pabula imitantur; siquidem hi per mare diuitiarum fodinas auri petunt. Quamuis alij hanc similitudinem Dæmonibus applicent, qui interdum simul iuncti in mundano natantes mari aduersus viros iustos, aliquid semper machinantur. Non errabit præterea, qui dixerit, ab Auaro naturam Draconis diuitias custodientis, illisq; non vtentis repræsentari. Quocirca Petrus Chrysologus Auarum non patronum, sed auri, & argenti custodem appellauit. Item Chrysostomus alloquens populum Antiochenum, Auarum custodem non dominum pecuniarum, seruum, nõ possessorem nominauit. Id quoq; confirmatum fuit à Martiali sic canente.

Serm. 32. Homil. 2. L. 12. epigr. Epigr. 45.

Nummi cum tibi sint, opesq; tantæ,

Quan-

www.libtool.com.cn

A *Quantas Ciuis habet Paterne, rarus*
Largiris nihil, incubasq; Gazæ
Vt magnus Draco, quem canunt Poetæ
Custodem Scythici fuisse luci.

Qui igitur diuitias alijs, & non sibi custodit, infelicissimus profectò habendus est id .n. Cornelius Gallus elegantissimè expressit his versibus.

Efficior custos rerum magis ipse mearum,
Conseruans alijs, quæ periere mihi. *Eleg.5.*
Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis
Peruigil obseruat non sua poma Draco.

Huc proculdubiò spectat illa sententia in Constitutionibus Apostolicis, ad eliminandam auaritiam, recitata. Qui pecunias possidet, ijsq; nec vtitur, nec alijs impartitur, locum Draconis penes thesaurum morantis sortitus est. Ille enim diuitias probè custodit, qui opes, vbi est opus, in reshonestas, atq; vtiles expendit, namq; canebat ad rem Ouidius. *Auarus dicitur Draco.*

B *Quas dederis, solas semper habebis opes.*

Ieerum si Draco est animal sitibundum, vigilantissimum, in terra, in vndis, & in aere viuens, aues, & cæteras animantes vorans: sic qui lucris, & opibus semper inhiat, in nouo vaframenti genere indagando semper vigilat; vt vbicumq; sit, tam diuites, quàm pauperes contractibus non probandis denoret. Immò quemadmodum Dracones, cauda, elephantorum crura ligant, vt melius eorum sanguinem absorbere possint: ita Vsurarij, varia genera contractuum, & cautionum adeo vinciunt elephantes, nempè diuites, vt eorum sanguinem aureum rectius haurire queant. *Vsurarij Dracones dicti.*

Præterea qui tanta referti sunt dementia, vt existiment se genitos esse ad superbiam à comparatione Draconis non sunt excludendi: quoniam si Draco naturali iustinctu Elephanti insidiatur: similiter homo Phæronte, & Icaro superbior, Draconis naturam æmulatur; dum Elephanti, nimirum regnanti insidias tendit, vt & ipse ad summum dignitatum culmen quamprimùm peruenire possit. *Superbus vocatur Draco.*

Immo Draco denotat etiam fœdam voluntatis momentaneæ titillationem, animas,
C & corpora indignis modis polluentem: quandoquidem Veteres lasciuum amorem significaturi, partem postremam Chymeræ in Draconem terminare finxerunt: at in hoc genere Lenones nominantur Dracones, qui mulieres quæstuarias prostituunt, & pudicos adolescentes lasciuis verbis in dies venenant. Quare ab Antiquitate figura Herculis, Draçone perempto, cum tribus aureis pomis effigiabatur; vt extincto libidinis ardore, temperantiam commotionum omnium moderatricem partam demonstrarent. *Lenones dicti Dracones.*

Succedunt ponderandi alienam lacerantes famam, qui proculdubio Draconū mores sequuntur. Etenim si Dracones venenati vocantur, quoniam cibaria venenosa comedant. Obtrectatores, quoq; cunctorum studijs oblaterantes, cibos venenatos mandere dicuntur; huicq, veneno reluctans aliquod remedium vix inuenitur: cum fama ablata vix in integrum restitui possit. Item si, ex sententia Solini, Dracones linguam tantùm veneno refertam habent; criminosi obtrectatores, ad mordendum, & cauillandum, linguam admodum venenatam possident. Et si halitu Draconum aer inficitur, & inflammatur: prædictorum quoq; sermone audientes inficiuntur, & inflammantur. Iuxta illud Hieremiæ. *Ad vocem loquellæ grandis exarsit ignis.* *Obtrectatores dicuntur Dracones.* *Cap.11.*

D Postremò multi (referente Cælio) tradiderūt Proteum modò in suem, modò in Draconem transfiguratum; quoniam per suem, summum bonum in voluptate ostendebāt, & per Draconem; illorum errores, qui terrena pulchritudine fælicitatem metiebantur, quamuis alij pronuncient hanc Protei transmutationem ab antiquis fictam fuisse, ad hominum impiorum terrorem; vt pœnæ metu, vitia abominari inciperent. Iuxta illud.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Virtus deniq; indagatrix, & vitiorum expultrix, quæ diligentissimè omnia perscrutatur, Draconi est assimilanda, qui ab acuta visione nomen sibi comparauit. Ad finem Dracones, cum Elephantis certantes; vnde postea vtriusq; animantis dimanat interitus, ad duos præliantes exercitus optimè comparantur: quando scilicet pars vtraq; perit: tunc enim damnum inferentes, damnum etiam accipere dicuntur. *Duo præliantes assimilatur quandoq; Draconi, & Elephanti.*

EM-

www.libtool.com.cn

E

EMBLEMATA. ET SYMBOLA.

Embl.131 INFRASCRIPTVM emblema Alciatus diuulgauit, ſumpto ab Homero argumento, quando Græci, ad Troiam euertendam nauigantes, aduerſo vento, in Aulide portu Bœotiæ detenti fuerunt: vbi, Calchas augur peritiſſimus, cũ cæteris Græcis profectus Agamemnonem docuit, qua ratione Dianam iratam placarent, & ex Draconis augurio, qui in proximam platanum repens, nouem pullos paſſerisvnà cum parente deglutiuerat, decimo tandem anno Ilium captum iri prædixit: dum pro paſſerculis annos, & pro Dracone tempus interpretatus eſt. Itaq; Alciatus effigiauit Draconem pullos paſſeris in platano vorantem, cum titulo. EX ARDVIS PERPETVVM NOMEN. deinde ſubſcripſit hexaſtichon huius tenoris.

Crediderat plantani ramis ſua pignora paſſer,
Et benè, ni ſæuo viſa Dracone foreret.
Glutijt hic pullos omnes, miſeramq; parentem
Saxeus, & tali dignus obire nece,
Hæc, niſi mentitur Calchas, monimenta laboris
Sunt longi, cuius fama perennis erit.

F

Voluit enim author mentibus humanis inſinuare, præclara eſſe ardua, & nonniſi magna difficultate obtineri. Scribebat enim Cicero nullam eſſe poſſe diuturnam gloriam, quam ſtrenuus labor non anteceſſerit. Ideo ad rem Heſiodi carmina leguntur.

Lib.3.Tuſc. quæſt.

Amplecti vitium cumulatim, & ſumere promptum eſt.
Namq; iter id facile eſt, nec eo vicinius vllum;
Dij quoq; ſudorem virtutis præpoſuerunt,
Ad quam longa via eſt, atq; ardua, & aſpera multum.
Offertur. tamen eſt vbi ad alta cacumina ventum,
Fit facilis, primò fuerat quæ tam ardua virtus.

Vnde Horatius huc quoq; reſpiciebat canens.

Virtutem poſuere Dij ſudore parandam.

G

Propertius etiam id intactum non reliquit, cum cecinit.

Lib. 4. Eleg.

Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires,
Nun iuuat ex facili lecta corona iugo.

Nec putandum eſt id fuiſſe incognitum Ouidio, qui & ipſe cecinit hunc in modum.

Lib.4.Triſt.

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Quapropter colligendum eſt, quòd mortalibus, pro virili parte, eſt adlaborandum, vt immortalis egregijs virtutibus gloria concilietur: qua de re germanam fatetur veritatem illud diſtichon, quod ſic ſe habet.

Qui neſcis, quid ſit noſtrum hoc, quod viuimus, audi,
Tranſitus in mortem, herculeuſq; labor.

Poſteaquàm in ſermonem humani laboris incidimus, non erit ab re recitare aliud emblema Alciati, in quo figuratur Draco extinctus, & iuuenis dentes illius ſerens; cuius hiſtoria in rubrica Mithologicorum fuit exarata. Eſt autem aduertendum, quod dentes Draconis, Cadmi labore, ſatidenotant litteras, quas ingenioſus, & induſtrius iuuenis omnium primus Græcis impertitus eſt. Idcirco Alciatus coronauit emblema hoc titulo. LITTERA OCCIDIT, SPIRITVS VIVIFICAT. carmina autem ſubſcripta ſunt huius tenoris.

Embl.185

Vipereos Cadmus dentes, vt credidit arui,
Seuit. & Aonio ſemina dira ſolo.
Terrigenum clypeata cohors exorta virorum eſt,
Hoſtili inter ſe, qui cecidere manu.
Euaſere, quibus monitu Tritonidos armis
Abiectis data pax, dextraq; iuncta fuit.
Primus Agenorides elementa, notaſq; magiſtris
Tradidit, ijs ſuauem innexit, & harmoniam.

H

Quorum

www.libtool.com.cn

A *Quorum discipulos contraria plurima vexant,*
Nonnisi palladia qui dirimuntur ope.

Cæterùm animaduertit Reusnerus quemcumq; laborem diu noctuq; animum, & corpus fatigantem sine prudentia comite, esse irritum: quapropter delineat hominem ostium Draconi offerentem, cum græca inscriptione. ΑΑΚΗ ΑΝΕΜΩΛΙΟΣ ΑΦΡΩΝ. Dicatq; hoc emblema Raymundo Pio Fichardo Iuris Consulto, cum infrascriptis versibus. *L. 1. Embl. Embl. 28.*

Melle soporatam Dux Troius obijcit offam
Cerbereis portis, Elisiumq; subit.
Igniuomum sopit medicata fruge Draconem
Auratæ Iason vellere dives ouis.
Anguicomæ Perseus superator Gorgonis, aureo
Alipedem fræno Palladis vrget equum.
Multum vis animi, sed plus sapientia præstat,
Quæ cum consilio cuncta modoq; gerit.
B *Quem ratio, non ira mouet, Dijs proximus ille est,*
Plus ratio multo robore recta valet.
Mole sua vis consilij se se obruit expers,
Cui pectus sapit, hic vtilis esse potest.
Sic tu, sic pater ille tuus, Raymunde, magistra
Consulitis patriæ dum ratione simul:
Magnum equidem præstatis opus sapientia parest
Non vi velle magis, quàm ratione regi.

Neq; admiratione vlla teneri debemus, quoniam Camerarius ad calcem libri Emblematum ex Animalibus, Amorem omnium causam esse ostendit; dum effigiat quatuor animalia ex opposito se se intuentia, nimirum Aquilam, Leonem, Sirenem, & Draconem, cum titulo. AMOR CAVSA OMNIVM. Deinde exhibet distichon huius tenoris.

Si rerum quæras fuerit quis finis & ortus,
C *Desine, nam causa est vnica solus amor.*

Addit postea, quòd Author huius symboli, prædictis quatuor animalibus, quatuor Amorum genera voluit repræsentare, nempè desiderium, & amorem veræ gloriæ, deinde virtutis, & præstantiæ animi, tertiò pulchritudinis, & demùm diuitiarum: ideoq; ratione primi, figurauit Aquilam inter cæteras aues altius volantem. Secundo Amori accommodauit Leonem, qui fortitudine quadam cæteris animantibus antecellit. Ad tertium Amorem exprimendum, qui in vera rerum pulchritudine appetenda consistit, Sirenem pinxit, cui poetæ tam suauem concedunt vocem, vt omnes audientes demulceat. Postremo Amoris generi Draco comparatur, quia circa diuitias, & mundanas opes versatur, quas Draco libenter custodire perhibetur. Verùm satius esset, si pro Dracone Auarum delineasset: cum is tanquam Draco diuitijs incubet. Quapropter Paulus Maccius piæ memoriæ ad rem nostram expressit picturam horti Hesperidum, cũ icone Draconis, & inscripsit emblema. IN AVAROS. cũ versibus infrascriptis. *Amorum quatuor symbola.* *Embl. 52.*

Peruigil intactos qui seruat in arbore ramos,
Et sibi non custos aurea mala Draco;
D *Par tibi, dives opum vigili torqueris amore,*
Sed miser extructas non tibi claudis opes.
O aurum curæ fili, genitorq; doloris,
Si te habeam, metuo, ni te habeam, doleo?

Cæterùm satius fuisset demonstrasse mulieres, & virgines potius quàm diuitias diligenti cura esse custodiendas. Quandoquidem Alciatus, in hoc monstrando, delineauit Palladem armatam, cum Draconis icone iuxta pedes, & decorauit emblema hoc titulo. CVSTODIENDAS VIRGINES. Addidit q; hexastichon huius tenoris. *Custodia virginum. Embl. 22.*

Vera hæc effigies innuptæ est Palladis; eius
Hic Draco qui Dominæ constitit ante pedes.
Cur Diuæ comes hoc animal? custodia rerum
Huic data sic lucos, sacraq; templa colit,

Innu-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Innuptas opus eſt cura aſſeruare puellas
Peruigili laqueos undiq; tendit amor.

Nec præter rationem, Author aſſeruit Virgines diligenti, & peruigili cura eſſe ſeruandas: cum virgo Græcis dicatur παρθένος, & etymum deflectatur ἀπὸ τοῦ παραίτιον τῆ μητρὶ: quoniam virgo apud matrem manere debeat, Hunc q; morem veterum fuiſſe ſcripſit Heſyodus. Immò Homerus in perſona Penelopes, voluit pudicam mulierem ſemper ancillis ſtipatam in medium prodire. Immò mulieres in conſpectum hominum curioſiùs intuentium exeuntes, prudentia, & ſapientia conſpicabiles eſſe debent: veluti fuit Theano pulcherrima fœmina, propterquam bellum decenale, cum Phocenſibus commiſſum fuit. Hæc enim aliquandò cum ſuperiorem induereꝛ veſtem, fortè nudauit brachium, quod fortuitò quidam intuens dixit, ò pulchrum brachiũ, at illa ſapienter reſpondit, ſed non publicum; quibus verbis, & caſtitatem ſuam indicauit, & laudantis intemperantiam repreſſit. Ad rem Reuſnerus exhibuit iconem Draconis humi ſtrati, & picturam Apollinis arcu, & ſagittis muniti, cum titulo. VITAE SAPIENTIA CVSTOS. Quoniam vir ſingulari prædirus ſapientia olim dignus Phæbi tripode iudicabatur, carmina autem Authoris ſunt hæc.

Prudentia mulierum qualis eſſe debeat.

L. 3. emble. 7.

Stratus humi Python Phæbi iacet ecce ſagittis
Terribilis ſerpens corpore, & ore minax.
Qui modò peſtifero præſidit tot iugera ventre
Iam cinis, & puluis, iam nihil eſſe poteſt:
Pythia iam celebrat ſecuro Græcia corde,
Laurea victoriæ cingat honora caput.
Prima docens rectum cuſtos ſapientia vitæ eſt,
Cum vitijs morbos pellit, & omne malum.

Catone, etiam ſapientior ille iudicandus eſt, qui veluti prouocatur, reſpondet; comparaturq; Elephanti à Dracone ad prælium prouocato, qui extinctus, & cadens, ponderoſæ molis Draconem obruit. Idcirco Camerarius pinxit Draconem, cum Elephante belligerantem, addiditq; hanc inſcriptionem. NON IMPVNE FERES. Deinde protulit tale diſtichon.

Ia L. Emb. ex Auſ. 27.

Contemnit mortem, qui non moriturus inultus,
Vna etiam eſt hoſtis certa ruina ſui.

Iouius ſcripſit hoc ſymbolum à ſe fuiſſe excogitatum in gratiam Sinibaldi, & Ottoboni Fiiſcorum, qui illud vſurparunt in monumentum iuſtæ victionis, ob Fratrem Hieronymum Comitem crudeliter ab æmulis ſuis Fregoſijs interemptum. Præterea hoc ſymbolo vſus eſt, etiam Delphinus Titio Comes Teſanæ, cum inſcriptione non diſſimili. DEO VINDICE. Demùm Paradinus in Heroicis exhibuit picturam Draconis alati ſerpentem vorantis, cum titulo. VNIVS COMPENDIVM ALTERIVS DISPENDIVM. Argumentum huius ſymboli deſumptum eſt ex adagijs, vbi dicebamus Serpentem, qui non comederit ſerpentem, nullo modo fieri Draconem. Huius autem ſymboli, & adagij ſenſus eſt, multos homines aliorum damno, & ære alieno, & potentiores, & opulentiores euadere. Ad finem Ruſſellius, quoq; diuulgauit ſymbolum litteræ D. eſſe iconem Draconis: quemadmodum ſymbolum litteræ S, pictura Serpentis eſſe dicebatur.

Symbolum, & Adagia.

Par. 2. meuar. artif.

PHRENOSCHEMATA.

IRI ſumma eruditione præſtantes, ex varijs Draconum proprietatibus, varia etiam phrenoſchematum argumenta auſerunt. Quamobrem prima facie, nonnulla vigilantiam huius animalis reſpicientia in medium afferemus. Inter hæc autem primum locum occupat illud Inſigne Eminentiſſimi Cardinalis Hyppoliti Eſtenſis Principis Muſarum, Charitumq; munificentia ornatiſſimi, qui, vt exprimeret nemi-

Draco ad fores Palatij, quid indicet.

nem ità vigilem eſſe poſſe, quin aliquid eum fugere poſſit, delineauit Draconem ſecus arborem auream, & pomiferam, Aquilamq; circumuolitantem, pomaq; furtim ſubdu-
eentem, cum hoc aureo dicto. AB INSOMNI NON CVSTODITA DRACONE.

Alij

www.libtool.com.cn

A Alij meditantes vigilantiam huius animalis, figurarunt Draconem supra ianuam alicuius domicilij cum Dicto. HAS SERVO FORES. Hæc autem pictura ad fores Palatij Illustriss. Co. Philippi Aldrouandi Senatoris Bonon. expressa obseruatur. Hieronymus Russellius effigiauit Draconem, Lupo strangulato, ad Cælum volantem, cũ Dicto. VIGILANTIBVS. NVNQVAM. Voluit enim indicare hominem, qui in peragendis negocijs, laboriosissimo vtitur pervigilio, extincta tandem maleuolorum inuidia, à viris immodicis honoris titulo insignitis ad sydera, vsq; extolli. *L 3. Insign*

Lucas etiam Contilis scriptor Italicus exhibuit picturam arboris malis aureis onustæ, cuius Draconis iconem adiunxit, cum Dicto. NON SAT VOLVISSE. Etenim, cum per aurea mala, sapientia allegoricè intelligatur: author hoc phrenoschemate, illam summopere desiderasse innuit, dum, studendo, noctem diei coniunxit pervigilem. Icon autẽ Draconis pingitur ad ostẽdẽda pericula, & labores, quibus adolescentes, ad comparandas scientias, animum simul, & corpus assiduè fatigare debeat. Idcirco phrenoschemati addidit hoc Dictum. NON SAT VOLVISSE. quoniam, in negotio comparandæ virtutis, non sufficit vulgatum decantare carmen. *In l. Insignia. Phrenoschema acquirenda virtutis quale*

B *Cum desint vires tamen est laudanda voluntas.*

Quandoquidem multis ingis curis, atq; vigilijs vtendum est; iuxta illud Horatij.

Multa tulit, fecitq; puer, sudauit, & alsit.

Præter vigilantiam, existimarunt authores prudentiam quasi lumen aliquod in hoc animali elucescere. Quapropter hanc bestiam nonnisi ab aliquo expressam prudentiæ ideam habente comprehendi posse opinantur. Ideoq; figurant aliquando Draconem cum hoc Dicto. PRVDENTIA VINCITVR. quale phrenoschema ad fores Illustrissimi Comitis Philippi Aldrouandi Senatoris Bononiæ intueri licet. Pariter Perciuallus scriptor Italicus, in libro Insignium, delineauit Draconem vetus spolium deponentem, cum Dicto. EX SCIENTIA PRVDENS. quoniam Draco ob diuturnam, quam ducit ætatem, animal est sagacissimum. Præterquamquòd ei assignatur Prudentia, quia, cum spolium inquinatum cognouerit, illud statim deponere perhibetur; quæ conditiones in viro prudentiæ nota præstantissimo obseruantur. *Phrenoschemata prudentiæ Draconis respicientia*

Vincentius Russellius exhibet hoc phrenoschema, scilicet picturam Draconis in media palude lilijs coronati, cum Dicto. CONDECORATA VIRTVS. Asseritq; C fuisse alicuius viri percelebris demonstrantis propriam, & alterius virtutem, ex quo laudis, & honoris coronã fuerit cõsecutus, vel à generosissima Republica Venera, propter pictam in phrenoschemate paludem, vel à christianissimo Galliarum Rege, vel à Serenissima Farnesiana Familia propter lilia, quæ vtriusq; insignia gentilitia exornãt: icon postea Draconis præfecturam denotat militarem, cuius munere fungens vigilantissimus esse debet. Aegidius Sadelerus picturam Draconis, cum Aquila præliantis exhibet, cum Dicto. DIMICANDVM. fateturq; hoc fuisse symbolum Christierni II. Regis Daniæ, Norvegiæ, Zelandiæ, & Gothiæ. Denuò repræsentat figuram Draconis supra sphæram, cum Dicto. NON MINOR EST VIRTVS. Traditq; fuisse symbolum Sigoberti primi Regis Metensium argumento fortè desumpto à Hieroglyphicis Aegyptiorum, qui iuxta varias Draconis figuras, tempus, annum, Solem, & deniq; totum terrarum orbem designarunt. Meminimus etiam vidisse imaginem alati Draconis in summitate baculi eminentem, caudæ spiris baculum amplexantem cum Dicto. SALVS VITÆ. hoc phrenoschema forsitan alludit ad baculum, & anguem Aesculapij, cuius numini Veteres tutelam vitæ consecrarunt. *Draco cum Aquila. Draco supra sphæram. Draco sub præsphera*

D Postremò venit in mentem phrenoschema cuiusdam viri, cuius opulentiæ olim nihil deerat, tunc q; multi annumerari volebant eorum gregi, quos diligebat. Verùm tractu temporis, ob infortunium, factus iro mendicior, vno, & eodem tempore diuitijs, & amicis nudatus fuit: cum sententia Ouidij germanam fateatur veritatem. *Phrenoschema Diuitis mendici facti.*

Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam.
Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Is igitur olim in pelago diuitiarum, mox ærumnarum natans, pinxit Draconem, cum Dicto italico. TVTTO VELENO. Alludens fortè ad amicos, qui olim tantã erga se ipsum benignitatem, nunc in venenum transmutauerint: vel per Draconem intelligens semetipsum venenosa laborantem egestate, cui amici appropinquare non auderent.

INSI-

www.libtool.com.cn

INSIGNIA MILITARIA.

L.17.Grig. cap.3.

ONSVEVERVNT Imperatores Romani, Imperio inclinante, pro simulacro Aquilæ, ad denotandam ducum vigilantiam, in vexillis, iconem Draconis gestare, cum hac inscriptione. PYTHONE PEREMPTO. quocirca Isidorus hæc verba protulit. Posteaquam Apollo Draconem Pythium confecit, ipse primus Draconis simulacrum gestauit: deinde Græci, & postmodum Romani talia simulacra ad bellum proficiscentes deferre cæperunt. Qua de re nummus Cæsaris Dict. IH. in quo Victoriæ caput alatum conspicitur, habet in latere inuerso Draconem surrecto capite iuxta simulacrum Romæ galeatæ, cum inscriptione: C. CLO. VL PRÆF. M. ideſt Caius Clodius Sextus Præfectus militum. Huc quoq; respexit Baptista Mantuanus, canens.

Draconarij qui fuerint

Non mihi signabant picti vexilla Dracones,
Non Aquilæ.

Quoniam Vegetius scribebat primum legionis signum fuisse Aquilam, quam Aquilifer gestabat: Dracones autem erant Insignia, quæ ad prælium per singulas cohortes à Draconarijs ferebantur. Hinc postea omnes signiferi, per excellentiam, Draconarij fuerunt appellati. Modū autem gestandi, & formam horum Insignium recitat Amianus Marcellinus, quando describit pompam Constantij Imperatoris, quam Vrbem ingrediens duxit. Inquit igitur: purpurea Draconis simulacra aureis, gemmatisq; hastarum summitatibus fuisse alligata, argenteo, & vasto hiatu; itaut, flante vento, veluti Dracones ira perciti sibilarent; reliqua parte ex holoserico subtilissimo, atq; leuissimo, ve & ipsa à vento agitata viui Draconis caudam æmularetur. De his Insignibus loquebatur Claudianus, quando canebat.

Insignium militarium descriptio.

Mansuescunt varij vento cessante Dracones.

Demùm Cortonacenses, coloris albi Draconem in rubra præferebant parma, cuius vmbilicus erat argenteus, in margine autem duo erant circuli, quorum interior praſſinum, exterior verò colorem album præ se ferebat, de his parmis cum simulacris Serpentum, vel Draconum legendum est primum caput primi libri, vbi multò plura explicantur.

INSIGNIA GENTILITIA.

INSIGNIA gentilitia eatenus à militaribus discrepare videntur, quatenus illa domi, hæc militiæ vsurpantur. Immò vnum, & idem Insigne interdum vtrobiq; adhibitum, & Militaris, & Gentilitij munus obire solet. Quamobrem in thorace Agamemnonis, & in scuto Herculis, icones Draconum conspiciebantur. Item generosissimus Imperator ille Epaminundas, qui ad Mantineam tam fortiter occubuit, gestamine Draconis donari, forisq; delectabatur: quapropter Antiqui eo in loco, vbi prælium commissum fuit, columnam cum clypeo effigiem Draconis referente, in tanti Principis monumentum erexerunt. Tale autem gentilitium Insigne ab hoc Principe fuit vsurpatum tradit Pausanias, vt ex cognatione Spartiatarum se progenitum esse ostenderet; quorum Insigne figura Draconis exornabat: cum ex feminio dentium Draconis à Cadmo satorum oriundi essent.

Discrimen inter Insigne gentilitium, & militare quale.

Non desunt nostra ætate familiæ, quæ in Insignibus gentilitijs effigie Draconis delectantur. Nouimus iuuenem cultioris litteraturæ consultissimum, qui proprium Insigne gentilitium Draconis icone decoratum supra ianuam musæi pingi curauit, deinde subscripsit hoc distichon.

Draco in Insigni gentilitio multarum familiarū notatus.

Musarum est custos, custosq; Heliconis ameni,
Hesperidum hortorum ceu fuit antè Draco.

Familiæ postea supremæ conditionis non sunt omittendæ; quarum Insignia gentilitia Draco exornat, veluti est nobilissima Boncompagnorum familia Bonon. ex qua Gregorius XIII. Pontifex optimus Maximus emersit, cuius Insigni gentilitio, multi alludentes

www.libtool.com.cn

Adentes ad Draconem, hoc Dictum adscripserunt. PRVDENTIA REGNAT. Meminimus alibi sub eodem Insigni gentilitio legisse hæc verba. PRVDENTIA NVNC EXPLICAT ALAS. Alij figuram Draconis in hoc Insigni gentilitio delineatam inscripsere litteris coronarunt. VIRTVTE FORTIS, ET AVDAX. Alij verò, & potissimum Poetæ alludentes ad Draconem Insignis gentilitij Gregorij XIII. multa carmina conscripserunt. Horum igitur quidam Romam alloquens sic cecinit.

Ne Lupa serpentem metuas, qui reddere tutam
Te valet, hic tantùm signa timoris habet.

Apud alium poetam meminimus legisse aliud distichon huius tenoris.

Thracicios nunc Roma Duces, nunc mille carinas
Temnat ab insomni benè custodita Dracone.

Ogerius, quoq; qui fuit bonarum litterarum cultor per quàm studiosus in suo volumine syluarum hæc prodidit carmina. *Lib. 3.*

Peruigil Hesperijs olim seruabat in hortis.
Poma Draco aurifero, & rutilanti tincta colore;
Ne quis sisyphijs ea posset tangere palmis;
Raptaq; furtiuè cupidis includere cistis.
Sic prudens Heros vigilanti nomine dictus
Verè Gregorius, sibi quas Dominator olympi
Commendauit oues, truculento à dente Luporum
Defendit summo studio, curaq; perenni.

Neq; sunt omittendi versus Gulielmi Modicij viri in litteris summi; in quibus singulares dotes, & deniq; omnes prærogatiuæ tanti Principis, occasione Draconis in Insigni gentilio picti, sic exarantur.

Est Draco Graiugenis obtutu dictus ab auri,
Cui data cernendi vis peracuta fuit.
Peruigil est, necnon oculis Draco dormit apertis,
Membra rigat quoties fessa labore sopor.
Thesauris igitur custos, templisq; Deorum
Appositus quondam dicitur esse Draco.
Est index animi prudentis; namq; minister.
Dicitur armisonæ Palladis, atq; comes.
Quin olim Serpens Epidauro vectus in Vrbem,
A populo morbos depulit, aeq; luem.
Principis hoc Insigne noui tibi Roma bonorum
Incrementa, decus, letitiamq; notat.
Certa salus paritur populis, cum cernit acutum
Rex vigil, & custos aurea templa colit.
Gregorius vigilem graia fert voce Latinis.
Et magni memores nos facit esse patris.
Legiferam Cererem soliti vectare Dracones,
Signa redundantis fertilitatis habent.
Gaude Roma. Draco placidus viridantibus alis
Alta petens, animo te iubet esse bono.
Florebunt leges, diuinaq; iura, Dracone
Auspice; tum frugum copia maior erit.
Felsina, ciue tuo terrarum Principe, doctum,
Et placidum gaudens effer ad astra caput.
Nemo tuos partus bonus horret; nam pia mater
Nil nisi mansuetum, nil nisi mite parit.
Quicquid habet tamen horroris Draco sentiet hostis
Thracius, & nigro gens Aquilone sata.
Non alia Deus ipse bonis placidissimus hostem
Horribilem præbet, se ratione malis.
Sic horrore lupos pastor fortissimus arcet,
Quem placidum peramant; quemq; sequuntur oues.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Quin natura iubet cunctis in Regibus esse
Diuersum quiddam, quod timeas, quod ames.

Idem author composuit decastichon pro Iacobo Gemmario, qui gemmam fortè simulacro Draconis signatam Summo Pontifici Gregorio XIII. dono dedit. Hoc autem sic se habet.

Alme Pater rerum, cui tradita summa potestas,
Et Christi toto, qui geris orbe vices:
Cum tibi sacrorum data sit custodia; custos
Templorum sequitur te Draco iure vigil.
Aliger est insignè tua Draco gentis, & omen
Alta petens fecit laudibus ille tuis.
Hac nitet in gemma facies signata Draconis,
Expressit mira, quam vetus arte manus.
Parua damus, tamen hæc hilari pater accipe fronte
Inclyta, quæ generis sunt monumenta tui.

Familiæ Burghesiæ. *Familia de Aldrandis.*

Sunt, & aliæ familiæ natalium claritudine conspicuæ, quæ in Insigni gentilitio Draconem habent; veluti Burghesiorum familia genere haud ignobili gloriosa, ex qua dimanauit Paulus Quintus Pontifex Maximus, qui nostro sæculo, tanta prudentia totum christianum orbem moderauit. Prædictis addamus nobilissimam Maluasiorum Bononiensium Familiam, in cuius etiam gentilitio insignij Draco conspicitur. In hac Familia hodie refulget Comes Cornelius ornatissimæ sapientiæ, & prudentiæ vir, qui dum hæc scriberemus, munere Vexilliferis Iustitiæ in Patria fungebatur.

SYMBOLICÆ ALLVSIONES.

Explicantur variæ præ reliquis Draconis.

VM omnibus prompta sit Gregorij XIII. Pontif. Maximi memoria, in cuius Insigni gentilitio Draco figurabatur: sciendum est, quòd Fabricius Principius vir in litteris clarus alludens ad varias huius animalis proprietates, & figuras, volumen Allusionum symbolicarum in sex distinctum libros composuit; in quibus Draconem, iuxta varias præ-G garuas effigians, cum suis Dictis: veri Principis vitam, effigiem, & labores legentibus insinuauit. Propterea nos in præsentia, ad perfectum huius historiæ tractatum, principaliora symbola ab hoc erudito viro repræsentata memorabimus.

Itaq; in prima voluminis fronte, licet intueri Draconem triplici insignitum diademate referentem Insigne gentilitium Summi Pontificis Gregorij Decimi tertij, cum titulo. DOMINATOR, ET RECTOR. quo tacitè exprimitur interesse Principis Sanctę Romanæ Ecclesiæ cuncta moderari, & regere. Sequitur icon Ciuitatis Bononiæ, cum Dracone superuolante, & titulo. BONA OMNIA. Hæc enim Ciuitas tanquam Summi Pontificis patria consideratur, quæ totius terrarum Orbis Principem edidit, sub cuius vmbra bona omnia rectè nominanda sunt. Ibi conspicitur spherica machina, in cuius summitate duo parui Draconcs caduceum ferè Mercurij referentes apparent, cum simulacro Solis, & Lunæ, & titulo. NATIVITATE INSIGNIS. Cum natiuitas hominis, hac ratione, ab Aegyptijs olim describeretur. Proponitur etiam icon Draconis inter duas militum acies quasi præliaturas, cum inscriptione. EX ARDVIS IMMORTALITATEM ACQVIRI. sumpto fortè argumento ab illo infante, quem mulier quæ- H dam Eleis obiecit: vnde mox in Draconem transfiguratus, hostibus ob terrorem fugatis, Patriam liberauit. Pariter Author hoc symbolo significare nititur, quòd Princeps à teneris, etiam vnguiculis, in arduis patrandis, in hostibus sternendis, in Republica seruanda liberanda, & regenda, immortalitem adipiscitur. Rursus effigians Draconem pusionis dormientis caput spiris circumdantem, scribit hunc titulum. NIL CLARIVS NILVE NOBILIVS. Quoniam Draco, vel Serpens summam nominis amplitudinem in omnibus significare dicebatur: cum olim Haruspices serpentem dormientis pueri caput amplectentem retulerint, nihil præclarius ei accidere potuisse. Postmodum delineauit puerum supra Draconem volantem, cum titulo. ET EXALTAVIT HVMILES. Nam sicuti Poetæ Ganimedem per Aquilam raptum fuisse finxerunt, hic ab Authore, pro

Bononia Ciuitas patria omnia bona.

Videnda sunt Draconis præsagia.

www.libtool.com.cn

A pro Aquila, Draco describitur, qui rectius Deum videtur exprimere: Deus igitur Fastosos, & Arrogantes deprimit; Abiectos verò ad sydera vsq; extollit.

Succedit icon Draconis circulum formantis coronati hoc titulo. CELERITATE, ET MODO. Significatur enim, quòd veluti Sol perpetuo circulari cursu totum terrarum orbem illustrat; ita, qui in rebus agendis, nunquam procrastinat, ad Monarchiæ Principatum facilè peruenit. Deinde cum interfit Principis omnia destruere vitia, & Insignia virtutis extollere: pingitur Apollo Draconem Pythium sagittis conficiens, à quo postea Apollo Pythius fuit cognominatus: titulus est. A DEVCTO INSIGNIA SVMPSIT. Iterum conspicari licèt effigiem Saturni in antro, cum figuris sex puerorum, & Draconis, pro ætatum, & anni significatu, cum inscriptione. SVPER ÆTHERA NOTVS. cum senium, siue vltima hominis ætas illa sit, in qua, ad mentem Aristotelis, nobilitas signatur. Adiecit author multos Dracones extremitati caudæ insistentes, cum titulo. NOMINE, ET RE. Siquidem Dracones, & vigilantes sunt, & acutissimi visus ex proprio nomine esse perhibentur, veluti in Rubrica etymi fuit enucleatum; idcirco naturam huius animantis Princeps imitari debet. Sequitur imago Regis Draco-

Apollo draconem pythium necans, deinceps Insignia draconis reportauit.

B nem manutenentis, cum titulo. RERVM POTITVS OMNIVM. Huic enim symbolo argumentum dederunt hieroglyphica Aegyptiorum, qui aliquem regno potitum significaturi, prædicto simulacro vtebantur. Conspiciuntur icones Solis, cum Dracone, & Lunæ cum Aquila: inscriptio est. LVMINARIA MAGNA. Ad denotandam Summi Pontificis, & Imperatoris potestatem. Adduntur figuræ equitum spolio Draconis munitorum, cum titulo. IVS IN ARMIS. Cum hostes non solum vulneribus, sed terrore etiam arceantur. Item conspicari oportet simulacrum mulieris altera manu facem extinguentis, altera Draconem amplexantis, cum hac inscriptione. PVDICITIÆ CONSERVATIO. etenim Princeps faces Veneris procul expellere, aut prorsus extinguere debet. Cernitur etiam effigies Dianæ, cuius dextra facem, & sinistra Draconem stringit, cuius inscriptio est. LÆVA EIVS. nam Diana, nimirum Luna cælesti sponsæ, nempè Ecclesiæ Catholicæ assimilatur, & quemadmodum illa lumen à Sole recipiens refulget; ita Ecclesia, eiusq; Princeps Christicolarum corda illustrat. Pingitur quoq; nauis mercibus onusta, expansis velis, in pelago à magno recta Dracone, cum titulo.

Draco apud Ægyptios erat Hieroglyphicum regis.

Prudentiæ draconi attribuitur.

NAVCLERVS VRBIS, ET ORBIS. Pariter conspicitur simulacrum terræ, cum Dra-

C cone querna fronde coronato, & titulo. PATER PATRIÆ. Corona enim querna seruantibus ciuem olim à Romanis dabatur: Summus igitur Pontifex terram regens, Pater omnium nominatur, & coronam seruantis ciuem meretur.

Corona querna olim dabatur seruãtibus ciuẽ.

Icones etiam nonnullarum mulierum Draconem venerantium ibi visuntur, cum titulo. TIBI MERCES ET HONOR. Imagines enim illarum fœminarum Geometriam, Musicam, & Arithmeticam repræsentant, quæ Principis munificentia florent. Sequitur simulacrum Draconis stellam ad instar cometæ delineatam intuentis, inscriptio est. DOMINABITVR ASTRIS. Quoniam Princeps Astronomiæ studio insignis, prodigiorum minas facilè auertit. Insuper exhibetur Draco in medio Musarum cœtu, hoc coronatus titulo. CERTVS APOLLO. Etenim largo munificentiæ Principis imbre aspersi Poetæ, eius encomia in dies decantare minimè cessant. Ibi videtur etiam Æsculapij imago nodosæ virgæ à Dracone circumdatæ nixa cum litteris. LIGNVM AMBIENS MORBOS PELLIT. Cum medica facultas ad Rempublicam, pro corporum salute, necessaria, sagacitate Pincipis, iuuetur. Pinguntur insuper multi libri, & Draco cum titulo. VIGILANTIBVS NON DORMIENTIBVS. Quandoquidem Princeps

Icon Æsculapij qualis.

D circa leges itagi versans vigilia, facillimè regimen Reipublicæ moderatur. Figurauit etiam Draconem intuentem simulacrum Solis, cum titulo. ABYSSVS ABYSSVM. Sumpto fortè argumento ab Antiquis, qui multis in locis Solem venerabantur, & ab Aegyptijs, qui Draconem mundi spiritum indigitabant: quare in hoc symbolo considerabatur Romanus Pontifex, quatenus Deum meditans, Theologiam è pectore effundit. Huic addit simulacrum Europæ, & iconem Draconis ad fores templi, cum inscriptione. VNICVS DEI VICARIVS. Nam Summus Pontifex, quia solus Princeps est, Europam ab hostium manibus intactam tuetur.

Priscorum aliqui venerabãtur Solem.

In progressu, conspicari possumus effigiem Veris, cum Dracone argentea redimito corona, & titulo huius tenoris. MICAT INTER OMNES. Siquidem, veluti aduentante Vere, frigus dissipatur, & nebulæ dissoluuntur, ita candor Principis humanæ men-

www.libtool.com.cn

Simulacra quatuor anni tempor.

tis tenebras fugat. Additur huic imago æstatis, cum Dracone spicis coronato, & titulo. LONGANIMITAS. Cum Principis cura, veluti æstas annona redunder. Neq; desideratur simulacrum Autumni, cum figura Draconis fructuum sertis ornati, & titulo. SVPEREMINET OMNES. Siquidem Principis potestas, de qua honores, & dignitates fluunt, Autumno fructuum ditissimo comparatur. Deniq; Author præbuit figuram Hyemis cum Dracone populeis frondibus exornato, & inscriptione. DIV NOCTVQVE REGIT. Quoniam Princeps, ob mentis, & corporis labores, dies, atq; noctes ducit insomnes, idq; populea fronde significatur.

Deus vocatur Alpha, & Omega.

Inter præcipuas libri secundi allusiones symbolicas, figuratum Draconem, cauda, mordicus apprehensa, circulum formantem inuenimus, cum titulo. ALPHA, ET OMEGA. Nam Deus, quo maius excogitari non potest, rerum omnium Principium, & Finis, carnem humanam indutus, vitam mortalibus restituit. Huic adduntur imagines gentium genuflexarum. Draconem supra lignum eleuatum in solitudine venerantium, cum inscriptione. CLAVIVM INDVLGENTIARVMQVE BENEFICIVM. Christus enim per æneum Serpentem in Deserto adoratum præsignatus, non solum mundana, deleuit peccata, sed etiam indulgentiam, & criminum remissionem de eius latere effudit. Figurato deinde Laocoonte cum filijs à Draconibus demorsis addidit hanc inscriptionem. QVID CONTEMNERE DIVOS. cum Deus sacrilegos, & simoniacos viuere non permittat. Insuper, sumpto argumento à Seruio in commentarijs ad Virgilium, qui Dracones in aqua versantes vocauit angues, in terra Serpentes, & in templis Dracones; effigiauit hanc bestiam in undis natantem, per terram gradientem, & supra templi ædificium, cum titulo. SI SVMPSERO PENNAS DILVCVLO. Quandoquidem Deus cum sit vbiq;, criminosorum nullum est perfugium.

Laocoontis icon.

Draco truncata cauda.

Denuò pinxit Draconem, truncata cauda, cum inscriptione. MISERICORDIA, ET VERITAS. quoniam Sinagoga, pro qua Christus humanum induit spolium, ob incredulitatem, à corpore Ecclesiæ rescissa negligitur. Draconi etiam in eminenti ligno collocato inscripsit SVSPICE, ET VALEBIS. cum Christus pretio proprij sanguinis humanum genus redemerit. Iterum supra lignum ad instar crucis fabricatum Draconem depinxit, cum titulo. MORS, ET VITA DVELLO. quoniam Christus in cruce efflans spiritum, mortem extinxit; deinde relata victoria, glorioſus triumphauit.

Andromeda quid significet.

Præterea delineauit Andromedam scopulo alligatam, monstrum per maris vadas ad eam properans, & Draconem pro illius salute aduolantem, cũ inscriptione. REDEMPTOR, ET DEFENSOR. Siquidem Andromeda animam, scopulus peccatum, mare mundanas fallacias, monstrum hostem humani generis, & deniq; Draco diuinam opem significat: Cum Christus animam crimini alligatam, ab hostium potestate liberauerit. Item conspicari licet figurã Draconis in summo turris fastigio, cũ titulo. SANCTVM, ET TERRIBILE. Cum in vetere testamento, Deus turrim sibi ædificasse, & Deus vltionum vocatus fuisse tradatur, qui hodie Deus Misericordiæ nuncupatur. Effigiauit quoq; illam, quam in Apocalypsi Ioannes vidit meretricem supra bestiam coccineam, à Dracone conculcatam, cum inscriptione. MORTE MORTVA, VITA REVIXIT. Draco hoc in loco sumitur pro Deo, cuius vices gerit Romanus Pontifex: Deus enim iniquitatum omnium fatorem sternit. Amplius conspicitur Draco supra figuram sphæricam cum caduceo Mercurij, & legitur hæc inscriptio. REX REGVM. Hoc enim simulacro olim mũdi regimen denotabatur. Visitur quoq; figura monstrifica Draconis, cum titulo. VERITAS ET MENDACIVM. Siquidem falsitas veritatis est æmula; cunctis enim liquidò constat Christum olim figura Draconis, fuisse præsignificatum: nihilominus Diabolus hanc Draconis formam induens, primos parentes nostros decepit.

Deus vltionum quando dictus fuerit.

Mundi regimen quo modo à Priscis denotatum.

Religionẽ intactam seruans princeps cõstituitur.

Item apparet figura Draconis, cuius caput spiris caudæ munuit, cum titulo. SERVATA RELIGIO. Quandoquidem religionis caput quocunq; modo seruandum est, qui autem religionem intactam tuetur super alios Princeps constituitur. Deinde figuratæ naui in pelago additur icon Draconis, cum inscriptione. MINVS FLVCTVAT. quia Religio Principis Ecclesiam Dei ab Hæresum prauitate defendit. Ibi etiam Draco est supra firmam basim mitra tectus, cum titulo. QVIA LEGITIME CERTAVIT. Qui enim veritatem catholicam tuetur, omnium culmine dignitatum coronatur. Immò figurauit simulacrum Religionis supra Draconem sedens, cum titulo. RELIGIO-

NIS

www.libtool.com.cn

A NIS BASIS. quandoquidem, prudentia, & vigilantia Principis, religio candida, & intacta seruatur. Huic addidit effigiem Basilicæ D. Petri in Vaticano, cuius fastigium figura Draconis exornat, cum inscriptione. IVSTI INTRABVNT PER EAM. Propterea quòd Religiosus Princeps populum, etiam religiosum, & pium reddit. Ibidem fas est obseruare variashominum icones Draconem epidaurium venerantes, cum titulo. OMNES GENTES SERVIENT EI. cũ religio diuina, & immaculata exteras, etiam Nationes sibi reddat subditas, & animarum languores sanet. Obseruantur etiam ibi Centaurorum, & Satyrorum picturæ, quæ, conspecto Dracone, fugiunt cum titulo. NVSQVAM AMPLIVS SVPERSTITIO. Etenim veneranda religio homines veneficos, & superstitionibus deditos viuere non patitur.

Diuina religio exteras, etiam gentes ad se trahit.

Verùm quia religio Principis in ædificandis, & instaurandis templis, cognoscitur, & probatur; Author pinxit imaginem Dei Genitricis Mariæ infantem Iesum amplexantis in curru à Draconibus tracto, cum titulo. DVX DVCTRICEM: Propterea quòd à Gregorio XIII. icon Deiparæ del SOCCORSO NVNCVPATÆ, in sacellum Gregorianum translata fuit. Postmodum simulacro Minervæ corio Draconis indutæ, & scuto
B capite Medusæ signato, armatæ inscripsit. VT ATTONITOS FORMIDINE TERREAT HOSTES. Quia religiosus Princeps, vtriusq; vitæ nimirum actiuæ, & contemplatiuæ, aduersus hostes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, milites mouet. Et cum Princeps petentibus beneficia singulari humanitate largiatur: exhibuit figuram hominum genuflexorum coram Dracone Aesculapij, cum titulo. PVBLICA SALVS. Deniq; conspicari possumus templum Apollinis, cum Dracone in tripode, & cortina, quæ olim ex pelle Draconis fabrefacta esse ferebatur, & titulus est. DA PATER AVGVRIVM; etenim religio petentibus iusta, responsa veritatis haudquaquam negat.

Minervæ simulacrum

In tertio Libro allusionum symbolicarum quædam symbola habentur potiora. In primis effigiatur Deus Moysem alloquens, & Draco iuxta pedes, cum inscriptione. ATTENDE FINEM. Quoniam veluti fides hominem saluat: ita ærumnarum finis, qui in ipsis est obseruandus, sæpè Populorum Principem constituit. Deinde pingitur virga in Draconem transmutata coram Pharaone, cum titulo. SIGNA INFIDELIBVS. fides enim sicuti stipulam voluptatum accensam extinguit: sic Princeps vanitatem Infidelium damnat. Item videtur ibi Draco Moysis deuorans Dracones, vi cantionum, à
C Magis excitatos, cum inscriptione. VERITATI MENDACIVM CEDERE. Quemadmodum enim fides mundanarum rerum amorem extinguit; ita Princeps, lumine veritatis mendacia detegit, atq; supprimit. Adduntur simulacra templorum Ethnicorum, necnon sapientum Græciæ faciem Draconis intuentium, cum titulo. LVX ORTA EST EIS. siquidem fides Christi tenebras Ethnicorum dissipat, atq; cõsumit. Succedit magna Draconis imago duas linguas exerens, cum inscriptione. VNVS PASTOR, ET VNA FIDES. Etenim fides est munus prædicationis ad Romanũ spectans Pontificem vtriusq; Ecclesiæ, nimirum Latinæ, & Græcæ Principem. Huic annectitur figura nauis, cuius nauita est Draco, cum inscriptione. QVI STATIS IN DOMO DOMINI. Quoniam fides perseuerantiam expostulat. Figura Cerui, etiam conspicitur ad fontem à Dracone custoditum properantis, cum titulo. VENITE AD AQVAS. Hoc; symbolo mentem fide expurgari significant. Effigiatur etiam Trophonij antrum, vbi Dracones responsa dare dicebantur, cum titulo. VERITATIS LVMEN. Siquidem Ethnici, sine lumine fidei, in rectis, etiam versantes operibus, nihil moliuntur; cum fides nostra tanquam Phæbus inter sydera refulgeat. In subsequenti symbolo tria conspiciuntur simu-
D lacra, nempè nauis in mari, Draconis supra lapidem, & Aquilæ volantis, cum his verbis. QVAM INVESTIGABILES VIÆ EIVS; quoniam spes ad lumen veritatis mentem eleuat.

Veritati mendacia cedere necesse est.

Fides perseuerantiam expostulat.

operationes rectæ sine lumine fidei nihil operantur.

Sequitur icon Draconis oues à varijs monstris defendentis, cum titulo. PHARMACVM, ET ANTIPHARMACVM. Nam veluti antipharmacum venenis reluctatur: sic spes, quæ anchora dicitur, animas à futuro liberat naufragio. Deinde quia Draco apud Aegyptios erat symbolum salutis, & in Tripode responsa veritatis dabantur: author Draconem in Tripode effigiauit, cum inscriptione. BOELIX PRÆSAGIVM. quoniam spes nominatur galea salutis, qua munitus Princeps, & Dei protectus virtute, hostibus facilè debellatis, triumphat. Denuò possumus intueri supra lignum eleuatum in Eremo pictum Draconem, Christum passum figurantem, cum titulo. ATTENDITE, ET VIDETE.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Charitatis ardore homines moueri debent

DETE. cum charitatis ardore homines moueantur. Draconem insuper suspicientem, & halitu aues attrahentem pinxit, & inscripsit author hæc verba. EXPVLSOS DEPRIMIT SPIRITVS. charitas enim, cum peccatum expellat, Deus est, cuius vices Summus Pontifex subit. Draco postea supra quadratum lapidem pictus videtur, cum titulo, QVÀ PRÆSAGIVM VOCAT EVMDVM. Denotat Principem sapientem firmæ nixum veritati, qui in hoc vitæ triuio degentes, rectos vitæ tramites docet. Adiunxit figurâ Draconis multitudini librorũ incubantis, & inscriptionẽ IN SCRINIO PECTORIS OMNIA. Propterea quod interest Principis responsa fidei, & diuini iuris dogmata manifestare. In subsequenti symbolo inspicitur Draco ramis hæderæ coronatus, & inscriptio est. IN DIES LABORE VIRET. quoniam labore studiorum nomen Principis semper virens, & immortale redditur. Ibidem apparet figura sphyngis Draconem fugientis, cum titulo, FVGAT TENEBRAS. nam sapientiæ lumen, cæcitatis nebulas expellit. Pingitur deniq; Draco instructam militum aciem intuens, cum inscriptione. CEDANT ARMA TOGÆ. quandoquidem Princeps magis sapientia, & legum peritia, quàm armis operatur.

Diuini iuris dogmata manifestare interest Pontificis.

Inter symbola quarti libri primum sibi vendicat locum figura Iani sinistra speculum, & dextra Draconem tenentis, cum titulo. NIHIL FVGIT. nam cum Ianus Principem summa prudentia insignem indicet, non possumus non fateri, in hoc symbolo veram prudentiæ principis descriptionem assignari. Addit præterea iconem populi Romani Draconem epidaurium adorantis, cum titulo. PROVIDENTIÆ CLYPEVS. quia Princeps altiori præditus prouidentia egregiè rebus reipublicæ prouidet, atq; consulit. Item licet conspicari iconem Columbæ supra caput Draconis his verbis exornatam. PRVDENS, ET SIMPLEX. Cum mens, atq; ratio Principis religionem in republica foueat, atq; nutriat. Immò Draconis figura in medio labyrinthi videtur cum his verbis. SILENTIO DIFFICILIVS NIHIL. Propterea quod arcana in corde Principis abdita seruantur. Ibidem Draco inspicitur proprios fouens fœtus, & cæteras venenans animantes, inscriptio est. MORS IMPIIS VITA FIDELIBVS. Hoc symbolo ostenditur æquitas, & seueritas, seu pœna, & premium, quibus Princeps benè, & malè merentes prosequitur. Deinde possumus intueri simulacrum Draconis in summitate arcis Sancti Angeli, cum inscriptione. VERI IOVIS ALES. etenim in eminentia dignitatum constitutus Princeps, niueaq; probitate candidus, iustitiæ radios effundens, Christianæ Reipublicæ mores restituit.

Ianus exhibet symbolum veri Principis.

Æquitas, & seueritas, pœna, siu præmiũ

Pingitur Draco in amœnitate terrestris Paradisi inter ramos arboris occultatus, vbi quoq; conspicitur alius Draco locatus supra lignum ab Hebræis in Deserto erectum, cum titulo. VBI MORS IBI VITA. Conuenit enim iustitiæ Principis, vt vbi peccatum commissũ est, ibi quoq; pœna soluatur. Deinde delineatur Phaeton Draconem intuens, & de curru Solis cadens, cum inscriptione. RVIT TEMERITAS. Siquidem hanc Princeps sua fœuitia præcipitat. Conspicitur ibidem pugna Draconis, & Aquilæ, cum his verbis: IVSTE CVLTVS. Cum Princeps rebellium iniuriarum vindex esse nullo iure prohibeatur. Certamen quoq; Draconis, cum Elephante figuratur, cum titulo FORTIOR IPSO NVLLVS. quoniam Princeps hostes Christianæ religionis cõculcat. olim, vt scripsimus in Historicis, Leutichio visus fuit Draco clauis inuolutus: vnde author hoc in loco pingit Draconem claues tenentem, cum titulo. NON PRÆVALEBVNT ADVERSVS EAM. Nam potestas Ecclesiæ, ob Principis fortitudinem, secura, & intacta manet.

Phaeton est symbolũ temeritatis.

Potestas Ecclesiæ secura, & intacta manet,

Item Draco visitur mitra Pontificia coronatus, cum titulo. NVSQVAM TVTIVS. Dignitas enim Ecclesiæ, ob Constantiam Principis, nunquam deficiet. Videntur ibidem Dracones, caudis simul complicatis, erectis capitibus, amnem trauantes, cum inscriptione. OPERE, ET SERMONE. quoniam fiducia Principis ardua, etiam aspernatur. Pingitur item Draco spiris caudæ collum Leonis stringens, & titulus est. PRVDENTIA FORTITVDO FORTIOR. Cum prudentia quidem, & fortitudo seorsim polleant; simul tamen copulatæ multò plura operantur. Pinguntur etiam homines natiuigantes, & Draco vellus aureum custodiens, cum titulo. PRÆDONVM EVERSOR. Quandoquidem thesaurus sapientiæ Principis custodia seruatur. Figuratur etiam Draco cælestis inter sydera refulgens, cum titulo. AB ANTIQVIS COGNITVS. Cum clara Principis origo, candore vetustatis fiat illustris. Demùm fas est conspicari Draconem

Prudentia, & fortitudo simul quæ valeant.

www.libtool.com.cn

A conem vetus ſpolium deponent &, cũ litteris. ABSTINENTIA. Argumento deſumpto à natura Draconis, qui priuſquàm ſe renouet, à cibo abſtinere dicitur: pariter animus Principis contemplatione rerum ſuperiorum roboratur.

In quinto libro elegantiora, & potiora ſymbola ſunt, veluti pictus Draco in horto Heſperidum hoc titulo coronatus. OPTIMVS RERVM SERVATOR. propterea quod vigilantia Principis Eccleſiam Dei ab hoſtium impetu tutatur. Huic additur icon Palladis cum Dracone, & titulo. CVSTODIA ET VIGILANTIA. Inſinuat enim author, quòd veluti Pallas virgines, ita Princeps Eccleſiæ dogmata intacta ſeruat. Deinde ſuper gregem ouium Draco expanſis alis figuratur, & additur hæc inſcriptio. SVB VMBRA ALARVM TVARVM. Siquidem Princeps ſi mis catholicæ fidei documentis imbutus, oues cuſtodit. Iterũ effigiatur Draco in faſtigio arcis S. Angeli hac inſcriptione decoratus. OMNIA TVTA VIDES: Princeps enim occulatus omnia videt, & ſeruat. Item conſpicitur Draco Minervæ miniſter ad fores templi cum titulo. VIGILAT. quoniam tempora Principi vigilanti ſemper famulantur. Licet ibidem intueri Draconem oculis apertis quieſcentem cum inſcriptione. DORMIENS VIGILAT. quia cuſto-
B dia, & cura ad Principiem ſpectans inſomnis eſſe debet.

Draco horti Heſperidum.

Princeps oculatus ſe debet.

Delineantur poſtea duo Dracones cum cornucopia ſub pileo alato, cum inſcriptione. PACIS AVTHOR ÆTERNÆ. hoc enim eſt fælicitatis, & perpetuæ ſymbolum pacis. Huic adiungitur effigies Draconis ſupra figuram galeæ his inſcripta verbis. PRO PACE BELLVM. quandoquidem, icone galeæ, bellum, & figura Draconis prudentia denotatur: quaſi author velit innuere, quòd viri bellum mouentes, virtute prudentiæ præſtantiſſimi eſſe debeant.

Symbolum fælicitatis quale.

Conſpicitur Draco mordicùs caudam tenens ſupra lignum in ſolitudine erectum, cum titulo. VENI VIDI VICI. Siquidem victoria ſanguine parta chriſtianæ reipublicæ pacem æternam attulit: Prædictis annectit figuram Draconis inter icones caduceci Mercurij, & cornucopiæ collocatam, cum titulo. VTRVMQVE. Præſtat Propterea quod, figura Draconis, prudentia Principis, & cæteris imaginibus, pax, & diuitiæ deſignantur: cum Princeps pacem, & diuitias largiri poſſit. Deniq; pingitur mulier in throno ſedens caduceum, & cornucopiam tenens, cum inſcriptione. SIMVLACRVM FÆLICTATIS. cum hæc imago pro ſymbolo fælicitatis in numismate ſuluæ
C Mammeæ conſpiciatur: quamuis ibi de fælicitate mandata, hic de cæleſti verba fiant.

Prudentia Principis quadeſignetur.

In ſexti, & poſtremi libri primo fronte author delineat circulum aræum imaginibus Vrſarum, & Draconis exornatum, quæ conſtellationes in noſtro Hemiſphæro nunquam occidunt, cum titulo. DIGNITATVM CVLMEN. quoniam ſerenitas, Principis calumniantium turbine obnubilata ſemper defenditur. Huic ſymbolo additur icon Palatij in monte Exquilino ædificati, & ſpira Draconis circumdati, cum inſcriptione. PRINCEPS REXQVE potentiſſimus. Argumento ab Ægyptijs deſumpto, qui Principem æqua lance ſubditorum curam gerentem demonſtraturi, hoc ſimulacro vtebantur. Item conſpicitur Hecate viarum præſes capite Draconis, loco humani, integrata, cum titulo. LEGVM DATOR, ET CVSTOS. Princeps enim leges condit, & ſeruat; quarum olim Hecate nempe Diana cuſtos eſſe credebatur, cum vijs illam præfeciſſent. Pinguntur ibidem duæ columnæ ſpira Draconis circumdatæ cum inſcriptione; NITITVR IN VTRAMQVE. Siquidem Princeps prudentiæ, & fortitudini, tanquam duabus firmis columnis ſemper adhæret. Videtur ibidem Draco inter duorum lapidum anguſtias pictus ad ſpolium deponendum, cum titulo. PÆNITEN-
D TIA. quoniam ſobrietas Principis longanimitatem parat.

Hieroglyphicũ Principis iuſti.

Cernitur etiam imago hominis domo exeuntis, & in muſtelam, atq; Draconem incidentis, cum inſcriptione. BONIS AVSPICIIS INCIPIENDVM. nam muſtela mali, Draco vero, vel Serpens, boni hominis eſſe ab Antiquitate credebatur. Rurſus figuravit author Draconem ouium cuſtodem, & lupum fugantem, cum titulo. SVRREXIT BONVS PASTOR. Et enim Princeps, ſublata Ethnicorum ſuperſtitione, truculentam luporum rabiem facilè compeſcit. Annectitur ſimulacrum Æſculapij Dracone cincti inter cæleſtes imagines refulgens, nec non Draco Inſignia gentilitia Gregorij decimi tertij exornans, his verbis coronatur. ALTIOR ILLO SPLENDET. nam Princeps immortalitatem aſſecutus ſuper æthera notus, in dies clariot euadit. Ad finem licet intueri magnã Draconis effigiem caudam mordicùs tenentis, cum titulo. A QVO

Quæ animalia bonũ, vel malum omen præſagirẽt.

ET

www.libtool.com.cn

Cuncta bona à Deo. ET AD QVEM. Quoniam veluti vndæ maris fluentes, & refluentes ſemper in pelagus E
redeunt: ſic à Deo Optimo Maximo cuncta bona prodeunt, & ad eumdē reuertuntur.

SIMVLACRA.

IVXTA Erecynam flumen, in ſpecu quodam, Draconum ſimulacra fuiſſe penès humanas icones, ſcriptit Pauſanias. Quamobrem rerum antiquarum ignari has icones Æſculapij, & Hygiæ fuiſſe diuulgabant: cum tamen Erecynæ, & Trophonij eſſent, quibus etiam Dracones conſacrauit Antiquitas. D. Auguſtus, ex Plinio, in curia, quam in comitio conſeruabat, duas tabulas parieti impreſſit, in quarū altera, puſio, præter ætatis diſcrimen patri ſimilis, ſuperuolante Aquila Draconem complexa, conſpiciebatur. Chimærus pyrata, ex Plutarcho, oram Lyciæ prædationibus infeſtans, in nauis prora, Leonis, & in puppi, Draconis ſimulacrum gerebat. Item chimæra tali modo à Priſcis effigiebatur, vt prima pars Leonem, media Capram, & poſtrema Dra- F
conem repræſentaret. Iuxta illud.

Quibus Antiquitas dracones conſeruare vit.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα

Nimirum.

Prima Leo, poſtrema Draco, media ipſa Chimæra.

Dummodò per hoc verbum (chimæra) in hoc verſu capram intelligamus.

Paulus Venetus ſermonem habens de Prouincia Cangiu, retulit incolas tam mares, quàm fœminas acubus colla, manus, crura, & ventrem pungendo, ſimulacra Draconum, & aliarum Ferarum ita fingere, vt facile deleri nequeant: etenim quò quis plura huius generis in cute habuerit ſimulacra, eò pulchrior eſſe creditur. Inſuper, qui Æolipilas cauant, in earum parte conuexa figuram Draconis ſuperinducunt, ex cuius ore fiſtula illa ſpiritalis ventum perflans prominet. Hæc autem organa ſunt pilæ æreæ, & cauæ, in quas, per anguſtiſſimum foramen, humor inſtillatur; ideoq; vbi ad ignem concaleſcunt, ſpiritum vehementiſſimè efflant: ſiquidem humor internus vi caloris rarefactus copioſum generat aerem, cuius cum minimè capax ſit illa cauitas, vehementi impetu erumpere cogitur. Cluſius quoq; in Exoticis, Coccum de Maldiua argento G
incluſum, figuram Draconis repræſentans, exhibet.

Lib. 2. c. 46.

Figura draconis in Æolopilis.

Lib. 1.

Itaq; Priſci (vt annotat Plinius) tantoperè Draconibus, & eorum ſimulacris delectabantur, vt capite Draconis limini ianuarum ſubdito, fortunatam domum facere promitterent; & ratio erat, quia has beſtias ἀγαθοὺς δαίμονας, nimirum bonos Dæmones appellabant; quocirca Lucanus hunc reſpiciens, cecinit.

Caput draconis ſub limine.

Vos quoq; qui cunctis innoxia numina terris.
Serpitis, aurato nitidi fulgore Dracones.

L. 9. Pharſal.

Non procul ab Vrbe Romæ ingens Draconis ſimulacrum mirabili fabrefactum arte, ore acuiſſimum geſtans gladium, in ſpecu quodam olim ſeruabatur, cui, ſingulis annis, virgines copioſis exornatæ floribus hoc modo immolabantur; quatenus inſciæ per ſcalam antri deſcendentes in acutiſſimum irruebant enſem, ſicq; pereuntes ſanguinem innocuum effundebant. Hoc tandem diabolicum Draconis ſimulacrum Monachus vir iuſtus (Stiliconi tunc patritio fraude detecta) ſolo baculo perfregit, & diſſipauit.

Simulacrū diaboli cum draconis.

Sed maiori admiratione dignum eſt, quòd Veteres omnibus ferè Deorum iconibus ſimulacra Draconis copulabant. Primitùs, ſi reſpiciamus Apollinem. Ferunt, Iunonis mandato, Draconem Pythonem nominatum cunabula infantis Apollinis inuaſiſſe: vnde Phœbus adhuc infans ſagittis Feram confeciſſe dicitur. Hinc Gyraldus Apollinem Pythium nuncupatum fuiſſe aſſeuerat, & Propertius hunc reſpiciens, ſic canit. H

Syntag. 7.

Pythius in longa carmina veſte ſonat.

Immò & vates Phœbi, quæ reſponſa in tripode dabat, Pythia quoq; fuit cognominata; de qua Chryſoſtomus hæc habet. Pythia fœmina fuiſſe traditur, quæ in tripode ſedens, malignum ſpiritum per inferna emiſſum, denuò per partes genitales excipiebat; ideoq; reſolutis crinibus debacchabatur, & ore ſpumam emittens, verba furoris plena profundebat. Quare deinceps maligni ſpiritus, Pythones, & Dracones fuerunt appellati. Item in templo Apollinis, apud Epirotas, non ſolum ſimulacrum Draconis, ſed etiam viuus

Pythia quæ fuerit.

Viuus draco vbi colereture.

Draco

www.libtool.com.cn

A Draco colebatur, cui gentes ostia offerentes, obseruantes q; num illa libenter vescerentur rei fœlicis, vel infœlicis euentum præsagiebant; quemadmodum ex Alexandro ab Alexandro licet colligere.

L.1.gẽdier cap.29.

Præterea venatrix Diana apud Pausaniam sic describitur, ceruina pelle velata, pendente ex humeris pharetra, altera manu lapidem, altera duos Dracones sustinens; & canis de genere venaticorum huic simulacro assistit. Gyraldus etiam narrat, quòd nonnulli Indi, qui olim maximas arbores, tanquã diuina numina sunt venerati, Draconem quinq; iugerum, tanquam Liberi patris simulacrum coluerunt. Amplius iconi Minervæ siuè Palladis simulacrum Draconis addiderunt, & Hesychius ὄνειρον ὄφιν nuncupauit. Quamobrem Virgilius hac ratione fortassis ductus, geminos Dracones, qui Laocoontem, & filios occiderunt, ad sacra Palladis delubra confugisse, & sub eius clypei orbe delituisse decantauit.

Syntag.1.

Simulacrũ Liberi patris apud Indos.

Pausanias tamen, in Atticis, simulacrum Mineruæ in hunc modum describit: nimirum ex auro, & ebore constructum, veste ad talos demissa, in medio galeæ Sphyngem, ad latera Gryphes depingit, Medusæ caput eius pectori inserit, manibus hastam addit,

Simulacrũ Mineruæ ex Pausania.

B iuxta hastam Draconem, & secus pedes scutum. In primis hoc Mineruæ simulacrum effigiabant armatum, vt virum sapientem, aduersus cunctas animi perturbationes, se armantem, & fortianimo vitijs resistentem significarent: deinde galea cristata ad cerebrum viri sapientis referrent: hasta longa insinuat, quòd vir prudens, oratione, eminùs, etiam ferire potest: scutum christallinum magnam viri solertiam representat: caput Medusæ pectori Mineruæ insculptum, terroris refert imaginem, quam sapiens vir in pectore, aduersus æmulos seruare debet: Draco deniq; adiungitur tanquam Vigilantiæ minister quandoquidem Prisci, hoc symbolo, virgines, peruigili cura custodiendas esse denotabant: vel dicamus Draconem huic simulacro fuisse additum, ob acutam visionem, quæ prudentiam demonstrat. Homerus tamen Mineruam glaucis oculis fuisse, refertam tradit: qua de causa Noctuas, & Dracones animalia talibus prædita oculis Mineruæ consecrarunt. Quapropter Demosthenes promulgare solebat Palladem immanibus bestijs, scilicet Draconibus, atq; Noctuis delectari. Sed ambigendum esset, cur non etiam gallo gauderet, qui, ex Pausania, galeæ Mineruæ, in arce Eleorum, insidebat; & potissimum cum inter cæteras aues animal valde pugnax esse tradatur. Addit

Effigies draconis cur simulacro Mineruæ adderetur.

Minerua musica.

C Plinius Mineruam musicam, quoq; fuisse appellatam, quia Dracones in Gorgone eius, ad ictus citharæ, tinnitu resonarent.

L.34.ca.8.

Quid de simulacro Aesculapij dicendum est? cui etiam figura Draconis à Priscis fuit addita? Recitatum fuit superius in primo capite primi libri, Aesculapium sub specie anguis à Legatis Romanis in Vrbem fuisse ductum, vt grassantem pestilẽtiam expugnaret. Ex altera parte tale quid sibi accidisse, Græci scripserunt; cum idem Deus Draconis effigie, à Nicagora Echetimi vxore, ad Sicyonios, Mulorum bigis, inuectus fuerit. Hac de causa simulacrum Draconis, cum Aesculapio pingebatur. Addunt alij id factum fuisse, quia ab Aesculapio educatus fuerit Draco, in quodam Pelei montis loco, qui Pelethronius ab vbertate florum nuncupabatur (Throna enim flores lingua Thessala vocantur) Et quamuis superius Pareæ serpentis innoxij simulacrum Aesculapio nonnulli addiderint: nihilominus alij figura galli, & Draconis, simulacrum Aesculapij exornarunt ob vigilantiam, quæ ægrotantibus, ad acquirendam, & conseruandam valetudinem, summopere necessaria esse perhibetur.

Simulacrũ Draconis, cũ Aesculapio cur pingeretur.

Mercurius quoq; Draconum imaginibus gaudere dicitur: quamuis exaratum fuerit

D eius virgam duobus Serpentibus esse exornatam: attamen nonnulli caduceum Draconibus alatis decorant, quos Mercurius in Arcadiam proficiscens præliantes conspicatus, virga confestim conciliauit. Marcialis igitur sic canit.

Cyllenes, Cælíq; decus facunde minister,
Aurea cui torto virga Draco viret.

Macrobius postea nititur persuadere, imaginibus Draconum in caduceo Mercurij delineatis, Solem, & Lunam, ob vtriusq; syderis flexuosum iter, repræsentari: nec non quia veluti Dracones, singulis annis, deposito senio, iuuenescunt; ita hæc duo mundi luminaria à quadam depressionis senecta in suam altitudinem, tanquam in robur suæ iuuentutis reuertuntur.

L.1.Satur. dier.ca.19 20.

Non est prætereunda Ceres, quæ, licèt apud aliquos supra bouem sedens, cum calatho

www.libtool.com.cn

Simulacrũ Cereris quo modo ab antiquis figuraretur. Lib. 8.

tho seminum, agricolis assistentibus, pingeretur; nihilominus in monte quodam Arcadiæ, ex Pausania, simulacrum Cereris erat simile mulieri, quæ altera manu delphinum, altera columbam sustinebat, in cuius capite & Draconum, & aliarum Ferarum imagines cernebantur. Boccacius tamen in Geneologia Deorum, ad repræsentandum Cereris simulacrũ, mulierem spiceis coronatam sertis, à Draconibus in curru tractam effigiauit; ideo Ouidius canebat.

Flaua Ceres spicis tenues redimita capillos.

L. 1. de Rapt. Proserp.

Hic autem currus, & Dracones elegantissimè describuntur à Claudiano his versibus.

Sinuosa Draconum
Membra regens, volucrisq; per auia nubila tractu
Signant, & placidis humectant frena venenis.
Frontem crista tegit, pingunt maculosa virentes
Terga nota, rutilum squamis intermicat aurum.

Addidit autem simulacro Cereris figuram Draconis Antiquitas: aut quia obliqui sulci à bobus arando formati, obliqua Draconis imagine demõstrare ẽtur; aut in monumentũ Draconis ab insula Salamine pulsi, qui deinceps in delubro Cereris, tanquam eius Deæ minister latibulatus est. Vel, vt recitat Eusebius, referente Gyraldo, quia Persephoni, aut secundùm alios, Pherephatti Cereris filiæ Iupiter, sumpta Draconis forma coniunctus fuerit: vnde postea in Sabaziorum mysterijs, Draco in spiram conuolutus, ad memoriam facti commendandam, vel potius in testimonium tantæ turpitudinis, adhibebatur. Pictus quoq; fuit Triptolemus in curru à Draconibus vecto; quoniam, secundùm Phornutum, hic iuuenis à Cerere artem serendi edoctus, & curru eiusdem Deæ vsus, totum Terrarum orbem lustrauerit. Idcirco canebat ille.

Syntag. 7.

Pictura Triptolemi qualis.

Angues Triptolemi strident, & squamea curuis
Colla leuant astricta iugis, tapsusq; sereno
Erecti, roscas tendunt ad carmina cristas.

Lib. 9. Draco Martis sacer.

Item simulacrum Draconis nonnulli Marti adiunxerunt, quoniam, vt recitat Pausanias, supra fontem Ismenij, quem Marti sacrum dictitabant, Draco cernebatur, cui fontis custodia à Marte demandata fuerat. Serapis etiam Deus à Macrobio triceps describitur spira Draconis circumdatus effigiabatur, cuius rei significatum alibi enucleauimus.

Figuris Heroũ cur simulacra draconum adderent antiqui. Lib. 4.

Præter Deos, Heroibus etiam Draconum simulacra adiunxit Antiquitas; hocq; non sine ratione factum putauit; quandoquidem ex medula humana Serpentem nasci diuulgatum est: quemadmodũ Virgilius in tumulo Anchisæ contigisse obseruauit; quam postea finctionem Poeta ex historia desumpsisse videtur. Siquidem Athenienses, apud Salaminam, contra Medos certamen inituri, Draconem in naui de improuiso apparentem conspicati, bonum omen ab euentu præsagierunt, cum in Salamina templum Cychreo dicatum, vt legitur apud Pausaniam, fuerit; & Apollo responsum dederit, Draconem illum Cychreum heroem fuisse, qui illis auxilium allaturus aduenerat, vel addenda sunt figuris Heroum simulacra Draconum, quia Aristomenes, annotante Pausania, qui adhuc apud Messenios, inter Heroes colitur; natalibus à Dracone nobilitatis, insignis fuisse tradatur: siquidem cum eius matre Nicotelea Genium quemdam sumpta Draconis forma, concubuisse memorant. Immò ob eamdem causam, scutum Menelai figura Draconis signatum referunt: quamuis Draco clypeo Menelai impressus denoteret monumentum illius, qui Aulide inter sacra repens omnibus Ostento fuit.

Draco cur cum Archãgelo Michaele.

Omissis Ethnicorum simulacris, pictores etiam Christicolę iconibus multorum Sanctorum figuram Draconis adiungunt, sed potissimum sub imagine Sancti Michaelis Archangeli, nec immerito, quia sacris nituntur litteris, vbi legitur, quòd, facto in ætherea sede silentio, dum bellum à Dracone cum Michaele Archangelo committeretur, tandem, Omnipotentis mandato, Draco Lucifer ad caliginosa regna fuit expulsus.

Simulacrũ Custodiæ quale. Par. 1. Ico.

Postremò apud Ripam equitem, & virũ omnigena clarum eruditione, in suo simulacrorum volumine, vbi virtutum, & vitiorum icones exprimere, conatur, multæ Draconum figuræ conspiciuntur. Primò igitur in delineando Custodiæ simulacro, repræsentat mulierem armatam, cum ense nudato in manu, & iuxta pedes Draconem, ob vigilantiam, vel acutam visionem, quæ Daconi attribuitur. Iterùm vt exhiberet iconem fœminæ pulchritudinis, effigiauit nudam mulierem illijs ligustro insertis coronatam

super

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A super Dracone sedentem, in cuius altera manu speculum, & in altera telum cernitur. Huic simulacro additur figura Draconis, vt ostendatur venustæ pulchritudini mulieris non esse fidendum: siquidem ibi venenum affectionis animi, & zeotypiæ delitescit. Donus quoq; scriptor Italicus, in designanda Instabilitate, pinxit mulierem Draconi adhærentem duabus stellis in cauda, & in capite signato, tum quia Draco insomne, & inquietum sit animal, tum quia stellæ per cælestes semitas semper errantes conspiciuntur. Russelius in libro memoriæ artificiosæ figurauit Inuidos in tartarea regione humi prostratos, & à Dæmonibus formam Draconum habentibus, horrisonis verberatos flagellis, nec non luore varios, & pallidos, veluti de Inuidia canebat Ouidius. *Simulacrũ pulchritudinis fœminæ.* *Li. 1. Pict. Instabilitatis simulacrum. Par. 1.*

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto
Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes,
Viscera felle virent, lingua est suffusa veneno.

Deniq; in Astrolabio plano figuratur Draco magnus humi iacens, qui denotare dicitur vigesimum septimum gradum Arietis, & hominem in senio potestatem adepturum.

B

STATVÆ.

PETRVS Gillius agens de Antiquitatibus Constantinopoleos, vt nostra fert opinio ex Suida, retulit ad Diuum Mamantem, pontem fuisse duodecim constantem fornicibus; propterea quod multæ aquæ illuc confluerent; vbi statua Draconis ærea locata erat: cum olim ibidem viuus Draco stabularetur, vbi etiam multæ Virgines fieri prægnantes dicebantur. Item apud Pausaniam legimus commune, & vulgatum fuisse de Platæensi prælio Græcorum donum, nempe aureum tripodem, statua ænei Draconis sustinente: ideoq; author narrat, quòd æs ex eo donario adhuc manet integrum, cum tamen aureum Duces Phocensium amouerint. Neq; mirandum est, quoniam in celeberrimis ædificijs pulcherrimæ Draconum statuæ cernuntur. Meminimus vidisse in sumptuoso ampli palatij ædificio elegantes columnas, quarum singulam statua Draconis spiris caudæ circumplectebatur, capite fulcibat laquearia, quibus tabulatum innitebatur, & alæ vtrimque ad extremitatem contignationis extendebantur. *Lib. 4. c. 7.* *Lib. 1* *Statuæ draconum in ædificijs.*

C

Contarenus etiam, in libro Antiquitatum Romanarum, describit statuam Herculis cum statua Draconis horti Hesperidum, quam in cauedio Latini Iuuenalis obseruauit. Pariter Romæ in capitolio, hæc statua Herculis ærea, & ab Excellentissimo artifice fabrefacta, & inaurata cernitur, cum tribus pomis in manu sinistra, horti Hesperidum, mala æmulantibus, quæ tres heroicas virtutes Herculi assignatas demonstrant; prima est moderatio Iræ, secunda temperantia Auaritiæ, & tertia voluptatum contemptus. *Statua Herculis.*

VSVS IN CIBIS.

D CArnes Draconum esse vitrei coloris, & mirandum in modum refrigerare eos, qui illis vtuntur, Authores non vulgares tradiderunt. Idcirco Aethiopes, & feruidam incolentes plagam, libentissimè his carnibus vesci feruntur. In huius asserti confirmationem, intelleximus, quòd Americus Vespucius, extra fortunatas Insulas Occidentem versus nauigans Anthropophagos populos inuenit, & rursus iuxta idem litus progrediens peruenit ad alios populos, qui alebantur carnibus cuiusdam animalis, quod, demptis alis, Serpenti erat simillimum. Immò in eadem regione multa huius generis animantia, ligato ore, obseruauit, fortè nè cæteras læderent animantes. Neq; tamen hoc in admirationem nos debet trahere: quandoquidem Galenus, in tractatu de facultatibus alimentorum, scriptum reliquit gentes circa Ægyptum Serpentibus vesci. Præterea accedit, quòd multæ nationes viperis, more anguillarũ, coctis, abiectis tamen capite, & cauda in commessationibus vtuntur, quod etiam in capite de Vipera retulimus. *Anthropophagi populi vbi.* *Lib. 1.*

VSVS

www.libtool.com.cn

VSVS IN MEDICINA.

Quæ partes draconum medico vsui famulẽtur.

MEDICI ex hoc animali, non paruam vtilitatem, immò incredibilem percipere creduntur, dum in medico vsu varias Draconis partes adhibẽt. Varro ex Dracone mortuo tres partes, scilicet oculos, pellem, & dentes, extrahendas esse existimat: cum oculi igneo micantes fulgore lapidem pretiosum referant, & dentes sint aprinis similes, præterquamquòd sunt multò graciliores. Plinius verò adipem potissimum huius Feræ, in venenatis animantibus fugandis commendat. Immò hac pinguedine ficcata, vlceribus Serpentibus medetur. Amplius ex hoc adipe, & melle optimum, ad caligines inchoantes, componit medicamentum, & addit, habentem apud se caput Draconis lippitudine vexari minimè posse. Postmodum os ex spina Draconis, teste eodem Plinio, dentium dolores sedat. Deniq; legimus apud Authorem libri de natura rerum, linguam, fel, & intestina Draconis in vino decoquenda esse, quo balneo madefacti homines ab Incubis vexati liberari traduntur.

Adeps draconum ad quid valeat.

VSVS IN VARIIS.

MVLTI authores, & potissimum Plinius, Draconem varijs vsibus non vulgariter prodesse testificantur. Primùm probat Plinius caput huius bestiæ limini ianuarum subditum, quoniam omnes habitantes reddi fortunatos nugatur. Deinde oculis Draconum cum melle tritis eos inungit, qui nocturnas formidant imagines, vt tuti quacunq; transire possint. Olim etiam oculis Draconum in veneficijs vtebantur, quod Lucanus verba faciens de Venefica necyomantiam exercente, decantabat hunc in modum.

Oculi draconum ad quid.

Viscera non Lyncis non duræ nodus Hyenæ
Defuit, & cerui pasti Serpente medulla,
Non puppi retinens Euro tendente rudentes
In medijs echeneis aquis, oculiq; Draconum.

Insuper Antiqui cor, & hepar Draconum commendabant, vt sapientiam adipiscerentur: quamobrem Eusebius in Hieroclem protulit fuisse necessarium, vt Apollo corde, & hepate Draconum vesceretur, quoniam hac ratione, Arabum sapientiæ factus est particeps. Nec mirandum est, quia Paraca Vrbs Indiæ celebratur, cuius ciues iecore, vel corde Draconis vorato, omnium animalium voces, vel murmura intelligere dicuntur. Prædictis addit Plinius, quod pinguedo cordis Draconum in pelle Dorcadum neruis ceruinis ligata, & gestata victoriæ iudiciorum confert.

Cor, & hepar draconũ ad quid valeant.

Deniq; lapidem Draconum in varijs vsibus nõ vulgariter prodesse, tradit Philostratus, si tamen ei adhibenda est fides, qui copiam fabularum confinxit. Scripsit igitur annulo Gygis insertum fuisse lapidem extractum à capite Draconis cristati, de illorum genere, qui in India stabulantur; de quo annulo Plato, & Cicero in officijs, multa, & mirãda prædicarunt: nimirum, quòd gestans hunc annulum veste in volam conuersa à cæteris nõ videatur, donec pars illa vestem attingeret. Postremò in certaminibus Pythicis, quæ in memoriam Draconis ab Apolline interfecti celebrabantur, tibiæ proprio sono quandoq; collisionem dentium Draconis sagitta perempti æmulabantur, qui sonus Polluci ὀδοντισμὸς nominabatur.

Lapis draconum cõmendatur.

Li. 4. c. 10.

DE

www.libtool.com.cn

A

DE BASILISCO. Cap. II.

ÆQVIVOCA.

DIOSCORIDES huic animanti postremum, in suo de Venenis tractatu, locum assignauit, siue quia, penès malignitatem, inter Serpentes reatum possideat, siue quia ob eminentiam quamdam coronæ similem, quam in capite gestat, tanquam Fera omnium perniciosissima iudicetur. Nos autem oppositum seruantes ordinem, ob diuersas, & admirandas bestiæ proprietates, Basiliscum in prima Draconum sede collocauimus. Et quamuis ob paruam molem corpoream, potius inter Serpentes, quàm inter Dracones connumerandus esse videatur: nihilominus ob insignem veneni pernicie*m* bestia magna potest nuncupari: deinde ob cristas, & alias prærogatiuas, hoc animal Draconibus annumerandum esse censuimus. *Ordinis ratio.*

Cum autem hoc nomen (Basiliscus) varia indicet. Prima fronte viros strenuos, neq; humili loco natos hoc nomine nuncupatos fuisse narrabimus. Suidas enim recitat Basiliscum fuisse Numeriani Cæsaris filium, item Basiliscum Verenæ Imperatricis fratrem, qui, Leone imperante, Rustico exercitus Duci successit. Insuper Basiliscus fuit Orientalium Romanorum Rex, qui retia vbiq; ad nummos ita tendebat, vt à pauperrimis etiam pecunias exigeret: quandoquidem nummos rerum omnium optimos existimabat; cum tamen totum oppositum sentiendum sit, iuxta vulgatum carmen. *Basiliscus virorũ nomen proprium.* *Basiliscus Rex auarus.*

Quid nummis melius? nomen, quid nomine rectum
Quid recto, pietas, quid pietate, nihil.

Deniq; Basiliscus fuit nomen Episcopi Commanæ ciuitatis in Ponto, qui Dominici gregis peruigil obseruator, custos indefessus, temporibus Maximiliani Imperatoris, martyrium subiuit; huiusq; tanti viri gloriam memorarunt, qui acta Sancti Chrysostomi scriptis mandarunt. Quoniam verò Basiliscus Latinis redditur Regulus: aduertendum C est, quòd hoc vocabulum, cum sit à Rege diminutiuum, paruum Regem, non quoad corporis staturam, sed quoad potestatem, significat. Hodie enim Regulus vulgò *Ducæ* nominatur. Alioquin Reguli, filij, & nepotes Regum appellantur. *Basiliscus Episcopus, & martyr.*

Regulus quoq; est auis minima, Trochilus Græcis dicta, nempe τρόχιλος, πρεσβυς, καὶ βασιλευς, idest Trochilus, Senator, & Rex: nonnullis vocatur flos Calendulæ ob maculam verticis auream, apud populos Hetruscos, fior rantio, & Bononiæ papazino. Hæc auicula paulò maior est cicada gestans in vertice aureum explumis maculam, instar cristæ Alaudæ, licet lõgè minorem; aliter, ob eamdem rationem, rex auium, & Suetonio Regaliolus nuncupata. Aduertendum tamen est hanc auem à Trochilo niliaco esse differentem, de qua aue in capite de crocodilo egimus. Immò Basiliscus, secundum Oppianum, est piscis circa petras litorales degens: cum etiam Rondeletius quamdam piscis speciem crista decoratam, Galeritam appellauerit. Amplius in Dictionario Paracelsi, Basiliscus minor stellionem denotat. Cælius & ipse scribit, ex Nicephoro, in Astrolabij structura, stellam illam maximam in corde cælestis Leonis valdè conspicuam, Basiliscum nuncupari, quam Chaldæi Reginam, & Dominam rerum cælestium esse existiD marunt. Deniq; apud Georgium Agricolam, inter nomina bombardarum, Basiliscus numeratur. Huic sententiæ videtur adstipulari Damianus à Goes in opusculis historicis, dum scribit. Armabatur classis maximo tormentorum numero, inter quæ erant quadraginta Basiliſci, globum ferreum nonaginta librarum explodentes. Neq; mirandum est, si nomen Basiliſci meruerint, cum flatu, & ictu, tanquam Basiliscus animal sibilo, & intuitu homines arceat, atq; perimat. Quamobrem quidam ingeniosus vir in ænigmate bombardæ, non iniuria illam ad ferocem belluam cõparabat hunc in modũ. *Basiliscus auis piscis, stella, & Bombarda.*

Vulcanus genuit: peperit natura: Minerua
Edocuit: Nutrix ars fuit, atq; dies.
Vrsmea de nihilo est, tria dant mihi corpora pastum.
Sunt Nati, StragES, Ira, Ruina, Fragor.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Dic Hospes quid sim, num terra, an bellua Ponti?
An ceu rum? aut quo sim facta, velorta modo? E

SYNONYMA, ET ETYMVM.

HOC cunctis exploratum esse opinamur, quòd hæc Fera Latinis Basiliscus, siue Regulus nuncupetur; quoniam Græcis βασιλίσκος nominatur: etenim βασιλεὺς Rex, βασιλεύω regno in scholis Græcorum exponitur. Itaque hæc bestia donatur hoc nomine, vel quia, instar Regis, cæteris Draconibus sit terrori, vel quia tyrannidem, & fæuitiam in illos exerceat. Festus rationem huius etymologiæ hanc esse putat, quia quodam veluti diademate caput huius animantis exornetur. Vnde Auicennas à capite coronato deriuat. Cæterùm igitur vniuersi etymum, hanc bestiam Regulum nominari; & eò magis, cum Archelaus apud Aelianum narret, olim iumentum in solitudine quadam Africæ defecisse; ad cuius cadauer plurimi Dracones, pabuli causa, ventitarunt, qui, audito Basiliscisibilo, cõfestim profugerunt. At Basiliscus sine tumultu ad cadauer progressus, ad satietatem esitauit: quare illinc recedens, ursusq; sibilum edens, cæteris indicauit Draconibus, vt ad escam rursò reuerterentur. Hæc autem actio dominium significare videtur. Hac de causa Nicander, in Theriacis, non ignarus huius moris, cecinit hunc in modum. F

Etymologia ratio.

Actio dominium significans.

Illius auditos expectant nulla susurros
Quantumuis magnas sinuent animalia spiras,
Quando vel in pastum, vel opacæ deuia sylvæ
Irrigua sub luce diei
Excandescenti succensa furore feruntur,
Sed turpi conuersa fuga dant terga retrorsum.

Quicquid scribat Agricola, in libro de Animalibus subterraneis; vbi hoc animal, ob excellentiam veneni, Basiliscum, siue Regulum indigitauit: vt quemadmodum Rex pretiosa supellectili cæteros antecellit, pariter Basiliscus, violẽtia veneni, cæteros Serpentes, & Dracones superet. Præterea ab Isidoro vocatur etiam Sibilus, quoniam cæteras animantes sola voce occidat. G

Sibilus vocatur Basiliscus.

Nomina hæbraica Pethen, & Charamam Basiliscum significant, vt Munsterus in Dictionario trilingui testificatur. Alioquin eidem Authori, in Lexico Chaldaico, Armene exponitur Regulus volans, nimirum Serpens, qui flatu vrit, & de loco ad locum saltat. Aliter Armene, vel Harmene, siue Karmene, nomina sunt apud Syluaticum, quibus Basiliscus denotatur. Auicennas, & Albertus nominantes Basiliscum, & Harmenem, duas huius Feræ species constituere videntur: cum tamen in descriptione nullum discrimen, sed tantùm in magnitudine collocent. Quapropter hæc nomina vnius, & eiusdem Draconis synonyma esse arbitramur. Cælius scripsit Ægyptijs Vræum vocari illud animal, quod Græci Basiliscum cognominant. Germanicè dicitur Ein Ertz Schlengle. Italicè, & Hispanicè Basilisco, Gallicè Basilic.

Nomina hebraica huius draconis.

DIFFERENTIÆ.

H

VM de speciebus huius animantis summus inter Authores sit dissensus; horum opiniones examinare operæ pretium esse duximus, vt tandem melior, & veritati magis cõformis eligatur: quidam tria Basiliscorum genera cõstituunt, quorũ primum, quod videt accendit, & inflãmat, & heliochrysos vocatur, quasi aureũ habens colorem: secundus Basiliscus dicitur Chrysocephalos, nempè capitis tantùm aurei, & quod videt perterrefacit, & occidit: tertius nuncupatur Hæmatitis, nempè sanguineum referens colorem, & huius ictu percussum animal confestim carnibus nudatur. Has autem species Basiliscorum facilè venari traditur, qui secum herbam ocymum detulerit; quæ nugamenta esse opinamur. Ex Authore libri de natura rerum, genus quoddam Basi-

www.libtool.com.cn

A Baſiliſci nunc patur illud, quod ex ouo galli decrepiti generatur. Immò hanc opinionem videtur confirmare Chryſtophorus Encelius alias vir vndequaq; doctiſſimus, qui, in opere de re metallica, duas Baſiliſci ſpecies, nempe domeſticam, & ſylueſtrem conſtituit. Inquit enim, quod gallus gallinarum ſylueſtrium, quæ à corylis nomen inuenerunt, roſtrum in os fœmellæ inſerens, ſperma, more viperarum, infundit. Hinc q; credibile eſſe arbitratur, quòd Aucupes, & venatores de ſylueſtribus gallis referunt; nimirum hos gallinarum ſylueſtrium gallos ſenectute confectos, oua, ritu fœmellæ, eniti, quæ poſtea excludunt Buſones, indeq; Baſiliſci ſylueſtres prodeunt: quemadmodum ex ouo galli gallinacei annoſi, per rubetam, Baſiliſcus domeſticus excluditur; quæ omnia ineptias pueriles, & fabulas aniles eſſe arbitramur. *L. 3. c. 54.*

Baſiliſcus ſylueſtris, quomodo oriatur.

Lemnius agens de occultis rerum miraculis, narrat multa ſerpentum genera per Germaniæ ſyluas diuagari, creditq; inter hæc aliquam etiam Baſiliſci ſpeciem verſari, quæ non adeò exitiali veneno ſit imbuta, quemadmodum prædicant de illa ſpecie, quæ in Regionibus Africæ nidulatur. Teſtantur quidem Scriptores fide digni quoddam Baſiliſci genus ſylueſtre in Saxonia paſſim conſpici capite acuminato, colore flauo, longitudine dodrantali, craſſitudine enormi, aluo maculoſa, candidis punctis inſignita, tergore cæruleo, cauda turbinata, atq; incurua, rictu, pro corporea mole, immenſo. Hoc autem Draconis genus an ad Baſiliſcos referendum ſit, Lemnius pronunciare nõ audet: ſolùm addit, quòd Agricolæ illarum Regionum non impunè illis ſe opponerent, quoniam intrepidè fuſtibus, & ruſticis inſtrumentis eos adoriuntur, & nulla halitus contagione percepta conficiunt. *Lib. 4.*

Genus Baſiliſci ſylueſtre in Saxonia.

Recitat etiam Cardanus, quòd circulator quidam Serpentem, in macerijs domus diruta Mediolani ſeruabat; qui caput oui magnitudine, & pro ratione corporis prægrande habebat, dentes in vtraq; mandibula viperinos, corpore, & forma ſtellioni ſimili. Pedes illi inerant duo, cruraq; breuia: vnde conſtabat non ſatis proportionatum animal à natura fuiſſe fabricatum, cum longitudini corporeæ quatuor pedes neceſſarij fuiſſent. Tales pedes erant magni, & vngulis velut ſelium muniti. Cauda longitudinem totius animalis adæquabat, cuius extremitas tubere capiti ſtellionis æquali erat prædita. Cardanus ex genere Baſiliſci hunc fuiſſe credidit: ſiquidem dum ſtabat gallo ſimilis eſſe videbatur, niſi quod corio, & non plumis tegebatur, aliſq; carebat. Deniq; in volumine de Oſtentis obſeruatur icon cuiuſdam Baſiliſci in ſolitudinibus Africæ ſtabulantis; quæ quoniam eſt figura animaduerſione digna, diciturq; animal ſibilo, halitu, & contactu cæteras animantes necare, herbaſq; exſiccare; libuit ante legentium oculos talem iconem repræſentare. *Draco regitudinem totius animalis adæquans erat prædita.*

Macerijs domus diruta.

Baſiliſcus in ſolitudine Africæ viuens.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

DESCRIPTIO.

Lib. 10 de simp. med. fac. cap. 1.

GALENVS in libro de Theriaca ad Pisonem (si tamen liber hic tanto Authori est adscribendus) Basiliscum bestiuam subflauam, triplici frontis apice decoratam, visu, & sibilo homines, & Feras perimentem describebat. Albitamen Galenus scriptum reliquit, se Basilisci historiam omnino comprobare non posse; propterea quòd ei hanc bestiam intueri nunquam licuerit; addiditq; si vera sunt, quæ de illo referuntur, accedentem ad hoc animal maximum vitæ periculum incurrere. Clarissimus Mercurialis fatetur, dum apud Maximilianum Imperatorem esset, cadauer Basiliscì in thesauro tanti Principis reconditum obseruasse. Verùm animaduertendum est, quòd Impostores sæpè sæpiùs ex paruis rais exsiccatis Feram effingunt, & pro cadauere Basiliscì circumferunt; necnon Principibus tanquam insigne munus offerunt. Hoc in loco iconem bestiæ huius generis, pronè, & supinè delineatæ, exhibemus; qua admodum Reuerendus Pater Raphael Castellius Iesuita Bononiensis, Illustrissimum Dominum Octauianum Zambeccarium munerauit, qui, anno millesimo sexcentesimo trigesimo sexto, mensibus Septembris, & Octobris in dignitate Vexilliferi Iustitiæ constitutus, ad locupletandum rerum varietate publicum Musæum, ibidem in pyxide seruari mandauit.

Basiliscus ex Raia elegantèr concinnatus.

F

Basiliscus ex Raia effictus pronè, & supinè pictus.



G

H

L. 8. c. 21.

Auicennas hanc Feram delineat, cum capite valdè acuto, oculis admodum rubentibus, & colore corporis ad nigredinem, & flauitiem vergente. Plinius Basiliscì longitudinem duodecim digitorum constituit, & maculam candidam tanquam singulare diadema capiti animalis assignat. Greuinus nixus fortè verbis Nicandri, Basilisco longitudinem trium palmorum, corpus flauum; caput acutum, tribusq; eminentijs insignitum attribuit, quoniam Nicander sic cecinit.

Nunc modicum, & dominum serpentum perspice regem,
Eminet argutum caput, est flauo ipse colore,

Et

www.libtool.com.cn

A *Et tribus extenſo porrectus corpore palmis.*

Encelius autem deſcriptionem huius animalis ſic aſſignat. In Marchia, & in Ditione Abbatis Zinnenzis, prope vrbem Luckenuualdam, talem contigit conſpicari Draconem à paſtore interfectum (illis enim in ſyluis magna gallinarum ſylueſtrium copia verſatur) Serpens erat acuti capitis, flaui coloris, tres palmos longus, & valdè craſſus, cauda in latus turbinata, aluo notis candidis diſtincta, tergore ad colorem cyaneum tendente, & tandem ore magno in comparatione ad reliquum corpus. Paſtor retulit illum veſci ranis, ſerpentibus, & animantibus cuiuſcumq; generis, exceptis gallinis ſylueſtribus, quarum de progenie natus eſſe creditur. Narrauit quoq; circa paludes diuagari, lacte delectari; ideoq; ictu venenato ſæpè vaccas interimere. Quamobrem ex verbis Encelij colligenda eſt forma, & deſcriptio Baſiliſci, quam Nicander delineauit. *Lib. 3 de metal. c. 54.* *Deſcriptio baſiliſci ſylueſtris ex mente Encelij.*

Alij authores tradunt Baſiliſcum, præter illam capitis maculam, alis, etiam eſſe fulcitum, ſed adeò exiguis, vt à terra vix eleuari poſſit: nituntur fortè authoritati Itaq; qui Reguli volantis meminit; ſed adnotandum eſt, multos Dracones, vt exponetur ſuo loco, præter Baſiliſcum, alis munitos volare poſſe. Itaq; Greuinus vir vndequaq; do- B ctiſſimus multa, quæ de moribus, & deſcriptione Baſiliſci à varijs ſcribuntur Authoribus, vaniſſima commenta eſſe opinatur; nixus verbis Nicandri, qui virus huius Draconis tam exitioſum non prædicat: cum tamen Poetæ ſæpè numero fabellis opera ſua ditare ſoleant. Nihilominus non audet affirmare nullos prorſus eſſe Baſiliſcos, exiſtimat quidem minus perniciosos illis, quorum mores ab Authoribus deſcribuntur. Immò exhibet iconem ſerpentis, ſeu Draconis, quam hic damus, cuius naturam inter cæteros Dracones perniciosiſſimam celebrat. *Cap. 14. L. 1. de venen. c. 20.* *Pernicioſa ſerpentis natura.*

GRESSVS. ET LOCVS.

C HIC Draco dum graditur, non multiplici flexu vtitur, ſed anteriorem corporis partem attollit, vt erectus incedere videatur: quapropter in greſſu à poſteriori tantummodo parte adminiculatur.

Locus natalis huius Feræ, iuxta varias Authorum opiniones, varius etiam conſtituitur. Etenim Aelianus Africam proprium Baſiliſci locum prædicat. Et Textor Africæ tantùm ſolitudines ab hac beſtia colj autumat. Non igitur à recto tramite declinabit Reuſnerus, ſi in Paradiſo poeticò Libyam Baſiliſci Regionem decantabit. *Locus natalis Baſiliſci qualis.*

Natus in ardenti Lybiæ Baſiliſcus arena,
Vulnerat aſpectu, luminibuſq; necat.

Auicennas retulit hunc Draconem in terra Atorch. fortè Turcarum, necnon in Nubia multiplicari. Verumtamen, ſi fides Plinio eſt adhibenda, hæ beſtiæ venenatæ in Cyrenaica Prouincia generantur. *L. 8. c. 21.*

ANTIPATHIA.

D NVLLVM eſt animal, in hoc terrarum orbe, quòd Baſiliſcum odio pluſquam vatiniano non infectetur, neq; aduerſus ipſum præliari audeat; præter Muſtelam, quæ eſu rutæ munita illum adoritur, atq; extra latebras, in quibus nidulatur, pertractum conterit: poſtea niſi muſtela, debellato Baſiliſco, ruta denuò ſe reficeret, proculdubio, iuxta Lemnij ſententiam, aeris ambientis contagione periret. Aelianus addit galli quoq; præſentiam Baſiliſco eſſe metui: immò canentem audiens gallum pauore concuſſus fugit, & paulò poſt moritur. Tradit etiam hanc antipathiam itinerantibus per Africam non eſſe incognitam: quandoquidem gallum itineris comitē ſecum deferunt, vt peſtilens Baſiliſci virus arceant. Notum quidem eſt gallum, & præcipuè album à Leone formidari; idq; ob ſpeciei contrarietatem contingere multi aſſeuerant. Verùm Albertus Magnus oppoſitæ fuit ſententiæ; ſcripſit enim Leonem aſpectu galli tanquam Baſiliſco ſimilis perterrefieri: cum hoc animal cunctis Feris metum incutiat, & ſibilo, vt notat Plinius, cæteros quoq; Dracones enecet. *Muſtela Baſiliſcum ſuperat.* *Gallus timetur ab hoc ſerpēte.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Baſiliſcus, ſiue regulus Greuiani



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A ¶ Sed aliud magis admirandum narrat Solinus; nimirum cæteras Feras ad Basiliſci cadauer tanquam lethifero veneno redundans non accedere. Quocirca Pergameni, ex eodem Solino, reliquias huius animalis magna pecuniarum quantitate emerunt, vt in reticulo aureo ad Apollinis templum ſuſpenſę exercitium aranearum impedirent, atq; alites intrò volantes arcerent. In templo etiam Dianæ Baſiliſci corium olim fuiſſe ſuſpenſum referunt, qua de cauſa nulla hirundo intro volare audebat. Ideo domicilia puluere huius animalis aſperſa ab aranearum telis tuta eſſe teſtantur. Itaq; antipathiam huius Draconis, cum alijs Feris, & animantibus, nec non prauas huius beſtiæ qualitates Georgius Pictorius, in Lerna Malorum, elegantiſſimè explicauit his verſibus.

Baſiliſci cadauer intẽ plis ſuſpenſũ ad quid.

Rex eſt Serpentum Baſiliſcus, quem modò vincunt
Muſtelæ inſultus, ſeuaq; bella Feræ:
Lernæum vermem Baſiliſcum ſeda Cyrene
Producit cunctis maximè pernicium;
Et vaſci ex ouo galli, ſi credere fas eſt
Decrepiti, in ſimo, Sole nitente docent.
B *Sed quoniam olfactu laedit, viſuq; Ferarum*
Omne genus, credas, nulla tenere bona.

GENERATIO.

In lib. de rer. propr.

MONIMENTIS mandauit Bartholomæus cognomento Anglicus, oua Aſpidum parua, lurida, viſcoſa, fœtida, venenoſa, ſimulq; filamentis quibuſdam conglobata eſſe; quæ à rubeta, vel ab alio venenoſo animali fota, vermem procreant, qui viſu, & halitu primo fouentem, deinde cæteras etiam animantes extinguit. Ouа Ibidum ab Aegyptijs paſſim frang; traduntur: propterea quòd apud illos (referente Pierio) inualuit opinio Baſiliſcum ex ouo Ibidis aliquando emergere poſſe: cum hæc auis omnium uora ſit, & ſerpentum, necnon venenatorum animalium omne genus ablſgurias. Præterea Vulgus in tota Europa alia opinione imbutum eſt, vt ex ouo galli decrepiti Baſi-
C liſcus prodeat. Cum Albertus ſcripſerit ab ouo galli in letamine ſepulto tandem Baſiliſcum proſilire, qui figura gallo prorſus eſt ſimilis, præter caudam, quæ ſerpentem penitùs æmulatur; ſed hoc fabuloſum eſſe arbitramur. Solùm ponderandum eſt an ſimi calore ab ouo gallinæ animal excludi poſsit, quod negare nõ audemus; quandoquidem experientia conſtat apud Aegyptios populos, ouа in furnis temperato calefactis calore, breuiſſimo temporis ſpatio prolem dare: immò ex ouo in ſinu mulieris delato tandem pullum emerſiſſe intelleximus.

L. 4. de occult. rer. miſ rac.

Galli duo decrepiti ab incubatu ouі abigi non potuerunt.

Hoc autem de ouo galli an commentitium ſit, Lemnius pronunciare non audet; cum intellexerit duos annoſos gallos in Ciuitate Zinzea, atq; in ambitu huius Inſulæ, fuſtibus etiam percuſſos ab incubatu abigi minimè potuiſſe; ſed quoniam ciues hanc conceperunt opinionem, ex tali ouo Baſiliſcum tandem erumpere, ouo contrito, gallum ſtrangularunt. Hic autem duo inquirenda neceſſariò eſſe videntur. Primum eſt an gallus gallinaceus aliquando ouum enitatur, & deinde an ex illo Baſiliſcum ex-
D cludat.

Ouі galli qualitates, & cõditiones.

Quoad primum, gallus ſenio confectus, nempe circa ſeptimum, nonum, vel ad ſummum, circa decimum quartum annum, pro maiori, vel minori virium imbecillitate æſtiuis menſibus, & exoriente canicula, ouum parere perhibetur, quod eſt formæ orbicularis, inſtar ouі columbini, coloris flaui, ſeu liuidi, & verſicoloris. Tacemus modò quòd a viris non plebeis nobis allatum fuit ouum prædictæ formæ, quod galli eſſe dicebatur; quo fracto, nihil niſi albumen cum pauca materia flaueſcente obſeruabatur, & adhuc eius putamen in publico ſeruatur Muſæo. Intelleximus autem in celeberrimo Muſæo Ferantis Imperati Pharmacopolæ Neapolitani, ouum huius generis oblongum videri. Alij ſcriptum reliquerunt ouum galli teſta carere, & pelle adeò dura eſſe tectum, vt fortiſſimis etiam ictibus reſiſtat; quod planè fabuloſum eſſe arbitramur.

Ouũ galli in Muſæo Imperati.

Poſſumus quidem adduci, vt credamus, gallum decrepitum, ouum ex ſemine putrefacto, vel ex humorum colluuie confiatum eniti, quod careat putamine, & tenui tan-

tummo-

www.libtool.com.cn

tum nodo pelle tegitur, quale fuit illud natum Regij, anno Domini Millesimo sexcentesimo vigesimo octauo, cuius genuinam iconem illinc ad nos detulit D. Antonius Mirandula Canonicus Regularis Sancti Saluatoris, & Abbas S. Mariæ Rheni, qui aliàs variis etiam rebus exoticis hoc publicum Bononiense Musæum locupletauit; retuliteq; dissupta huius ouj pelle, excrementum pituitosum, veluti semen corruptũ intus fuisse obseruatum. Quamobrem, in gratiam lectoris, iconem incidi curauimus, vnà cum alio ouo orbicularis formæ duro putamine munito, & pro ouo galli donato, quod à gallo fuisse edi tum nobis minimè persuadere possumus, neq; iuratibus etiam crederemus; quandoquidem ouum integrum, & perfectum in matrice tantummodo producitur, qua galli carent: præterquamquòd id dogmatibus Philosophorum, & Medicorum reluctaretur.

Ouum galli natum Regij anno 1628.

E

1 Ouum galli natum Regij anno 1628. cuius Iconem ad nos detulit D. Antonius Mirandula Canonicus Regularis S. Saluatoris, & Abbas S. Mariæ Rheni.

F

I



2 Ouum galli putatum, cuius putamen seruatur in Musæo Illustriss. Senatus Bononiensis.

G

2.



Quoad secundum, cum non sit negandum, gallum in vltimo senio, quando non amplius congreditur, quid ouo simile ex putredine intus conglobata concipere; necesse erit inuestigare, an ex huiusmodi materia ouo nuncupata, aliquod animal emergere possit. Lemnius in libro quarto de occultis rerum miraculis, putat ex hac materia, & ex calore galli fouentis virulentam inde bestiam prodire posse, quam nomine Basiliscj cognominantes cum alioquin Basiliscus sit Serpentis, vel Draconis genus Africæ, & alijs Regionibus calidioribus familiare: immò suam roborat opinionem generatione vermium, qui in humanis interstitijs ex putredine humorum, & benefitio caloris producuntur; præterquam quòd Curculiones, in tritico, & teredines in ligno, caloris, & ambientis aeris ope, animantur: pariter ex huiusmodi galli ouo, aut vermis, aut animal alterius generis venenatum procreabitur.

H

Opinio Lemnij circa generationem Basiliscj.

Cæterùm, quoad ouum galli syluestris, ex quo Encelius Basiliscum syluestrem emergere tradebat, id credet, qui volet, nos enim volumus fidem apud ipsum manere: siquidem

www.libtool.com.cn

Adem nemo tam disertus nobis persuadere poterit animalia ore concipere, vt ipse retulit, & ex ouis auium Dracones erumpere. Quamobrem Matthiolus in Commentarijs ad Dioscoridem, tot opiniones circa naturam huius animalis ponderans, hanc historiam penitus fabulosam esse credidit, & præcipuè cum Dioscorides nihil de Basilisco proprio marte conscripserit; nam assertorum Authorem Erasistratum citauit. Et quando Hermes Basiliscum in fimo generari docuit, non de Basilisco Dracone (teste Alberto) sed de Elixire metalla transmutante verba fecit. Item, quoniam in antris subterraneis hoc animal ferè semper morari tradiderunt; multos, curiositatis gratia, illuc ingredientes, halitu huius bestiæ, perisse retulerunt. Lemnius igitur iure optimo putat, id potius graueolentiæ, & fœtori horum locorum, quam halitui alicuius animantis attribuendum esse: namq; in prædictis specubus, spiritu intercepto, homines suffocantur. *Li.6.c.vlt.* *Opinio Dioſc. circa Basiliscũ.*

Itaq; ex hactenus enarratis, cuiq; coniectamus esse exploratissimum, neq; à gallo, ob defectum veri, ouum perfectum procreari, neq; ex illo Basiliscum produci posse. Refert quidem Ioannes Baptista Porta, in Magia naturali, animal visu, & tactu nocens ex ouo fœcundæ gallinæ generari posse; dum quis fœcunda ova in scrobe plena Serpentum tabe, arsenico, aliisq; huius generis venenis, per aliquod temporis spatium, merserit. Sed cauendum esse admonet, ne qui hoc animal producere tentat, maximum in se pariat detrimentum. Huic tamen opinioni minimè assentimur. *Opinio Io. Bap. Portæ circa originem Basiliſci.*

NATVRA VENENI BASILISCI.

LITTERARIA Veterum monimenta personant, Basiliscum esse animal adeo exitiosum, vt intuitu, sibilo, halitu, & tandem tactu non solum homines, sed cæteras etiam animantes perimat. Quapropter Plinius naturam huius Draconis cum malignis moribus Catoblepæ penitus conuenire asseuerauit. Hinc viri non vulgariter eruditi Catoblepam à Basilisco haudquaquam discrepare tradiderunt. *Li.8.c.21.*

Quoad visionem Basilisci attinet, diuulgauit Plinius, solo aspectu huius Feræ, homines, & cæteras animantes venenari: cum hæc intuens in aliquem, radio visionis, virus eiaculetur, & vitam adimat. Hinc Matthiolus in commentarijs ad Dioscoridem, colligit historiam huius bestiæ prorsus esse fabulosam, quia non potest imaginari, quomodo factum sit, vt primi, qui hoc animal viderint, & obseruauerint, non perierint; & potissimum, cum, quoad molem corpoream, sit paruum, quod non eminus, sed cominus pro illius perfecta cognitione, & descriptione inspiciendum erat. Quamobrem Matthiolus hunc Draconem, ritu aliorum, morsu tantùm, non autem ictuitu interimere arbitratus est. Immò magis, atq; magis suam stabiliuit sententiam; cum Erasistratus apud Dioscoridem, non veneni oculorum, sed morsus tantùm venenati meminerit. *Li.6.c.vlt.* *Rationes Matthioli aduersus Basiliscũ.*

Non est tamen negandum à spiritibus manantibus ab oculo venenati animalis malam impressionem in oculo hominis, vel alterius animantis non posse fieri quandoquidem ex prauo aspectu, spiritus oculorum corrumpuntur, quibus infectis, cætera quoq; destruuntur, cum in corpore humano consensus vnus, & conspirantia sint omnia. Præterquamquòd meminimus in Historia quadrupedum digitatorum scripsisse, quamdam rubetæ speciem tanta redũdare malignitate, vt eam intuentis facies insigni pallore suffundatur. His addamus, quòd mulieres mensibus laborantes, spiritus habent inquinatos, & propterea, ex mente Aristotelis, in speculum intuentes, illud vitiant. Pariter infantes à quibusdam vetulis pertractati facilè in tabem incidunt, non solum ob fœtentem oris halitum; qui in delicatos infantium pulmones penetrat, sed etiam ob inquinatos oculorum spiritus, qui in tenellis puerorum carnibus facillimè imprimuntur: idcircò non errauit Ficinus, quando promulgauit pueros à muliere annosa, aut mensibus laborante contrectatos inficere posse. Hoc autem omnibus perspectissimum esse debet in ophthalmia: nam lippiens in aliquem sepè intuens, eumdem morbũ ei communicat. Quare de hoc Ouidius iure sic canebat. *Intuitus oculorum aliquando nocuus.* *Rubetæ maligna species.* *Halitus, & intuitus vetularum pernicioſus.*

Cum

www.libtool.com.cn

Cum spectant oculi luppum, lædantur & ipsi,
Multaq; corporibus transfitione nocent.

Magna enim est vis oculorum, & spirituum excellentia, quæ alteri communicata, per totum corpus illicò diffemiaatur. Etenim Marsilius Ficinus in Commentarijs ad Symposium Platonis, de amatoria fascinatione verba faciens, prudenter scribebat sanguinem iuuenum clarum, subtilem, & calidum esse, consequenterq; visionis radios eiusdem naturæ procreare, qui ab oculis egredientes, & cõspecti hominis luminibus communicati, & reliquis humoribus permixti eumdem affectum, & effectum in conspecto procreant. Id clarè expressit Ouidius, canens.

Aspectus oculorum quid præstet.

Perq; tuos oculos, qui rapuere meos.

Quapropter Apuleius ad rem hæc verba protulit. Doloris mei causa, & præsidium ex te proficiscantur; sicuti enim oculi tui per meos oculos ad intima visq; præcordia delapsi, penitioribus me dulnis communicarunt incendium. Id totum carminibus gallicis olim explicauit Greuinus, quæ latinè sic sonant.

Crudelis, quid fecisti? quid fecisti inimica?
An non humorem è tuis oculis exire vidi
Clarum, & igneum, subtilem, & suauem;
Qui eodem temporis momento vitam auferre mihi voluit?
Sanguinem habeo feruidum, & faciem pallidam,
Cor habeo incineratum, & corpus languidum;
Et perinde ac si malum esses contagiosum,
Tu me totum furorem suum relaxasti;
Et sicut clarus erat, ita miseri spiritus mei
Subtilis, & facilè capti fuerunt;
Et sicut calidus erat, robur suum accendit,
Et quia subtilis erat, in cor meum ingressus est,
Hinc in vniuersum corpus.

Hoc igitur cauere incommodum docuit D. Lucia nos, & ornamentum virginitatis, quæ perpendens suæ virginitati, ob oculos periculum imminere, ad reprimendam insanam Tyranni libidinem, eos eruit, & ad Tyrannum, hoc dicto, misit. Scito nihil amplius in me superesse, quo à te iniurias mihi timeã. Iuxta illud Euangelij. *Si oculus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te.* Vide colligere potest lector, ab oculis etiam G veneficam vim prodire posse. Reliquum est, vt ad halitum huius animalis ponderandum accedamus, qui lethifero vapore aerem ambientem inquinare dicitur, & ex Rudio, pleraq; animantium genera interficit. Neq; hoc recedit à veritate; confirmant enim asserentes illi Dracones, quorum Aristoteles in libro de proprietatibus elementorum meminit, qui aerem ambientem venenoso halitu ita inficiebant, vt itinerantes per vicina loca interirent. In confirmationem addamus, quòd Natio Thebiorum pestilenti halitu fuit notissima, quo non solum interimendi animantes vim possidebat, verùm quoq; eorum præsentia fatis summoperè nocua esse ferebatur.

L. 2. de Veneno. c. 20.

Natio Thebiorũ qualis.

Præterea sibilum huius Draconis animantes necantem admirari non debemus, siquidem narrat Lemnius, quod veluti lupus obuijs vocem adimit, & vaporis cõtagione raucedinem affert; ita Basiliscus sibilans, flatu oris emisso, tanquam acuto iaculo, remotiores quoq; bestias ferit. Ideo Lucanus ad rem canebat.

Lib. 4. de occult. ver. mir.

L. 9. Pharsal.

Sibilaq; effundens cunctas terrentia pestes
Ante venena nocens late sibi submouet omne
Vulgus, & in vacua regnat Basiliscus arena.

Cum Basiliscus intuitu, halitu, & sibilo cætera animantia necare dicatur; nonnulli in hanc venerunt sententiam, huius Feræ venenum in capite tantummodo residere: cum tamen Priscorum assertis constet, totum Basiliscí corpus veneno redundare: nam, ex Andromacho, quecumq; bestia portionem illius cadaueris gustauerit, repentinum incurrit interitum. Qua de causa nulla reptilia, neq; etiam alites ad huiusmodi cadauer, siue ad hominem tali veneno necatum accedere audent, canit igitur Nicander in Theriacis hunc in modum.

Venenum Basiliscí vbi.

Nullæ etiam volucres, quæ fœda cadauera pascunt,
Sic occisum hominem tangunt, vt vultur, & omnes

Huic

www.libtool.com.cn

A *Huic similes alie, pluuiæ quoq; nuncius auis*
Coruus, nec quæcumq; fera per deuia lustra
Degunt, è ra. ̃ capiunt sibi pabula carne.
Tam teter vacuas odor hinc exhalat in auras,
Atq; propinquantes penetrant non segniter artus:
Sin cogente fame veniens approximet ales,
Tristia fata refert, certamq; ex aere mortem

Prædictis addit Galenus, in libro de Theriaca ad Pisonem, hoc animal esse adeo pernicio-
sum, vt nullum reptilium genus cauernas specubus Basiliſci proximas fabricet: cum
eius antra (teste Rudio) facilè dignoscantur; quoniam herbæ vbiq; sponte crescentes, *L.2.de ve-*
circa specus orificium, corruptæ, atq; aridæ semper conspiciuntur. Auicennas quoq; *nen.c.5.*
huius proprietatis haudquaquam ignarus fuit, dum narrat hoc Draconis genus emi-
nus, virga leuiter contactum, venenato vapore secus baculum, vel virgam ad manum *Venenum*
vsq; tangentis penetrante hominem extinguere: quamobrem Lucanus mortem Mauri *Basiliscipe*
militis hasta Basiliscum transfigentis talem fuisse memorat his versibus. *netrat.*

B *Quid prodest miseri Basiliscus cuspide Mauri*
Transactus? velox currit per tela venenum,
Inuaditq; manum.

SIGNA VENENI BASILISCI.

HOC cunctis ab ouo ad mala vsq; compertum esse debet, scilicet nulla
signa ab illis authoribus proposita fuisse, qui Basiliscum visu, sibilo, &
halitu pernicioſissimũ animal constituerunt: cum, ex mente Auicen- *Animal*
næ, pereat etiam qui cadaueri appropinquat; ideoq; cum repentinum *pernicioſiſ-*
interitum hæc bestia afferat, Ætius, & signa, & remedia veneni in me- *simum.*
dium afferre superfluum esse existimauit. Illi autem authores, qui Ba-
C siliscum speciem Draconis Africæ non tanta præditum malificentia iudicarunt, quan-
tam cæteri prædicarunt, varia symptomata morsus huius Feræ assignarunt. In primis
Isidorus regulos, sicuti scorpiones arentia quæq; sectari scripsit, & postquàm ad aquas
venerint, & aliquem momorderint, ipsum hydrophobum, & lymphaticum reddunt.
Horach verò intuitu quoq; Basiliſci hominem hydrope corripi testatus est.

Itaq; tria præcipua erunt symptomata, quæ morsum huius animantis concomitan-
tur: primum est inflammatio totius corporis, quæ à violento calore per omnes venas, *Primũ sym-*
& arterias disseminato emergit, indeq; citam putredinem contrahit. Secundum sym- *ptoma.*
ptoma assignat Erasistratus apud Dioscoridem, nempè vulnus morsu Basiliſci inflictum *Li.6.c.55.*
illicò flauum reddi: quemadmodum in morsu etiam aliarum Ferarum quandoq; con- *Secundum*
tingere solet: id autem inde oritur, quoniam sanguis tenuior redditus, atq; putrescens *symptoma.*
in bilem facillimè transmutatur. Tertium symptoma, authore Aetio, est defluuium *Tertium*
pilorum, quod contingit ob quamdam veneni portionem, quæ malitia sua radices pi- *symptoma.*
lorum exedit. Nicander quoq; nonnullorum meminit symptomatum huius morsus,
dum cecinit.

D *Quod ferit hic multo corpus succenditur igne,*
A membris resoluta suis caro defluit, & fit
Lurida, & obscuro nigrescit opaca colore.

Non defuerunt tandem authores, qui scriptum reliquerunt, venenum Basiliſci à vene-
no Cerastis non esse admodum dissimile; quocirca eadem quoq; præsidia commen-
darunt.

PRÆ-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

PRÆSIDIA VENENI BASILISCI.

CVM abierit in ora vulgi, veneficam Basiliſci vim in oculis potiſſimùm reſidere, multi authores tradiderunt, & præcipuè Dinothus in Adverſarijs, homines ſpeculis munitos in ſolitudines ingredi, vt virus huius Draconis per ſpeculũ in authorẽ reflectatur, & ſubinde pereat. Hoc autem nugamentum eſſe opinamur; quandoquidem venenum, cum ſit naturæ Baſiliſci conforme, in authorem etiam reciprocatum, nullum ei afferret detrimentum. Ereſiſtratus igitur apud Dioſcoridem, qui naturam huius Draconis ab aliorum moribus non valdè diſcrepantem eſſe putauit, drachmam caſtorei, & ſuccum papaueris, ad tale virus profligandum præſcripſit. Quibus verbis nixus fortè Auicenas hæc verba protulit: ſi venenum Baſiliſci curationem expoſtulat, proculdubio caſtoreum, & papauer conueniunt.

Vſus ſpeculorum in venatione Baſiliſci. Remedia Ereſiſtrati.

F

Actuarius autem admonet dandam eſſe operam, vt, prius quàm itinerantes in ſolitudinem ab huiuſmodi beſtijs frequentatam ingrediantur, medicamentis, & antidotis vtantur, quæ veneficam vim exterminare poſſint. Plinius, cum prius ſcripſerit Baſiliſcum muſtela impugnari, eius cinerem aduerſus venenum huius Feræ extollit. Immo addit muſtelis in antra Baſiliſcorum immiſſis, eos perire, quæ antra ab herbis circa orificium arefactis cognoſcuntur. Hoc autem non omnino fabulоſum eſſe opinamur: quandoquidem inter nuperos authores Carolus Cluſius vir fide dignus memorans lignum colubrinum aduerſus venenum, & præcipuè contra ictus Serpentum commendatum ſcripſit, in Zeilam inſula verſari quoddam Serpentis genus coronatum, ſeu eleganti diademate inſignitũ, & maximè noxiũ, quod Luſitani *Cobras de capelo* vocitant; nos regulum dicemus; & ibi quoq; genus animalis magnitudine Viuerræ, ſeu Muſtelæ prædicto Draconi inimiciſſimum diuagari. Id autem non prius cum regulo præliatur, quàm radicem ligni colubrini illic frequentem comederit. Immò incolæ, hac obſeruatione, virtutem ligni colubrini aduerſus venena compererunt. Addunt alij gallum veneno Baſiliſci reluctari: idque inde cognitum eſſe tradit Porta, quoniam hæc Fera aſpectum, & vocem galli pertimeſcat. Amplius idem author contemplans plantas, quarum ſuffumitas criſtam æmulatur, veluti horminum, has ad extinguendum virus criſtati Draconis, & potiſſimum Baſiliſci valere opinatus eſt. Denig; Rudius, in expugnando Baſiliſci veneno, proponit medicamina, quæ aliàs ictibus aſpidum vtilia prædicauit.

Li. 8. c. 21.

Li. 1. Exotic. c. 44.

Animal Baſiliſco ſimile.

G

Li. 7. Phyſ. c. 11.

L. 3. de veneen. c. vlt.

ALLEGORICA, ET MORALIA.

VM in ſacris literis Baſiliſcus aliquando pro Antichriſto, quem Iudæi pro Meſſia ſunt ſuſcepturi, quandoq; pro Dæmone, & pro quocumq; peccante allegoricè intelligatur. Attamen nõ erit ab re Feram hanc Antichriſto aſſimilare. Etenim Baſiliſcus macula quadam candida, tanquam Draconum Rex coronatur, intuitu, & ſibilo cæteras necat animantes, plantas circumiacentes halitu deſtruit, & exſiccat, erectus incedit, aquas venenat, & tandem à ſola muſtela debellatur. Pari ratione Antichriſtus tanquam Rex inter omnes criminoſos principatum occupabit. Iuxta illud Iob. *Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Cæteros Serpentes, nempe alios peccantes ſibilo prauæ doctrinæ, & toruo comminationis intuitu interficiet, dum illos à vera Chriſti fide ſegregabit. Plantas halitu exſiccabit, eius aſſeclas fructu boni operis denudans. Erectus incedet, quoniam neglecto hominum fœtu, diuinum partum ſibi arrogabit; & tandem aquas venenabit, dum, prauæ expoſitione, ſenſum ſacræ paginæ corrumpet. Verùm ex altera parte Muſtela nimirùm Chriſtus tantùm Draconem exterminabit: eten im, iuxta ſententiam Apoſtoli, cum proprio ſpiritu expugnabit, dùm,

Baſiliſcus aſſimilatur Antichriſto.

H

Cap. 41.

Lib. 2. ad Theſſalon. cap. 2.

cun-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A cunctis videntibus præcipitabitur. Ad rem, infrascripta leguntur carmina, quæ non solùm Antichri li, sed etiam eius præcursorum naturam explanat.

Qui sic defraudant fidei pia dogmata nostræ,
Tunc Antichristo præuia castra locant:
Thesauros, parant, quibus insatiabilis error
Ad se prauorum pectora victa trahat.
Conuolitant multi Antichristi signa ferentes,
Qui tentent sacram contaminare fidem.
Abducet fatuos funesta pecunia multos,
Quos Antichristi libera dona trahent.
Adsit ministerium plures mercabitur ille
Turpe sadum nummis, fraudibus, atq; malis.
Sed non durabit longæuo tempore classis
Illa, sed in tumidis fluctibus acta ruet.

Deinde Basiliscus, vt habetur in Psalmo nonagesimo, Diabolum designat, qui Basiliscí æmulus habitu tentamentorum corda hominum venenat. Verumtamen homo mu- B stela factus, dum maiestatis suæ vexilla cunctis subministrat, facile tanti Basiliscí atrogantiam debellat. Insuper ille, in quem omnia confluxerunt flagitia, à natura Basiliscí non est segregandus; quandoquidem hic oculis inuidiæ intuens, & sibilo propudiosi dedecoris, in alienam debacchans famam, cunctis exitio esse solet. Item mulier venalem formam passim exhibens, Basiliscí naturam æmulatur, dum castos adolescentes, vnico intuitu, in luxuriam soluens enecat. Quocirca sola mustela esu rutæ munita, nempè vir amarore pœnitentiæ armatus meretricium Basiliscum superare, & exterminare poterit. Iuxta illud Hieremiæ. *Statue tibi speculam, pone tibi amaritudinem, dirige pedes tuos in viam rectam.* Verùm quamuis Basiliscus viuens venenorum omnium sentina esse feratur: nihilominus eius cadauer combustum, amissa venenata facultate, operibus chymicis, necnon metallorũ transmutationibus vtilissimum prædicant. Ideo si peccans vocabatur Basiliscus, is in vnda lethalium criminum viuens, cunctis detrimento esse potest; at si pœnitentia ductus, fiat mundi cadauer, & ad vitam æternorum bonorum animum dirigat, cunctis maximo erit emolumento. Hoc manifestarium euasit in Paulo Apostolo, qui scribens ad Galatas; hæc verba protulit. *Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Christus.* C quoniam euasit vtilissimus, dum prædicationibus peccantem à consuetudine ad melioris vitæ rationes reducebat. Quamobrem veritatem assecutus est Psalmographus canens. *Mutabis eos, & mutabuntur.* Basiliscus quoq; rectus incedens iure optimo comparatur ad illos, qui fulgore suæ fortunæ, insolenter gloriantur: nam horum animo ita magnus accreuit tumor, vt alios ignobiles, & inscios esse prædicent. Idcirco cum nulla in illis sit propensa in viros litteratos beneuolentia, melioris litteraturæ studia in dies collabuntur. Iuxta illud.

Basiliscus comparatur Diabolo & vicissim.

Comparantur peccantes, & meretrices Basilisco.

Cap. 21.

Cap. 2.

Superbi ar rogantia.

Nobilibus pudor est doctos versare libellos:
Heù laceris Pallas mœret vbiq; comis.
Gloria nulla datur, studiosis præmia nulla;
Incassum studij perditur vsq; labor.

Neq; Tyrannus hanc Basiliscí similitudinem effugere potest: quandoquidem ritu eiusdem animalis, solo oculorum coniectu, nonnullos ad laqueum adigit. Hoc non fuit ignotum Baptistæ Mantuano, qui de Sancto Blasio canens, hæc habet.

Tyrannus potest appellari Basiliscus.

Maximilianus enim tanta impietate per orbem
D *Sæuit, vt sicut visu Basiliscus acuto,*
Ore trucí, nutuq; homines extinguere posset.

Postremò omnibus in confesso esse debet, quòd Basiliscus, in sacris paginis, nil nisi detrimentum, & rasturam significat: quamobrem Isaias, in hoc sensu hæc scribebat. *Oua aspidis rumpunt, & telas aranearum texunt, qui comederit de ouis eius morietur, & quod fractum erit, erumpet in regulum.* Ruesus, in eodem significatu, legitur hæc sententia in Prouerbijs. *Vinum veluti Serpens mordebit, & veluti regulus dolore afficiet.* Quandoquidem vinum immoderatè hausum, cunctis semper perniciosum, & funestum est futurum.

Cap. 59.

Prouerb. 23.

www.libtool.com.cn

MIRACVLA.

SIres admirabiles de Basiliſco patratas audire deſideramus, confugiendum erit ad Scriptores Actionum Sanctorum Patrum, apud quos legimus, quòd vir quidam iuſtus per Eremum ad fontem proficiſcens, Baſiliſcum conſpicatus eſt, & confeſtim, eleuatis in cœlum oculis exclamauit; ò Deus omnipotens, aut mihi, aut iſti de vita decedendum eſt, & illicò Fera ſupra naturæ ordinem extincta eſt. Pariter legitur apud Surium, quòd Sanctus Ioannes Abbas in Pago Tornodorenſi monaſterium ædificabat, quod Reumaus nuncupatur, ſed Monachos aquarum inopia laborantes obſeruans, fortuitò puteum immani profunditate altum reperit, in quo funeſtus Baſiliſcus delitescebat. Quamobrem Sanctus pia precatione Deum omnipotentem verum miraculorum patratorem adiuit: ſicq; Draconem peremptum, aquam ita potabilem reddidit, vt deinceps multi monachi, miraculi & pietatis ergo, nec non multi ægrotantes, cauſa valetudinis, hauſerint.

Miracula Sancti Ioannis Abbatis.

Contarenus, in libro Antiquitatum Romanarum, ab Honorio primo Pontifice maximo templum ædificatum, & Diuæ Luciæ conſecratum fuiſſe tradidit. Verùm iuxta hanc ſacram ædem in loco concamerato, vt annotat Sigonius, Baſiliſcus exitiale Draconis genus ſtabulabat, cuius halitu Roma, magna lue, diù affecta fuit. At Leo Quartus Pont. fex Romanus, tacitis prius in templo precibus Deo omnipotenti allegatis, beſtiam veneficam ſupra vim naturæ extinxit.

Baſiliſcus Romæ extinctus à Leone IV.

HIEROGLYPHICA.

AEGYPTII Sacerdotes perniciem aliquam ex optimis dimanantem conſi ijs graphicè expreſſuri, ſimulacro Ibidis, & Baſiliſci vtebantur: quandoquidem vtilitatem immenſam ex hac aue ſalutifera Serpentes vorante percipiebant; ſed ex quo huius alitis Baſiliſcum pernicioſiſſimum animal interdum naſci arbitrabantur. Denuò, cum relatum ſit Baſiliſcum ſine morſu animalia perimere, Aegyptij hinc alterius Hieroglyphici argumentum deſumpſerunt: ſiquidem ſignificaturi hominem à calumniatoribus malè affectum, & lethalibus delationibus afflictatum, iconem Baſiliſci palam repræſentabant: quoniam non alio ſimulacro calumniantes melius exprimi poſſe crediderunt: cum hi clanculum auribus Principum inſuſurrent, & abſq; vllo morſu palam infixo, homines venenent: quemadmodum Baſiliſcus ſolo aſpectu animalia occidere fertur.

Hieroglyphicum pernicioſi dimanantis ab optimo conſilio.

Hieroglyphicum hominis calumniatoribus afflicti.

Denique Ægyptij ſacerdotes æternitatem indicaturi, Baſiliſcum etiam figurabant: quoniam hunc Feram nullis conſauciari modis, nullaq; ratione exanimari poſſe exiſtimarunt: cum ei tantam ineſſe vim aſſeuerarent, qua non animantia modò, aſpectu, extinguere, ſed vegetantia quoq; exſiccare poſſet.

PHRENOSCHEMATA.

IOANNES Baptiſta Pittonus egregius Pictor Vicentinus exhibet phrenoſchemata Simeonis Thomæi Decani Tridentini; in quo effigiatur Baſiliſcus in ſpeculum intuens, cum Dicto. IN AVTHOREM. Hoc enim Inſigne exprimitur hominem in alios perditus, & malorum author, qui tandem omnium malorum, & necis cauſam in ſemetipſum machinatur. Subſcripſit igitur carmina Italica huius tenoris.

Il Baſiliſco, che prima, ediuide
Ciaſcuno di vita, in cui la viſta gira,
Mentre ſua imago entro lo ſpecchio mira.

Se Heſ-

www.libtool.com.cn

A *Se ſteſſo, autor de l'altrui morte, vccide.*
Così non ſempre à l'empio volgo arride
Fortuna ria, che contra à buon s'adira,
Di cui maluagio à l'altrui danno aſpira,
Ma lui co i propri ſtrali fere, e conquide.
E'quiui con giuſtiſſima ragione,
Sì come dir ſi ſuole, à tempo, e luoco
Ritorna il male, in cui ne fu cagione.
Felice l'huomo è quel, ch'i dico, e poco,
Chi d'amor' è innocente, e paragone:
E tien le pompe, e le ricchezze à gioco.

Alius vir eruditionem habens non vulgarem, vt innueret venuſtatem cuiuſcumq; mulieris tutò conſpici poſſe, dummodò illius oculi diligenter non obſeruentur. Effigiauit Baſiliſcum intuitu enecantem, cum hoc Dicto italico. PVR CHE GLI OCCHI NON MIRI. Hoc autem argumentum fortè tranſcripſit, à Petrarcha, qui infraſcriptis verſibus italicis, de alio animali verba faciens, canebat hunc in modum. *Pulchritudo multeris quomodo tutò conſpici poſſit.*

B *Ne l'eſtremo occidente*
Vna fera è ſoaue, e queta tanto,
Che nulla più; ma pianto,
E doglia, e morte dentro à gl'occhi porta,
Molto conuiene accorta
Eſſer qual viſta mai ver lei ſi giri,
Pur che gli occhi non miri,
L'altro puoſſi vedere ſicuramente.

Hæc autem ſententia veritati conſona eſſe videtur, quoniam oculus eſt naturæ diaphanæ, & ſolaris, nec non ſpiritibus redundans, qui facilimè per aliam partem ſibi ſimilem penetrare poſſunt. Huc reſpexit poeta, quando cecinit.

Aſpicias oculos tremula fulgore micantes,
Vt ſol in liquida ſæpe refulget aqua.

Perciuallus quoque vir non vulgaris doctrinæ, in ſuo Inſignium libro, meminit cuiuſdam ingenioſi iuuenis, qui phænoſchema huius conditionis comperit. Delineauit C Baſiliſci iconem, cum Dicto italico, E DA GL OCCHI, E DAL CANTO. Etenim, cum natura Baſiliſci ſit talis, vt aſpectu, & ſibilo animantia examinet: voluit fortè indicare vitandas eſſe illas mulieres Baſiliſci naturam participantes, quæ non modò aſpectu, verum quoq; blanditijs verborum homínibus inſidiantur. *Baſiliſcus intuitu, & ſibilo necat. dicit.*

SIMVLACRA.

IN tanta Religione, apud Ægyptios, Baſiliſcus olim fuit habitus, vt ex auro dedicaretur. Caput illi accipitrinum addebant, oculoſq; eo connumerabant artificio, vt ad libitum claudi, & recludi poſſent. Itaq; hoc ſimulacrum aliquando oculis adapertis præferebant; & tunc vniuerſa Aegyptus immenſa perfundebatur lætitia, perinde ac ſi ab oculis diuinis inſpiceretur. At quando hoc ſimulacrũ, clauſis oculis, in medium D afferebant; illicò cuncti mærore non vulgari afficiebantur, & exiſtimantes ſibimet ipſis Deos vehementer eſſe infenſos; in obſcura penetralia ſe recipiebant; vt attentius rationem meditarentur, qua Deos in iram effuſos mitigare poſſent. Hoc autem ſimulacrum in tabula Bembea ita habetur: propterea quod ipſi Iouem, authore Plutarcho, ſpiritum eſſe dicebant, & nulli animalium vehementiorem ſpiritum, quàm Baſiliſco, conſequenterq; nulli ſimulacro magis, quàm huic diuinitatis ſymbolum attribuebant. *Simulacrũ Baſiliſci apud Ægyptios quale.*

Ex altera parte Ripa, ad exhibendum Calumniæ ſimulacrum, vſus eſt figura mulieris cum face, & Baſiliſco. Hoc enim animal eminus venenat: quemadmodum calumniator, euaginato linguæ gladio, procul etiam lacerat. Rurſus deinde author in Simulacro Malevolentiæ, quæ voluptatem ex alterius damno ſine emolumẽto percipit, delineauit Anum turpem, paſſis capillis, cum Baſiliſco. Cum malevolentia, inſtar Baſi- *In primo par. 1. cen. Calumnia ſimulacrũ. Malevolentiæ ſimu.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

liici, solo venenato aspectu homines contamiaet. Item apud eumdem Ripam in simulacro Contagionis, licet intueri iuuenem extenuatum, & pallidum, cum ramo nucis, & Basiliseo: quoniam hæc bestia, inter cæteras, visum, sibilum, & halitum contagiosum habet. Præterquamquòd cæteræ animantes ad cadauer Basiliscí, tanquam cadauer animalis contagio extincti minime accedant. E

Contagionis figura.

Postremò Ripa, ad demonstrandam ætatem in genere, pinxit mulierem clamyde versicolore indutam, cum simulacro Solis, & Lunæ, & figura Basiliscí iuxta latus: cum icon huius Draconis apud Ægyptios æui æterni esset hieroglyphicum; namq; cũ hoc animal immortale iudicarent, eius etiam imaginem ex auro fabrefactam supra Deorum caput collocabant.

Simulacrũ ætatis.

V S V S.

NVLLVM adeò exitiosum, & miserabile rerum omnium parens natura procreauit, quod àliquam saltem licet minimam boni portionem in se non contineat. Et si poeta canebat. F

Nil prodesse quod non lædere possit idem.

Nos vicissim possumus asseuerare nil lædere, quod aliqua ex parte prodesse nequeat. Idcirco Magi, referente Plinio, sanguinem Basiliscí, Saturni sanguinem appellantes, picis modo cohærentem, & colore cinnabarino clariorem miris laudibus celebrabant, & pro amuleto ad veneficia, & pro remedio aduersus diuturnas affectiones prædicabant.

Amuletum ad veneficia.

DE DRACONE PYTHIO.

Cap. III.

ÆQVIVOCA.

G

VT à facilioribus ad difficiliora, & à notioribus ad ignotiora via mihi semper sternamus: in hoc etiam capite de Dracone pedibus carente tanquam notiori disseremus, vt deinceps de ignotioribus, qui pedes, & alas habent, verba faciemus. Ad euitandam igitur ambiguitatem, aduertendum est, quòd vocabulum (Python) quo Draco hic designatur, pro nomine proprio virorum, locorum, & vrbium vsurpatur. Memoratur in primis à Plutarcho Python Aeneates, qui vnà cum Heraclide, occiso Cotye Rege, Thraciam liberauit. Recitat etiam Aelianus, quòd Alexander dexteritatem Ptolemei habebat suspectam; Arij vero turbulentiam, & Pythonis notarum rerum studium timebat. Python etiam, ex Athenæo, fuit Orator Byzantinus corporis obesitate insignis, qui, orta aliquando inter Byzantios seditione, his verbis, ciues ad pacem hortatus esse fertur. Videte ò ciues meum corpus obesum sed vxorem habeo multò me crassiorem, & quando concordes sumus, quiuis grabatus nos excipit: at vbi dissidemus, nec domus quidem tota nos capere potest.

Python nomen virorum.

Li. 12. Dypnosoph. c. 28.

Python orator Byzantinus.

H

Præterea hoc nomen locis, etiam conuenit: siquidem legitur apud Ammonium, πύθων· ἡ, ὁτόπος, nimirum locus, & πύθων, ὁ ὁ δράκων. Itaq; πύθων, καὶ πυθὼ, ἡ, verbs est Phocidis, quæ & Delphis appellatur, Apollini sacra, nomen à πυθεσθαι sortita, διὰ τὸν ἐκεῖ τοξευθέντα ὑπὸ Απόλλωνος, καὶ σαπέντα δράκοντα, vt Eustathius tradit. Qui accuratius populorũ indagant origines, scripserunt Delphi fuisse filium Pythii: propterea locum hunc varijs nominibus nuncupatum fuisse retulerunt; cum modò à patre modò à filio nomen sortiatur. Huius etiam loci meminit Galenus, quando agens de bonitate aquarum, monuit in Pytho tam hybernis, quàm æstiuis temporibus, puteos esse aqua redundantes.

Python nomen locorum.

Python Dæmonis nomen.

Insuper Python vocabatur Dæmonium, cuius afflatu futura prædicebant Ideo apud

Hesy-

www.libtool.com.cn

A Hesychium legitur πύτων ὁ ἐγγαστρίμυθος, vel ἐγγαστρίμαντις: quamobrem Plutarchus scripsit, sua ætate, πύθωνας vocatos fuisse τοὺς ἐγγαστριμύθους, & Tumentibus Genios è ventre hariolantes Pythones appellatos interpretatur. Immò in Actis Apostolorum fit mentio cuiusdam ancillæ, quæ spiritu Pythonis agitata magnum diuinando faciebat quæstum. Et libro primo Regum, Saul hostium castra conspicatus, & timore vexatus Dominum consuluisse dicitur; cumq; nec per somnia, nec per Sacerdotes, nec per Prophetas ei responderet, iussit seruis suis, vt inquirerent mulierem habentem Pythonem, qui monuerunt talem Pythonissam in Endor habitare: ad hanc igitur Rex mutato habitu accessit, vt cantionibus animam Samuelis euocaret. Qui mihi nonnulli sint, qui asseruerint non animam Samuelis, sed eius imaginem Pythonissæ fuisse obiectam. Cæterum alij, permittente Deo, veram fuisse animam statuerunt; vt ex assertione calamitatis, quæ toties Sauli prædicta fuerat, acrius cruciaretur. Alioquin in Deuteronomio, Deus Optimus Max mus homines Pythonem consulentes abominatur.

Cap. 16.
Cap. 28.
Pythonissa, quæ fuerit.
Cap. 28.

Denique Python dicitur esse illud cæleste sydus, quod Hegynus inter duas Arctos, nempè Visas delineauit. De flexuosa huius Draconis spira Virgilius adhærente Aratus in Phenomenis sic cecinit.

Python cõfectio.

Τὰς δὲ δὶ ἀμφοτέρας ὁὴν ποταμοῖο ἀπορρὼξ
Εἱλεῖται μεγάθυμα δράκων περὶ τ' ἀμφὶ τ' ὀπίσω.

Sensus autem horum versuum sic reddi potest.

Versatum in medio, sinuosi fluminis instar,
Curuatur longa immortalis spira Draconis,

Lib. 2.

Verùm huius Draconis situs non longe est petendus: cum Virgilius in Georgicis polum Arcticum describens, pereleganter illum nobis insinuet hunc in modum.

Hic vertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus Stygiæ umbræ videt, manesq; profundi.
Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circum, pecq; duas in morem fluminis Arctos,
Arctos Oceani metuentes æquore tingi.

Modò, vt redeamus vnde digressi sumus, Theon in Aratum diuulgauit hunc anguem ambas amplexantem Visas, Draconem olim à Cadmo interfectum, & secundum plerosq; Pythonem ab Apolline iaculis confixum repræsentare.

SYNONYMA, ET ETYMVM.

PYTHON, vt refert Calepinus, iuxta genus masculinum, & femininum inflecti potest: nam citat Tibullum, cui Delphica Python cognominatur. Poeta enim sic canit.

Delos vbi nunc, Phœbe, tua est, vbi Delphica Python?

Etymologia.

Quamobrem ambigendum est, an Tibullus Draconem, an verò Sacerdotissam Apollinis in Tripode responsa reddentem intellexerit. Vorant ergo Latini Pythonem hunc Draconem Græcos imitati, quibus πύθων nominatur, à verbo græco πύθω putrefacio; quoniam hæc Fera ex putredine terræ, post diluuium Deucalionis orta esse perhibetur. Præterea Suidas hunc Draconem Delphinem etiam fuisse nuncupatum testificatur, cui postea Apollonius in Argonauticis adstipulatur. Hocque nomen fortitum tradunt, teste Celio, quia Delphicum custodiret Oraculum. Scribebat enim Suidas in Pytho; quòd Phocis Regio est Græciæ, quam vrbs Delphi cognominata nobilitat: quandoquidem in ea Vrbe sumptuosum Apollinis templum Python nuncupatum visitur, in quo Tripus æneus est collocatus. Addunque templum hoc Delphi etiam nominari: propterea quòd Delphinem Draconem ibi compertum Apollo confecerit, sed deinceps, cum ibi Draco computruerit, Python fuit appellatum: aut etiam à perconctando, quod Græcè sonat πυθέσθαι; cum nemo illuc, nisi Oraculum interrogandi gratia accederet. Quare imposterum ciuitas illa non solùm Delphis, sed etiam Pytho à finitimis fuit cognominata. Id totum confirmat Homerus de Pinocensium delectu.

L. 2. Argõ.

Python cur dicatur.

De vbi Pythõ confectus fuerit.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

DESCRIPTIO.

Magnitudo. PYTHON Draco fuisse traditus, os triplici dentium ordine armatum habens, oculis magnis, & acuti visus, cũ magnis palearibus sub mento instar barbæ pendentibus, flauo rutilantibus colore. Deinde tam immensæ fuit molis, vt Poetæ maximum, & rumidum appellauerint.

Straimus innumeris tumidum Pythona sagittis.

Longitudo. Longitudinis quoq; fuit admirandæ; nam humi stratus amplum soli spatium occupabat; vt innuit Pamphilius canens.

Sanguinolentus erat spatiosa in iugera Python
Porrectus.

Color. Ratione coloris aliquando viridis interdum cæruleus fuit appellatus, nec præter rationem, cum hi colores in alijs plerisq; Draconibus obseruentur. Statius sic canit.

Li. 1. Theb. *Te viridis Python, Thebanaq; mater ouantem*
Horruit.

Et Claudianus cyanei coloris esse prædicat, dum inquit.

Cæruleus tali prostratus Apolline Python.

Figurant etiam hoc animal duris, fulgentibus, & eminentibus squamis tectum, veluti Baptista Mantuanus prompsit, canens.

Grandibus horrentem squamis, & tergore durum
Cæruleo Pythona.

Hoc igitur in loco iconem Draconis non alati à Gesnero delineati exhibemus; cum hæc pictura, ad nonnullorum mentem, Pythonem graphicè repræsentet.

GENERATIO.

Animalia ex putri. PLOETÆ hunc Draconem post diluuium Deucalionis genitum fuisse tradiderunt: quapropter, cum hoc tempus antiquitatem redoleat, hanc bestiam aliquando veterem, & quandoq; Deucalioneam cognominarunt.

Et vidisse tuis veterem Pythona sagittis.

Et rursus.

Li. 15. Metam. *Cum caput obscuro tollens de gurgite Serpens*
Deucalionæo maior Pythone.

Neque talis generatio alicui admiranda videri debet: quandoquidem, iuxta Textoris sententiam, veluti ex bobus mortuis, & putrescentibus apes, ex equis fuci, & ex asino crabrones procreantur; ita quoque ex humanis cadaueribus Serpentes generantur. Meminimus alibi ad mentem Ouidij tradidisse.

Sunt quæ cum clauso putrefacta est spina sepulcro,
Mutari credani humanas angue medullas.

His accedit ex Macrobio, quòd mures in Aegypto ex terra, & imbre resultant, & in alijs locis ranæ quoque, & angues eadem ratione gignuntur. Tandem ex fimetis copiosum imbrem colligentibus, teste Plinio, multi Serpentes ortũ ducere solent. Alioquin credendum est, si datur, ritu aliorum congredi, atq; hoc modo prolem propagari arbitramur. Nam tempore congressus, Draconum, & Serpentum genera colligunt se se in vnum caput, vt superius fusè, breuiq; enucleauimus. Finxerunt postea hunc Draconem Phœbeis iaculis lethaliter affectum, tandem concidisse, id innuit Claudianus his versibus.

Ranæ ex putri vbi.

Cæruleus tali prostratus Apolline Python.
Implicuit vastis moritura volumina syluis.

Id etiam significauit Ouidius in suo Transmutationum volumine, sic canens.

Lib. 1. Metam. *Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis*
Ante, nisi in damis capreisq; fugacibus vsus.

Mille

www.libtool.com.cn

Draco Apteros Gremmi.
Draco Pythius, alorum.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Mille grauem telis exhaustaque pharetra
Perdidit effuso per vulnera nigra veneno.

Solis generatio attribuitur.

Alij autem huius Draconis ortum, & interitum commentitium esse tradiderunt. Immò id totum Soli nuncupato Apollini attribuerunt, quippequi proprio calore in humidam agens terram, putredinem, consequenterq; animalium generationem producit. Et canebat ille.

Vel quia putrescant fadacalore Dei.

Apollo est Pythius. Lucret. lib. 16.

Deinde idem Apollo humiditatem terræ in dies absumendo, putredinem terræ tollit, consequenterq; animantia ex putri nata materia destruit.

DENOMINATA ET COGNOMINATA.

A Pythone peremptο, cuius non magis venenum, quàm corporea moles terrebat, Apollo nominis spolia reportans, deinceps Pythius fuit nuncupatus. Horatius sic canit.

Non Dindymenæ, non adytis quatit
Mentem sacerdotum incola Pythius;
Non Liber æquè.

Fabulantur enim Poetæ Iunonem Latonæ, Apollinem, & Dianam parituræ, obstitisse, & post partum, Draconem Pythium ad infantium cunabula misisse: quare, teste Macrobio, Apollo adhuc infans feram necasse, & cognomen inde retulisse fertur. At Perottus scriptum reliquit ab Apolline hoc cognomentum sibi fuisse comparatum, quoniam Iuno Latonam ex Ioue grauidam animaduertens, in illam Pythonem immisit, quæ postea horrificam fugiens belluam, tandem ab Asteria sorore in Delo susceptæ, Dianam, & Apollinem est enixa. Item Phæbi sacerdos, vel vates Pythia quoq; dicebatur. Vnde Lucretius canebat.

Sacerdos Phœbi Pythia dicebatur.

Pythia, quæ tripodè à Phœbi lauroq; profatur.

Ab alijs vocata est Pythonissa, & Tibullo Python Delphica, tanquam hoc vocabulum (Python) duobus generibus esset commune. Hæc igitur Pythia mulier furore plena, perconstantibus respondens, in Parnasso monte, oraculum Apollinis celeberrimum reddidit. Quamobrem Ethnici religionem huius loci miris auxerunt miraculis. Et primò Gallos locum anuasuros atrocissima tempestate, & copiosis nimbis repressos fuisse tradunt. Deinde in bello Alexandri oraculum de tutela loci consuleretur, eũ respondisse perhibetur, vt sibi consulerent, se autem sibimet consulturum. Atq; paulò post milites in locum irruentes non parua montis pars à vertice ruens oppressit. Hæc autem, & similia apud Ethnicos accidisse nõ negat Diuus Augustinus: verùm affirmat religionem, & diuinum cultum adeò placere Deo, vt etiam si falsus sit, aliquo digneetur beneficio.

Sparta Pythij dicti. Lib. 6.

Amplius Pythij vocabantur Spartæ, qui Delphos ad consulendum oraculum mittebantur, vt Herodotus in Erato scripsit. Immò Pythij, & Delphæ, vt habetur apud interprætem Sophoclis, Athenis etiam versabantur. Græcis vates Pythius πυθόμαντις nuncupatur. Idcirco apud Sophoclem legitur πυθόμαντις ἑστία, nimirum ἡ τῆς μαντικῆς φυλὰξ ἑκάτη, ideſt habitatio Diuinatoris Pythici. Idem author in Oedypo Tyranno πυθομάντεις fatidicos appellauit. Insuper πυθαύλης cognominatur carminis Pythici cantor, aut qui certamen Apollinis cum Pythone, tibia, exprimit. Et πυθιονίκης, Pythionices exponitur ille, quem in ludis Pythicis victorem pronunciabant. At πυθόχρηστος Pythio oraculo comprobatus redditur. Quapropter apud Xenophontem πυθόχρηστοι νόμοι, Leges oraculo Pythico comprobatæ leguntur. Et apud Aristotelem πυθόχρηστον μαντεῖον, vaticinium comprobatum videre licet. Apud Suidam habetur πυθόλυπτος, ὁ ὑπὸ τῶν πυθίων λυπούμενος, nempe Pythio numine afflictus. Item Latinis Pythonici dicebantur, qui hoc fatidico Dæmone correpti erant.

Pythomantis quis nominetur.

Loca Pythia nominata quæ. Lib. 3. eleg. 3.

Loca multa cognominata Pythia ab Authoribus recensentur. Ideo Poetæ regna Apollinis, Pythia regna Dei inconsulti vocitarunt. Propertius sic canit.

Deum

www.libtool.com.cn

A *Dum petit intonsi Pythia regna Dei.*

Pytheum postea, ex Cælio, locum oraculi appellabant. Pythium, & Delium erant aræ, vel templa, Apollini, vel Delio consecrata. Item Pythium erat ædes Apollinis Athenis à Pisistrato condita, in qua tripodes, ex Suida, dedicabantur. Pythium quoq; fuit apud Creteases, in Gortyne meditullio, vbi Apollinis templum visebatur, cuius incolæ Pythies nominati fuerunt. Erat, & sacrum Macedonibus Pythium, vbi & Pythia celebrabatur: immò, & Pythium erat propè Astacenum sinum, vnde & Pythiani populi, & Pythiana pocula, ad mentem Cælij, nomen tra xerunt. *Pocula pythiana.*

Pythiopolis vrbs Asiæ à Theseo, oraculi Pythici monitu, constructa; huius meminit Plinius inter vrbes Mysiæ. Alioquin Pythiopolis, ex Stephano, est vrbs Cariæ denominata à Pythe, seu Pythio viro opulentissimo, qui Xerxem, cum exercitu honorificentissimè excepit. Similiter ad montem Syluij, Pythia in Regione Pariana montem Pythium habuit imminentem. Tandem Pythonis Come, ideſt vicus, iuxta Plinij opinionem, est locus in Asia, quò, statuto tempore ciconiæ conuenientes, postremam adolantem lacerant. *L. 5. c. 32*

B Pythia Pythiorum ludi erant Apollinares, quibus, ob cædem Draconis; Phæbo æterni honores decernebantur. Ouidius de his sic verba facit. *L. 1. Metā.*

Instituit sacros celebri certamine ludos
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.

Alijs hoc certamen Pythicus agon fuit appellatus, quem Cyrrhæi grassantes labefictarunt, sed Thessalus Eurylocus, iunio. Achilles nuncupatus (vt scribit Euphorion) in pristinum redegit statum. Hic agon olim χρηματίτης, nempe pecuniarius appellabatur; cum victori pecunia esset constituta: mox autem στεφανίτης, quia palmam in hoc certamine referentes laureis sertis coronabantur. *Agon Pythicus.*

Accedit Pythicus nomos auleticus, nempe ratio modulandi tubas in ludis Pythijs; cuius quinq; partes (referente Cælio) enumerantur, scilicet Pera, Cataceleusmus, Iambicum, Spondeum, & Catachoreusis. Pera ideſt πήρα, Dei habet consilium, esset ne dignus, & conueniens certamini locus; in Cataceleusmo Draco ad prælium prouocabatur; in Iambico pugnabatur, simulq; tubæ inflabantur; immò, & odontismos hæc pars, etiam dicebatur, nempè dentium fremitus, quem Draco iaculis transfixus edebat. Spondeū verò victoriā significabat. Tandem in Cathacoreusi, maxima cōparatæ C a Phæbo victoriæ celebritas cōtinebatur. Sunt qui (eodem Cælio authore) huius nomi Pythici auletici partes sic distinguant, & Anacrusim certaminis præludium statuant. Amperam primum pugnandi periculum, Cataceleusmum, ipsum certamen, Iambicum vero, & Dactylum, Pæana talibus rythmis, victoriæ gratia cōstitutum. Syringes deniq; Draconis deficientis languorem exprimebat. *Pythici nomi partes quot eſſēt.* *Alia diuisio partium Nomi.*

Prædictis Pythica vociferatio est addenda: cum legatur apud Suidam πυθικὸς βοὸς, Pythicus clamor editus forsan ab Auletibus Pythica carmina canentibus: quandoquidem scribebat Suidas, ἡ μετ' αὐλῶν γινομένη φωνή, τὸ πύθιον μέλος. Hanc postea Pythaulis denominatur. Immò Pythicum carmen pro heroico vsurpatur (quoniam teste Cælio) hoc carminis genus ab Apolline oraculis esset celebratum, aut quia, Pythone interfecto, Accolæ perterriti hexametrum primi composuerint. *Pythicum carmē quale.*

Neq; omittendum est Pythicum stadium, quod pedibus mille, veluti olympicum quadringentis constitutum esse ferebatur. Ideoq; stadium non fuisse spatium certæ mensuræ credendum est: cum pars alicubi breuior, alicubi longior certaminibus fuerit destinata. Neq; officit stadium determinatis mensuratum passibus; quoniā stadium D bifariam considerari potest; altero modo, pro spatio curſoribus in agone statuto, quod determinatam non habet dimensionem, vt paulò ante explicauimus: altero modo sumitur pro genere dimensionis limitibus agrorum, & viarum famulantis, & hoc stadium semper viginti quinq; passibus, nempè pedibus viginti quinq; supra sexcentos integratur: hæc autem summa octies computata mille constituit, quæ dimensio ad milliare spectat; hoc enim octo stadijs integratur, & vnumquodq; stadium centū viginti quinq; passus perficiunt, & vnusquisq; passus pedibus constat quinq; & pes quilibet ex quatuor palmis resultat, palmum quatuor digiti constituunt, & deniq; quilibet digitus quatuor granis hordei simul copulatis mensuratur. Vnde versus. *Stadiū quo tuplex sit.* *Mensuræ à minimis inchoan-*

Quatuor ex granis digitus componitur vnus,

www.libtool.com.cn

Est quater in palmo digitus, quater in pede palmus,
Quinq; pedes passum faciunt, passus quoq; centum
Viginti quinq; hi stadium dant, sed militare
Octo dabunt stadia &c.

Aliud notat Cælius scitu dignum, scilicet quòd, cum Olympias apud Græcos esset quinq; annorum spatium à Romanis lustrum nuncupatum, quoniam per Olympiadas Græci tempora supputabant, eodem modo, ab eruditis viris Pythias vsurpatur, vt videre licet apud Plutarchum καὶ μὴν διοδὰ μετὰ πυθίδα λεγόμενα πολλὰς ἀνθιάδας.

In l. Anseris capess. reſpub.

Succedunt modò nonnulla nomina, quæ verum à Pythone deducantur, valdè dubitandum est. Vt Pythius architectus insignis, qui primus omnium Pirene templum Mineruæ constructit, vt scribit Herodotus. Pythius etiam fuit argentarius Syracusanus. Item Pythius Ischonoi filius Aegineta à Persis, virtutis ergo, seruatus, cæteris tamen hostibus mactatis, ex Herodoto. Cuiusdam Pythij meminit Galenus, qui multa medicamenta ad dentes motos præscripsit. Insuper Herodotus, in Polymnia, memorat Pythium filium Athys virum Lydum ditissimum, qui omnem Regis exercitum, ipsumq; Xerxem magnificentissimo excepit hospitio, magnamq; pecuniarum summam ei obtulit. Hic habuit singularis prudentiæ vxorem, quæ lepido commento, viri cupiditatem auri congerendi infinitam compescuit. Cum enim is totam ferè ciuitatem in fodiendis thesauris occuparet, ita vt ferè nullum aliud ibi perageretur negocium, & pleriq; immodico superati labore interirent: Iussit vxor, absente Pythio, cibaria ex auro conflari. Aduenienti igitur marito aurea mensa, & insuper ex auro omnia apponuntur. Is nondum consilij gnarus, nec quò tenderent isthæc; intelligens, mox edilia inferri iubet; at proba vxor obsonia pariter aurea inferre pergit. Et tandem marito ingentes irarum motus iam concipienti dixit mulier: ne affligeris bile: an non sentis Pythi, præ vnius auri studio, in ciuitate omnia iam perire, agriq; colendi studium penitus destitutum. Quin intereunt etiam homines: ideoq; si pergis, quid in humanam escam sit ceasurum non video? Itaq; hoc salubri commento Pythius resipiscens, auri quidem studium prorsus non omisit (altius enim auiditas inhæserat) sed quintam solummodò ciuitatis partem in hoc opere continuit.

Lib. 4. c. 7.

Neq; nos fugit Pythias, & Damon ex secta Pythagorea, qui (teste Valerio Maximo) tantam inter se coluerunt amicitiam, vt, cum alterum ex his Dionysius Tyrannus interficere vellet, alter pro altero vadem se Tyranno dare non dubitauerit, donec alter domo reuerteretur, quò, priuati negotij causa, se conferre impetrauit. Athenæus tandem cuiusdam Pythonicæ gulosæ meminit. Et Damocrates librum quemdam inscripsit Pythium, vt Galenus in libris de compositione Pharmacorum recitauit.

Auri cupiditas inſitа.

L. 8. Dypnoſoph. c. 6.

L. 5. de cõp. med. ſec. loc.

HISTORICA.

SCRIPTIS mandauit Pausanias, Pythonem non Draconem, sed quemdam hominem regionis, nempè Solì Delphici incolam fuisse, qui ab Apolline iaculis lethaliter faucias ibi contabuit: vnde vrbs postea nomen sortita est. Id confirmare videtur Strabo, dum Pythonem hominem colluuione omnium vitiorum contaminatum prædicat. Sunt etiam, qui scribant, ex Cælio, fuisse hominem nomine Pythonem, & cognomento Draconem, qui dum sagittis debellaretur, Apollinem, vel Latonam proclamasse fertur: ἰὴ παιὰν, nimirum inamitte feriendo. Hinc inoleuit consuetudo apud homines, vt aciem conserturi, Pæanis celebrationem clamitarent.

Lib. 8. Vir Python cognomento Draco.

Itaque Apollinem, & Dianam (referente Pausania) cæso Pythone, vt se expiarent, Aegialem venisse, sed quodam correptos timore in Cretam ad Carmanorem diuertisse tradunt. Cæterùm Cleombrotus (vt annotat Plutarchus de Oraculorum defectu) quæ audierat ab extraneo quodam Philosopho ad litus rubri maris habitante narrans, inter cætera, retulit, Philosophum illum nouisse etiam, quæ de Dracone Pythio circumferebantur, atq; dixisse eum, qui Draconem Pythium occiderat, non tantùm per decennij spatiũ exulasse, sed etiam Tempe fugisse. Vnde tandem post nouem annũ magni reuolutiones, expiatus rediens Oraculum Delphicum recuperauit, quod Themidis custodiæ interim commissum fuerat.

Relatio philoſophi cuiuſdam de Pythone.

ADA-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

ADAGIA.

AT omnibus huius historiæ rubricis satisfaciamus, non sunt postponenda, quæ ad Prouerbiorum doctrinam attinent. Hæc autem quamuis sint pauca: nihilominus in gratiam legentium euulganda sunt. Inter hæc prima fronte hoc legitur. *Post Pythia venisti.* Proferturq; in illos, qui egregio negocio non interfuerunt: cum re iam peracta, accesserint. Sequitur aliud. *In Templa Pythij cacare.* diuulgatur hoc adagium de illo, qui rem nefariam, & periculosam subit: quandoquidem Pisistratus Tyrannus, ædificato Pythij Apollinis templo, inscripserat, ne quis ibi ventrem exoneraret; immò quemdam comprehensum aduenam, vltimo vitæ supplicio affecit. Accedit aliud. *Iterum, atq; iterum ad Pythum via.* Pronunciarum fuit de illis, qui de eadem re sæpius percontantes, molesti sunt. Id itinerantes, viæ ignari præstare solent, dum quemcumq; B obuium de via interrogant. Pythus enim erat ciuitas Apollini sacrata, quam in dies pleriq; visitabant.

Post Pythia venisti.

In templo Pythij cacare.

Deniq; profertur aliud, *Pythia, & Delia*, cuius adagij rationem hanc affert Suidas. Inquit enim Polycratem Sami Tyrannum, cum Pythia, & Delia simul feciſſet, Delum misisse percontatum, an præfinito tempore afferret; cui Pythia Apollinis Sacerdotissa respondisse fertur. Hæc tibi, & Pythia sunt, & Delia; innuens esse vltima, quoniam Tyrannus paulò post obijt. Erasmus verò aliter exponit huius prouerbij rationem, scribit enim hoc adagium vsurpari, quando supremum aliquod opus denotatur, quasi dicatur, hæc est summa omnium, quæ aliquis viuens est gesturus. Citatur adagium ex Menandro, & natum traditur ab oraculo quodam reddito Polycrati Samiorum Tyranno. Is enim cum Rheneam insulam cepisset, illamq; institutis pulcherrimis ludis, Apollini consacrasset, Delphos misit consulturos, vtrum oporteret huiusmodi ludos Pythios an Delios nuncupare. At oraculum respondisse traditur. *ταῦτα πάντα καὶ πύθια, καὶ δήλια.* significans futurum, vt propediem Tyrannus è vita decederet; idq; euenisse narrant: quamobrem res in prouerbium versa dicitur.

Pythia, & Delia.

Aliaratio Adagij.

C

MORALIA.

VARIÆ Pythonis proprietates, diuersas quoq; morali doctrinæ suppeditarunt ansas discurrendi. Quandoquidem Pythonis corium multis tumidum eminentijs, Auarum superfluis redundantem diuitijs repræsentat, in quibus adeò inuoluitur, vt difficillimè ab illis se extricare possit. Cum aliquando tam mira diuitiarum fames vexet hominem, vt occultatos in remotissimis cryptis thesauros, nec etiam proprijs filijs reuelet, qui postea ad inopiam remis velisq; properare coguntur. Audiamus Plautum in Prologo Aululariæ sic loquentem.

Maxima Auari sitis demonstratur.

Sed mihi auus huius obsecrans concredit.
Auri thesaurum clam omnes, in medio loco
Defodit, venerans me, vt id seruarem sibi.
Is quoniam moritur, ita auido ingenio fuit,
D *Nunquam indicare id filio voluit suo:*
Inopemq; optauit potius eum relinquere,
Quàm eum thesaurum commonstraret filio.

Quamobrem Auari iure optimo poterunt apibus comparari, quæ sæpè sæpius non sibi, sed fucis fauos congerunt. Audiamus Lucianum in Diute sic loquentem.

Dives auarus assimilatur Api.

Nobilis est animi thesaurus, nobilis ille
Postrema quisquis parte locabit opes.
Dives erit verè, qui fidos inter amicos
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quisquis defraudat, opesq; tenacem

Con-

www.libtool.com.cn

Congerit in testam quo numerare queat,
Qualis apes, frustra studio complebit auaro
Vascula, mox fuco diripiente fauos.

Python, ad mentem nonnullorum, tam rigidum dicebatur habere collum, vt illud curuare non posset, nisi totum simul corpus flecteret. Talis Python est ille, qui Phaetonte, & Icaro euasit superbior; quoniam collum demissionis animi nequit flectere, nisi vnà totum etiam corpus interitu curuetur: quandoquidem superbiam omnium criminum caput esse certò scimus, quo dissipato, & debellato, cætera etiam crimina facilè expugnantur: veluti infrascripta docent carmina.

Superbiæ vitium.

Criminis est omnis caput, & certissima radix
Fastus: eo victo, crimina cuncta ruunt.
Per fastum primos Paradisi sede parentes
Depulit astuta perfidus arte Satan.
Ergo palestinas acies si frangere cura est,
Immani Goliath fac cadat ense caput;
Namq; inimica phalanx, Duce cæso, protinus arma
Abiycit, & celeri tendit abire fuga.
Iungere si tantùm fastus virtutibus audes,
Cætera cum fugiant crimina cuncta procul.
Scilicet vt fructum penitus corrumpat earum,
Non secus, ac Cereris munus auena solet.
Quam verè scriptura canit, non deniq; quemquam
Orairi, cum iam culmina summa tenet.
Quandoquidem cum quis vitiorum cætera fregit
Agmina, cum fastus prælia dira mouet.

Amplius Python, quamuis esset bestia, humanam reddere vocem ferebatur. Modò Python potest nuncupari homo in libidinem procliuis, qui licèt humanam edat vocem, nimirum rationis sit particeps; nihilominus brutorum more viuit, dum à rei venereæ proluuia non potest abduci: reluctatur enim sententia Apostoli ad Romanos. *Curam carnis ne feceris in desiderijs*. Item Python humana voce in dandis responsis vtebatur: similiter publicum scortum Pythonis nomen sibi comparauit, dum perhumanis, blandis, & mellifluis vocibus iuuenes attrahit, & allectos, quoad gratiam, famam, subitanariam, & virtutem, deuorat: iuxta illud Prouerbiorum. *Fauus distillans labia meretricis, nouissima autem eius amara velut absynthium*. Hinc discant iuuenes, postposita inhonesta, & perniciosa voluptate, cunctarum splendorem, & ornamentum virtutum adipisci; Iuxta illud.

Homo luxuriosus Python dicitur.
Cap. 3. Prouerb. 5.

Frangitur hîc puro dictamine blanda voluptas,
Et spurcæ Veneris marcida castra iacent.
Sed virtus niueo victricia tela triumpho
Suspendit cælo, seq;, suosq; beat.
Hanc amet imberbis iuuenis, vitæq; magistram
Ducat, & æterno munere formet opus.
Illecebras fugiat, quas spondet vana libido,
Hæc animos frangit, pectora casta terit.
Fœdat & ingenij cultus, sensusq; pudicos
Destruit, & semper blanda venena vomit.
O iuuenes spectate probè, quid candida virtus
Possit, quid noceat luxuriosa Venus.

Rursus homines, qui effusissimis habenis alienam inuadunt famam, Pythoni assimilandi sunt: nam ille vocem humanam æmulabatur, isti dulcisonis verbis coram hominibus loquuntur, quorum absentium honorem mordicus lacessunt. In eadem nauiversantur Vsurarij, qui, more Pythonis, sermone suauiloquo aliquibus blandiuntur, vt nefarijs contractibus aliquid ab eis eripere possint.

Detractores. Vsurarij.

In Ethnicorum etiam scriptis habita est illustris memoria, quòd Python aliquando nonnullorum audaciam militum oraculi magno impetu aggredientium compescuit, dum repentè montis partem in illos præcipitauit. Id autem in morali doctrina significat

www.libtool.com.cn

A ficat nefas planè esse omnipotenti: Deo quicquam honoris denegari: nam Deus postmodum tarditatem supplicij gravitate pœnæ compensat. De his igitur diuina aspernantibus hæc habentur. *Deo maximus super honos habendus est.*

Quis tolerare queat fatuos, qui sæpè Tonantem
Contemnunt verbis, & certant murmure contra
Noctes, atq; dies patris mandata superni
Confundunt linguæ petulantia, verbaq; promunt;
Tanquam de nostri generis sit femine natus,
Aequalis nobis, nec sit mensuenda potestas
Iudicij superum, nec præsens pœna nocentum.
Mox Deus ad pœnas cum te non trudit amaras,
Ignouisse putas, quia cum tonat, ocius ilex
Fulmine discutitur rapido, quàm tuq; dum vsq;
O malè fidentes: vitam sic ferre nocentem
Quid iuuat vsq; adeo? Deus est super omnia iustus
B *Cuncta videt, contundit enim sua luminæ nullus.*
Non ne putas vitæ metam durare perennem,
Vt sint ad veniam tibi tempora longa precandæ.
O fatue, enormis nolo considere rebus
Pestiferis, omnes horrenda morte peribunt.
Te peccare finit, siquidem diuina potestas
Temporis in spatio parcit quandoq; nocenti:
Sed grauius tandem tormentum rector Olympo
Intungit, torquetq; magis delicta nocentum.
O malè prudentes, quorum sic corda tenebris
Obfuscata iacent, nequeant vt credere recte,
Et curare Deum, quo sunt elementa creata;
A quo processit nitidus Sol, lucida Phœbe,
Qui statuit lucem, & noctes, & tempora cuncta.
In cuius manibus spatium dependet vtrumq;,
C *Et vitæ, mortisq; gradus, Deus omnia nouit.*
Quem peccasse pudet, cui tedia vita probrosa
Efficit, & curat cursum emendare priorem.
Hic speret veniam factis, pacemq; benignam.
Nam Deus omnipotens lugentem exaudiet ipsum.

Postremò Python humanam reddens vocem ad Diabolum comparandus est, qui tentamenta, voce humana, hominibus suggerit, vt eos de statu gratiæ in amæniſſimum criminum campum deducat. *Diabolus dicitur Python.*

SIMVLACRA.

IQVIDO constat, ex Volaterrani scriptis, Epirotas Apollinem, & eius simulacrum mirandum in modum venerari: in cuius templo Draconem singularibus quibusdam afficiunt honoribus, in monumentum Pythonis, à quo se prognatos esse promulgarunt. Aelianus autem scriptis mandauit, non ipsos Epirotas, sed Dracones, quos Apollini sacratos prædicabant, ab ipso Pythone Delphico esse natos. Plinius meminit statuæ Apollinis Citharedi, nec non Draconis Pythij, quæ manu Leontij insignis statuarij cælata fuit. D *Epirotæ Pythonem venerantur.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

DE HYDRA. Cap. IV.

ÆQVIVOCA.

Ordinis ratio.

PRODITVM est in capite antecedenti naturam illorum Draconum prius esse euulgandam, qui notiores, & Serpentibus magis conformes esse videntur, de quibus hactenus egimus. Modò ad Dracones duobus incedentes pedibus, & reliquo corpore serpentes ponderandos accedemus. Inter hos autem prima facie homines Hydram admirantur: propterea illius historiam hoc in loco exarare, nostra intererit.

Hydra est nomen ambiguum.

Cum autem hoc nomen (Hydra) ambiguitatis notam non effugiat. Scire oportet Hydram quandoq; sumi pro Hydro fœmina, vel Chersydro; quemadmodum in capite de Hydro enucleauimus. Namq; Hydra hoc in loco tanquam Fera septiceps fabulosa vsurpatur.

Hydra nomen multorum locorum.

Alioquin, authore Strabone, Hydra est Promontorium Aeolidis inter vrbes Myrinam, & Phocæam situm. Immò Hydra fuit oppidum Aetoliæ, quod postea Lysimachiam appellarunt. Item insula Dolopum vocatur Hydra; nec non insula iuxta Carthaginem, vt ex sententia Ephori, Stephanus tradidit. Demum secundùm aliquos Hydra cæleste sydus esse perhibetur. Cæterùm est notandum, quòd Proclus hanc constellationem non Hydram, sed Hydrum nuncupauit, quem Corius aquarum ab Apolline missus causam tantæ moræ esse retulit; quemadmodum in capite de Hydro recitauimus. Est quidem fabulis Poetarum consonum, Cancrum duodecim Zodiaci signa complentem fuisse illum, qui Hydram aduersus Herculem tutatus est: hac de causa à Iunone inter sydera collocatus est.

SYNONYMA, ET ETYMVM.

HYDRA Græcis ὕδρα apud Lexicographos legitur, quæ idem significat, quòd ὕδρος; est enim Serpens in aquis viuens: quamuis plerumq; pro angue ab Hercule interfecto sumatur: qui, cum in lacu Lerneo stabularetur, ἀπὸ τῦ ὕδατος, nimirum ab aqua nomen sortitus est: etenim ὕδωρ aquam significat. Virgilius hunc Draconem belluam Lernæ cognominauit, nimirum à loco, in quo ab Hercule interfecta fuisse dicebatur.

L. 6. Æneid.

Et centumgeminus Briareus, ac Bellua Lernæ.

Hac de re multis alijs authoribus hæc Fera, serpens Lernæa nominatur, iuxta illud.

Talis in Alcidem Serpens Lernæa venenum
Excijt.

L. 12. Orig. Ab Isidoro hæc bellua monstrifica, Excetra vocatur, alijs Excetra, quoniam, vno cæso capite, duo, vel tria excrescerent. Vsus est hoc nomine Plautus in Perseo, vbi sic loquitur. *Cum Excetra, cum Anteo delucti ari mauelim, quàm cum Amore.* Deniq; Euripides in Hercule furente hanc Hydram ὄφιν nominauit.

FORMA, ET DESCRIPTIO.

Hydra crista tus Serpens secundum aliquos.

HERODOTVS Hydram comparans ad Dracones alatos Arabiæ, eos figura Hydrarum esse pronunciabat: quare tunc author Hydrorum, fortè aspectum respiciebat; & eò magis in hanc venimus sententiam, quoniam Pausanias hanc belluam magnitudine tantùm, alios Hydros excellere voluit. Cæterùm Author Culicis poematis Virgilio adscripti Hydram Serpentem cristatum appellat his versibus.

Nam

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A *Nam solitum voluens ad tempus tractibus Hydra*
Immanis vario maculatus corpore Serpens,
Mersus vt in limo, magno sub Syderis æstu,
Obuia vibranti carpens grauis aerea lingua,
Squamosos latè torquebat montibus Orbes,
Pallebant auræ liuentis ad omnia visus.
Iam magis, atq; magis corpus reuolubile voluens
Attollit nitidis pectus fulgoribus, & fert
Sublimi ceruice caput, cui crista supernè
Edita purpureo lucens maculatur amictu,
Aspectuq; micant flammantia lumina toruo.

Varij præterea authores scripserunt Hydræ multa inesse capita: illud tamen veritati cõsonum esse videtur, ad mentem Pausaniæ, nimirũ Hydram fuisse bestiam vno tantùm capite præditam. Quamuis postea Pisander Camirceus (referente Cælio) vt res mirabilior videretur, ei plura capita attribuerit. Verùm si daretur hæc bestia polycephalos, planè monstrifica, & fabulosa foret. At sententiæ Pisandri multi adhærentes in prædictum inciderunt errorem. Varinus enim non solum Hydram multorum capitum, sed etiam facies variorum Serpentum retinentem constituit. Hinc Baptista Mantuanus canit. *Hydra quot habuerit capita.*

B

Hydra ferens longis septem ceruicibus ora.

Immò deinceps non modò septem, sed nouem quoq; & plures etiam facies ei assignarunt. Alcæus ἐννεακέφαλον, nempe nouem capitũ Hydram appellat, & Simonides πεντηκοντακέφαλον, nempe quinquaginta capitum. Hunc authorem postea imitatus Virgilius sic cecinit. *Hydra pluriũ capitũ.*

Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra.

Aduertendum autem est, quod isti authores, more poetico, vti sunt numero multitudinem indicante; quandoquidem numerus nouenarius, & quinquagenarius sunt ex illis, quos poetæ pro numero multitudinis vsurpant. Virgilius enim alicubi, ad plures famulas denotandas quinquaginta nominauit. Nihilominus Hydram vt plurimum septicipitem describunt: sed quia poetæ veritatis parùm amici fuut, putat Erythræus

C hoc esse tam verum, quàm verum est Castorem, & Pollucem, ex ouo esse natos, Plutonem in Tartareis regnare Regionibus, & homines armatos ex satis Draconum dentibus prosiliisse: hoc autem dixisse voluit, vt rerum naturalium imperitos moneret, ne Hydram septem ceruicibus integratam, & à Circumforaneis fictam horrerẽt, quasi naturam, tam terrifica producentem monstra accusantes. *Hydra multorum capitum fabulosa.*

Visa est icon septicipitis Hydræ in pagina quadam impressa, cum hac inscriptione. Anno Domini trigesimo supra sesquimillesimum, Mense Ianuario, monstrosus Draco septiceps ex Turcica Regione ad Venetos perlatus, deinde Francorum Regi dono datus est. Immò quidam oculatus testis similem Draconem Venetijs in thesauro Principum, incredibili ferèpretio, ob raritatem redemptum, & seruatum vidisse Gesnero retulit, qui hunc verum fuisse Draconem sibi nunquam persuadere potuit. Vidimus, & nos nonnullis ab hinc annis quandam Hydram Venetijs septicipitem, bipedem, sex vnguibus armatam, & squamosam: sed illa capita, mirabili quadam industria, circa latitudinem corporis erant coniuncta: corpus enim valdè latum erat, in cuius latitudine Circumforanei, asserta Poetarum imitantes, eleganti artificio, multa capita

D concinnant. *Icon hydræ Venetijs visa.*

Hanc sententiam stabilire videtur Cardanus, dum tradit quosdam nostræ ætatis ausos esse Draconem ostentare duobus pedibus, & septem capitibus integratum, qualis in Apocalypsi legitur. Medium igitur caput longius, & crassius, reliquis breuioribus, & æqualiter inter se distantibus, constituerunt: capita videbantur Viperarum, oculis post aures, hiatu maximo, dentibus caninis, gracilioribus tamen, & anterioribus exiguis, lingua lata, capite humano, pelle durissima continua, cum subditis cartilagineis, vt in Sturione. Maculosa colla, inter se distincta, à corpore prodibant. Cauda erat dimidio longior toto corpore, serpentum caudæ similis, pedibus paruis vnguibus munitis. Moles corporea erat instar cuniculi, colore sub ventre candido, circa dorsum flauo, seu viridi diluto; hosq; Dracones vtriusq; sexus viuos inuentos esse affirmabant. *Li. 9. de rerum subtil.* *Hydræ fabulosæ vera descriptio.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Hydra ſepticeps Geſ. ſummo artificio efficta, & in Theſauro Veneto ſeruata.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Hydra ſepticeps Equitis de Corneto aſſectatoris olim Sereniſs. Ducis Ferrariæ.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Verùm Cardanus commentitios eſſe arbitratus eſt, & præcipuè cum doctiſſimus, & E
fide dignus vir Ioannes Meona Piſanus hoc eſſe fictitium opus teſtificatus fuerit. Etenim is dum eſſet à ſecretis Don Ferrandi Gonzaghæ Mantuæ hoc monſtrum diſſecans fictitium eſſe comperit. Quapropter ſe ignorare fatetur Cardanus, an maius miraculum Naturæ genitricis, an artis fictricis celebrare debeat. Nos quoq; cum variæ huius Hydræ aſſignentur deſcriptiones, & diuerſæ, etiam mõſtrentur icones, animal prorſus commentitium, & fictitium eſſe arbitramur: quemadmodum lector in ſequentibus icõnibus contemplari poterit.

VENENVM HYDRÆ QVALE.

Quis hydrã extinxerit.

HYDRAM fuiſſe animal ſolo aſſatu homines necans multi tradiderunt, quam tandem Hercules, monente Minerua, penitùs extinxiſſe dicitur. At moribus huius belluæ Herculem valdè afflictatum fuiſſe ferũt; dum recĩſo vno capite, multa renaſcerentur; quod innuebat Horatius in F
Odis, canens.

Nam Hydra ſciſſo corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem.

Cæterùm fe'le ſuperati Draconis ſagittas ab Hercule fuiſſe imbutas aſſeuerant; vt feriendo, & venenando, neceſſariam vulneratis mortem afferret. Idcirco Aelianus ſcriptum reliquit, quod veluti veſpæ in viperam mortuam aduolantes veneno aculeum inficiunt; aſſimiliter Hercules ſagittarum ſpicula huius animantis felle tinxit: cum hoc venenum ἀνίατον, nempe immedicabile cognouerit. Itaq; Hercules, cum Deianira vxore, ad quemdam Aetoliæ fluuium perueniens, eam Centauro ibi ſtabulanti, tranſuehendam commiſit, cum ipſe primùm intrepidus tranaſſet: at ex altera amnis ripa animaduertens Centaurum nouam nuptam vitiare volentem, iaculis huiuſmodi toxico madidis vulnerauit. Hic igitur, intellecta necis hora, vt hoſtem vleiſceretur, Deianiræ propriam veſtem ſanguine inquinatam dono dedit, eiq; talem vim amatoriam ineſſe aſſeuerauit, vt maritus illa induens nunquam alterius mulieris amore corriperetur. Cum igitur Deianira amorem Ioles in Herculem ſuſpicaretur, eum tali veſte ſacrificaturum amiciuit, qui confeſtim vehementi correptus furore inſaniuit. Pauſanias verò retulit Centaurum ſaucium in flumine à Lapitha Arcadiæ monte deſcendente, vulnus lauiſſe, cuius aqua deinceps, ob prauam veneni qualitatem, tetrum odorem contraxit.

Fel hydræ eſt venenũ immedicabile.

Centaurus fele hydræ extinctus.

G

An verò illud veneni genus, quod toxicum ab Antiquis fuit cognominatum, venenum huius animalis fuerit, an verò aliud virus compoſitũ, inueſtigare oportet. Quamquam ad noſtra vſq; tempora illius cognitionem penetraſſe minimè opinamur. Dioſcorides quidem, Galenus, & Auicennas, nec non quamplurimi alij authores, toxici meminerunt, ſed poſtea illud non deſcribentes, veram eius hiſtoriam non aſſignarunt. Dioſcorides recitat ſolùm illa, quæ Nicander de toxico typis mandauit. Galenus toxicum tantummodò venenum eſſe pronunciauit, Auicennas autem multò plura, ſed valdè ambigua tradidit. Hinc Manardus Medicus Ferrarienſis verbis Auicennæ deceptus, Napellum Arabum toxicum, Priſcorum fuiſſe exiſtimauit. Id autem à veritate alienum eſſe arbitramur; propterea quòd napellus, neq; furorem, neq; rabiem in patientibus generat, quæ ſymptomata toxicum, ad Nicandri mentem, producere ſolet.

Toxicũ Priſcorũ, quod genus veneni.

Napellus.

Plinius autem inter alios authores, metam attigiſſe putauit, dum toxicum, iuxta H
ſententiam nonnullorum, venenum ex taxo arbore ſumptum, indeq; toxicum, quaſi taxicum nuncupari promulgauit. Hoc igitur in doctrina Nicandri valdè abſurdum eſſe atteſtamur, quoniam Nicander primùm de toxico, deinde de taxo, etiam arbore verba fecit: quamobrem ſi apud ipſum, hæc duo in vnum coinciderent, proculdubiò de vtroq; ſeorſim non egiſſet. Expoſitores Nicandri hoc nomen toxici inde dimanaſſe affirmant; quoniam Hercules ſagittis Græcæ τόξου Hydram confecerit, quæ deinceps ſanguine huius animantis madefactæ toxico nomen feciſſe traduntur.

Opinio Plinij circa toxicum.

Toxici Etymum.

Cæterùm toxicum, quid compoſitum, non autem ſimplex venenum fuiſſe multi autumant; primò quoniam in libro Admirabilium Ariſtoteli adſcripto legitur, quòd venenum,

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A nenum, Gallis nuncupatum toxicum, ita paratur, vt animantibus vulneratis velocem afferat interitum. Ideoq; venatores, quando sagitta hoc lethifero madefacta liquore, ceruum sauciauerint, illicò accurrentes carnem vulneris resecant, ne, cibi gratia, reliquæ animalis partes veneno afficiantur. Huius autem veneni folium roboris, vel aliud folium ceruarium appellatum, singulare præsidium esse prædicant; cum ceruos hoc veneno vexatos illud vtiliter deguitasse obseruauerint.

Alij in hanc venerunt sententiam, toxicum nil aliud esse, nisi venenum Scythicum, in quo illi populi sagittas intingunt, quod ex tabe viperarum, & humano sanguine putrefacto parant; quemadmodum in capite de viperis retulimus. Neq; hoc verum toxicū Antiquorū esse arbitramur: propterea quòd nō talem necis vim hunc inesse, qualem toxico Veterum existimamus; etenim toxicum pernicioſiſſimum prædicat Nicander in Theriacis his versibus in latinum sermonem translatis. *Venenum Scythicum quale.*

Illo Gerrheas Euphratis ad arua colonos
Humanam in eadem sua tingere spicula dicunt.
Sic quia tincta ferunt hac immedicabile uulnus,
B *Quòd nigram fouet hinc carnem, sub ea acre venenum*
Putrescit, fœdoq; cutis sudore fatiscit.

Hinc cæteri poetæ, ob exploratas toxici vires, dum excellentiſſimum venenum mentibus legentium inſinuare vellent, toxicum nominabant. Audiamus Ouidium sic canentem. *L. 2. Amor. Eleg. 3.*

Non scelus aggredimur, non admiscenda coimus
Toxica, non stricto fulminat ense manus.

Quocirca satius erit Gorræi opinionem sectari, qui in natura, & descriptione, tam potentis, & pestiferi veneni inuestiganda, nondùm laborandum esse censuit; immò addit omnem diligentiam potius esse adhibendam, vt illam inuentam amittamus.

SIGNA TOXICI.

C HOC venenum, ab effectu, naturam eorum participare cognoscitur, quæ tota substantia humanæ vitæ insidiantur. Deinde, præter hanc maleficam vim, talem caliditatem. & siccitatem possidere videtur, vt lingua patientis insigni correpta inflammatione, necessario intumescat. Idcircò Dioscorides, propter enarratas causas, in hoc casu, non solum linguam, sed etiam labia tumefieri tradidit. Insuper oritur tussis sicca; itaut ægrotantes frequenter tussientes nihil reijciant; amplius, propter latentem veneni facultatem, occulta quædam putredo inflammationem concomitatur: hinc gingiuæ, & humores corporis humani admirandam incurrunt corruptionem, à quibus postea vapores maligni sursùm elati, tremorem cordis, phrenitidem, & incompositum quendam oculorum motum generant: spiritus quoq; inordinatè moti, & vehementer agitati spumam extra os trudunt; *Lingua & labia tumefiunt. Corruptio admiranda in corpore.*

Item, Nicandro teste, clamores quidam, & vlulatus audiuntur non absimiles illis, quos homo, aduersus semetipsum conspicatus vibratum ensem, emittit. Denuò Nicander has vociferationes comparat ad illas, quas Phæa Sacerdos, in sacrificijs, nono cuiuscumq; mensis die, edebat. Etenim inter alias ceremonias, per montem vociferans D errabat, veluti ia institutione horum sacrificiorum sanctum fuit. *Vociferatio patientis.*

Deniq; tanta est huius veneni malitia, vt difficillimū sit quemquam toxico affectum euadere. Verùm si contingat (licèt rarò) hoc infortunium à quopiam euitari, vt plurimùm insignis virium imbecillitas, per longum temporis spatium opprimit patientem; quoniam vapores venefici cerebrum petentes, non modò vertiginem, delirium, & alia huius generis symptomata producunt, verùm quoq; omnes neruos mirandum in modum labefactant.

Postremò in parte saucia à iaculis toxico infectis, observatur liuor maximam arguens: corruptionem, & cutis ita exsiccatur, vt instar corij flāmæ admoti, facilè dirumpatur. Hoc autem symptoma mirum veneni calorem, & siccitatem præ se fert. Sed hęc omnia Nicander in Theriacis eleganter explicauit his versibus. *Symptoma arguēs magnum calorem.*

Pol-

www.libtool.com.cn

Pellere nunc etiam perimentia toxica diſce,
Quando ſuis hominem miſerè cruciatibus angunt,
Craſſa ſit illius iuxta imum lingua receſſum,
Turgida labra calent, mox arida ſputa ſequuntur,
Atq; recedentes inferna parte dehiſcunt.
Gingiuæ, èq; ſua luxæ ſtatione mouentur;
Cor ſtupet, omnis abit ſenſus, turbataq; mens eſt.
Hunc rabida innumeras edit veſania nugas,
Clamoſoq; dolens homo vociferatur hiatu,
Secta velut trunco vellatur corpore ceruix.
Non ſecus, ac magnæ matris furioſa ſacerdos
Noua ſacrificans menſis per compita luce,
Longum terribili circumſonat ore boatum,
Quem propè percipiens per montem turba tremiſcit.
Non aliter rabido miſer eiulat ille furore,
Et trucium fugiens vlulat de more luporum,
Obliquiſq; ferus, ceu taurus, atrociter hirquis
Proſpicit, & nudo fremebundus dente renidet.

TOXICI MEDELA.

Collocatiõ remiſsum Toxici.

AVTHORES græci ſcriptis mandarunt Herculem veneno Hydræ infectum ab oraculo accepiſſe ſe aliter liberari non poſſe, niſi ad flumen, eam eradicaret herbam, cuius radix colocaſſion, & caulis ciborium nuncupatur. Ideo Hercules, cum illam circa ripas Beli amnis comperiſſet, confeſtim à tali toxico liber euaſit. Præterea panax aſclepium contra omnes ſerpentum ictus, & potiſſimum ad morſum Hydræ commendatur: quãdoquidem Aeſculapium circa ripas Melani fluuij, hanc euulſiſſe herbam ferunt, qua Iolaum Iphicli filium ab Hydra percuſſum ſanauit; vt Nicander in Theriacis cecinit, vbi de remedijs in genere ad venena attinentibus pertra ctauit.

Quin Phlegyeum, etiam panaces cape, clara quod olim
Phœbi progenies ad cærula flumina carpſit,
Præluſtri ex Iphicle fatum curans Iolaum,
Herculei quando comes, adiutorq; laboris
Lernæam domuit victoribus ignibus Hydram.

Itaq; expugnatio huius veneni in recta remediorum adminiſtratione conſiſtit: quandoquidem æger primùm vinculis coercendus eſt; alio quin, ob alienationem mentis, præceptis medicis non obtemperaret. Deinde vomitus digito, vel penna eſt prouocandus; aut oleo roſaceo, vel ſuino in fauces inſtillato, vel potius iuſculo anſerino, aut decoctione ex rapis parata. Præterea clyſteres non ſunt omittendi, vt, ſi materia venefica ad inteſtina deſcenderit, facile eliciatur. His peractis ad peculiaria præſidia properandum eſt, quæ frigida, & humida eſſe debent, vt caliditati, & ſiccitati toxici reluctentur.

Præſidia aduerſus toxicũqualia.

In horum præſidiorum numero, tàm ſatiua, quàm ſylueſtria pomorum omnium genera collocantur, Immò eorum etiam folia, & rami in aqua decoquuntur, vt talis decoctio ægrotantibus propinetur. Cæterùm inter hæc mirandam videtur habere præ-
rogatiuam decoctio, & caro cydoniorum, quæ non modò propria temperatura huic veneno reſiſtunt, verùm quoq; ventriculum, in hoc affectu valdè labefactatum, mirificè roborant; audiamus Nicandrum hæc præſidia in Theriacis ſigillatim enumerantem, hunc in modum.

Cydonia in hoc caſu eõ mendãtur.

Hunc benè complicitis deinctum nexibus ambi,
Infuſoq; ſtatim thoracem prolue vino,
Atq; vel inuitum ſatia, manſuetaq; verba
Da furienti homini, ac inſerto ſtipite frendens
Fortiter os aperi, vt dirum mox euomat hauſtum,

Velut

www.libtool.com.cn

Vel tu pascentis tenerum anseris accipe pullum,
Et coque, & austeræ, cui montes patria, pomi
Syluestrem (fuerit mundus tamen à cute) librum,
Vel cape plantatos nascentia mala per hortos,
Ludicra quæ pueris fert æstas ætna puellis.
Aut etiam grauida struthia ex arbore carpe.
Atq; adstringenti laudata cydonia succo,
Quæ rigua dulces produxit Cretæ recessu,
Atq; hæc tusa probè salsa pelue lympha;
Mixtaq; pulegij ramis simul omnia tunde.
Præterea sumpta redolentis parte rosacei
In bibula instillans os, vt bibat, illine lana.
Hunc etiam præstans valet iridis unguen ad vsum.
Sic agrè, & multo tandem post longa labore
Tempora, vix tremulis languens incessibus ibit;
Attonitumq; geret non recto limite visum.

B Quamuis Nicander misturam ex seminibus cytoniorum, & pulegio trito paratam in hac affectione summoperè celebrauerit: nihilominus Dioscorides quibusdam alijs remedijs vtitur, veluti sanguine hircino, & aliorum quorumdam animantium, qui cæca quadam suæ naturæ contrarietate hoc virus accere possiunt. Præterquamquòd huic spectant illa medicamina, quæ ad ictus cuiuscunq; pestiferi anguis in primo libro fuerunt examinata. Libuit autem hoc in loco toxici, licèt veneni incogniti, medelam assignare, tum quia Nicander huius meminit, tùm etiam quia hæc alijs venenis simili qualitate præditis facillimè accommodari possunt. *Remedia Dioscorid. aduersus Toxicum.*

LOCVS.

C BELLVAM hanc septicipitem apud Inferos stabulari Poetæ finxeruat. Ideo Virgilius interiorem Infernorum partem describens, in qua varia versari monstra retulit, Hydræ quoq; meminit his versibus. *Lib. Aeneid.*

Multaq; præterea variarum monstra Ferarum,
Centauri in foribus stabulant, scyllæq; biformes,
Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ
Horrendum stridens, flammisq; armata Chimæra
Gorgones, Harpyiæq; &c.

Et paulò inferius eundem etiam locum assignat Hydræ dum canit.

Panduntur portæ, cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat? facies, quæ limina seruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra
Saeuior intus habet sedem.

Vnde postea Sanazarius Virgilium imitatus in suo opere de partu Virginis sic cecinit. *Lib. 11. de partu Virg.*

Tam varia pestes, & monstra horrentia Ditis
Ima petant: trepident Briareia turba Cerastæ,
Semiferumq; genus Centauri, & Gorgones atræ,
Scyllæq; Sphingesq; ardentiaq; ora Chimæræ,
D *Atq; Hydra, atq; canes, & terribiles Harpyæ.*

Pausanias tamen, in Corynthiacis ad calcem, tradidit iuxta Amymonem fontem, amplam, densisq; comis Platanum excreuisse, sub qua Hydram aleam fuisse perhibent. Communis tamen authorum opinio est locum natalem huius Feræ Lernam lacum fuisse Argiuis, & Mycenæis conterminum, ad quem omnia deportabantur purgamenta, ex quorum tandem corruptione talem Feram prosiliisse affirmant. *Locus natalis venus Hydræ.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

ORTVS, ET INTERITVS.

HESIODVS, in Theogonia, Hydram Echidnæ ex Typhone filiam, & à Iunone in odium Herculis nutritam fuisse promulgauit. Echidna enim, vt aliàs explicatum fuit, dimidia sui parte speciosam repræsentabat puellam, cum partes inferiores in horrificum Serpentem terminarent. Hæc igitur in vasta versans cauerna, crudaq; mandens, aliquando Typhoni permixta Hydram, & Cerberum peperit: reliqua

Synag. 5. apud Gyraldum legenda sunt. Ideirco ad rem, libro secundo Austriados, sic canitur.

Inarimem quondam sub terras tristis Echidna
Incoluit, nymphæ vultu, tenus inguine Serpens
Inferius, sæuo quæ mixta Typhaone natos
Horrendos peperit, custodem Cerberon Orci,
Cuius demorsos terret vox ærea manes
Lernæamq; Hydram, quam ferro, atq; ignibus hausit
Amphitryoniades cum belligero Iolao,

F

Quamuis Historiographi vnanimes diuulgauerint Hydram ex fordibus in Lernam lacum passim delatis, ibiq; putrefactis originem traxisse.

Hanc tandem immanem belluam omnia deuastantem, & perniciem hominibus, belluisq; afferentem ab Hercule interfectã fuisse volunt. Qua mobrem Martialis innuens Domitianum, sub Herculis nomine, ob stratam viam Apiam, cultum fuisse Hydræ ab

L. 9. Epigr. 104. Hercule superatæ, ex extinctæ meminit.

Fœcundam vetuit reparari moribus Hydram.

L. 14. Epigr. 177. Inferius quoq; ad mortem Hydræ alludens sic cecinit.

Elidit geminos infans, necrespicit angues.
Iam poterat teneras Hydra timere manus.

Cæterùm tam horrenda, immanis, & monstrifica fuit hæc bestia, vt à nemine, nisi ab

Hydræ interitus. Hercule superari, & debellari potuerit: quocirca eius cædes inter res præclarè gestas

G

ab Hercule locum habere meruerit: propterea Ausonius egregios Herculis labores recitans, necis Hydræ meminit sic canens.

Epigr. 139

Prima Cleonæi tolerata ærumna laboris,
Proxima Lernæam ferro, & face contudit Hydram.

Lib. 4. Eumdem sensum habemus in Epigrammatibus græcis, vbi leguntur hæc verba.

Πρῶτα μὲν ἐν Νεμέῃ βραχίονι καὶ κεφαλῇσι λέοντα.
Δεύτερον ἐν λέρνῃ πολυμήχανον ὤλεσεν ὕδρην.

Ideſt.

Primò quidem in Nemea fortem interfecit Leonem.
Secundo in Lerna multi ceruicem perdidit Hydram.

Nam cum Hydra (referente Seneca) regionem totam natalem deuastaret, ab Hercule primùm claua percussa fuit, deinde ob tetrum, quem spirabat odorem, sagittis eminus petita; postremò in soliris se condentem cauernis, congesta lignorum strue, Hercules penitus destruxit, & expugnauit.

Hydra claua percutitur.

H

PRÆSAGIA.

EVIDAM author innominatus Germanus agens de Hydra ex Turcica regione delata, cuius iconem exhibuimus, hæc verba protulit. Nemini dubium est, rerum mutationem monstris significari; sed Germania, vel christianus Orbis hodie tam grauibus afflictatur ærumnis, vtei, præter exitium, nihil grauius accidere queat. Ideo conijcio hæc monstra ad maiorem calamitatem non esse extimescenda; & præcipuè cum res Turcicæ ad summum potentiæ gradum, & felicitatis fastigium peruenerint: quamobrem huiusmodi monstra aliquid mali illi minari diuinarem, sub cuius Ditione

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A tione monstrum repertum, & obseruatum est, & potissimum cum capita huius monstri ab occipitio gestamen pilei turcici ostentaret.

Verùm hic Hariolus quisquis fuerit, primitùs inuestigare debebat: an monstrum, cuius icon exhibetur à natura productum, an verò ab arte fabricatum fuerit. Quandoquidem Gesnerus vnà cum Erythræo belluam hanc multicipitem planè commentum artis esse existimat. Aures enim, lingua, nasus, facies, toto genere à Serpentum, vel Draconum figura discrepant. Quocirca si author huius figmenti, rerum naturalium monstris etiam accidentium imperitus non fuisset, melius spectatoribus imponere potuisset. Sed etiamsi hanc monstrosam Feram à natura productam esse concedamus, cur potius Turcis, non autem nobis aliquod malum minabitur? Itane tam cæci erimus, vt culpam nostram non agnoscamus, & omne sinistrum omen in hostes Christifidelium reijciamus? *Hydra septiceps an sit ficticia.*

HISTORICA.

DE vera Hydræ historia, fidem veri adhuc pendere existimamus: propterea quod Historiographi sibi inuicem reclamare videntur. In primis Isidorus scriptum reliquit Hydram fuisse lacum copiam aquarum eructantem, & proximas vastantem ciuitates: siquidem ex multis meatibus aqua scaturiebat, immò obstructo vno scaturiginis orificio, aqua per plura alia foramina erumpebat. Alij paludem Lernæ frequenter exsiccari, denuoq; aquis repleri memorarunt: quare Hercules scaturiginum meatus diligenter rimatus, igne adhibito, intra proprias cauernas aquam cohibuit. Zenodotus diuulgauit locum quendam in Argolica regione fuisse, in quem omnia sordium genera promiscuè conijciebantur; quæ postea nebulas maleolentes, & pestiferas exhalare solebant, quas à loco humido dimanantes Hydras nuncupabant. At, huiusmodi loco ab Hercule exsiccato, Regio saluberrimum aerem deinceps adepta est. *L. 12. Orig.* *Palus Lernæ quomodo exsiccata fuerit.*

Multi asseuerarunt quoddam anguium genus, sub quo Hydra contineretur, adeò prolificum fuisse, vt, nisi igne eorum semina coercerentur, fœcunditati illorum nemo resistere posset: hinc factum volunt fabulæ locum, quòd extincto vno Hydræ capite plura renascerentur. Alij referunt Achelorum Fluuium Acarnaniam ab Aetolia segregantem solere interdum vtramq; regionem ita inundare, vt omnes agrorum limites confunderentur: quamobrem, consumptis aquis, sæpè sæpiùs Incolæ litibus premebantur. Hinc Hercules impetum amnis aggeribus compescens, & deinceps intra alueum fluere aquam cogens, omnes Incolarum lites temperauit: quæ de causa Hydram ab Hercule interfectam pronunciarunt. Hæc historia memoratur Libro nono Austriados hunc in modum. *Genus anguium valde prolificum.*

——— *& semper plagis viuacibus Hydram*
Ruptaq; deuictis Acheloia cornua ripis.

Hercules impetu amnis compescuit.

Lernæo Serpenti Hydræ nuncupato, dum ab Hercule expugnaretur, Cancrum auxiliarum fuisse produnt. At vicissim ab Hercule, Iolai implorata ope, bestia tandem debellata fuisse perhibetur. Palephatus verò id totum sic exarat. Primò Lernum Regem quendam constituit (habitabant olim homines in pagis, & circum; loco rex suus præerat) Sthenelaus igitur Persei filius, vt ipse refert, Mycenas amplissimum locum, D hominumq; frequentia nobilitatum occupabat. Huic Lernus Rex minimè subiacere volebat; hac de causa ambo inter se prælia bantur. Lernus in sua Ditione paruum oppidum Hydram nuncupatum à quinquaginta sagittarijs in quadam turri inclusis diligenter custoditum possidebat. Itaq; Hercules ad expugnandum hoc munitum oppidum missus à sagittiferis ignem, & iacula in hostes proijcientibus repulsus fuit: nam licèt eorum vnus interimeretur, confestim duo alij locum defuncti occupabant. Lernæus autem perpendens se viribus esse inferiorem, auxilium Cancri, seu Carcini cuiusdam strenui Ducis implorauit, qui accedens, iunctisq; copijs, in Herculem impetum fecisse traditur. Ex altera parte Iolaus Iphicli filius, atq; Herculis nepos, Thebanorum ducens exercitum Herculi auxilia tulit: quare Hercules, hoc opitulatu, Hydram oppidum expugnauit, diruit, & concremauit. *Historia hydræ oppidi ab Hercule expugnati.*

Alij

www.libtool.com.cn

Hydra Sophista fuit.

Alij crediderunt Hydram fuisse sophistam quemdam callidissimum, qui rationes ambiguas in medium semper afferebat, vt alios ab ipsa veritate depelleret, cuius vna confutata ratione, plures inde cauillationes oriebantur. Idcirco Hercules, igne, animum feruore iuuingenij, has omnes argutias diremit. Tandem multi voluerunt Hydram hoc modo ab Hercule necatam fuisse, dum animi sui, & continentiæ, ignita quadam face, renascentia identidem libidinum, & cæterorum vitiorum capita repressit, & penitus extinxerit.

EPITHETA.

MVLTA capita, quibus Hydram redundare monimentis mandauit Antiquitas, varijs epithetis cùm latinis, tùm græcis ansam præbuerunt. Latini hanc Feram fecundam, populosam, ramosam, rediuiuam, renascentem, multiplicem, & denique septemplicem indigitarunt. Baptista Mantuanus sic canebat.

Bellaq; & atroces iras septemplicis Hydræ.

Epitheta græca.

Itaq; Græcis, ob eamdem rationem, Hydra πολυάυχενος multas habens ceruices exponitur, cum αὐχὴν cervix reddatur. Item πολυκάρηνος multa habens capita. Immò quandoq; vocatur πολυδήρατος, quod epitheton monti multa cacumina habēti propriè conuenit. Rursùs, eadem de causa, ἑκατογκέφαλος, ideſt centum habens capita appellatur: immò μυριοκράλος, nempe infinitis redūdans capitibus, quod epitheton ab Euripide, in Hercule furente, vsurpatur.

Epitheta ratione loci.

Si meditemur huius beluæ locum, Græcis, λερναίη, & Latinis Lernæa cognominatur; quoniam in Lernæa palude stabulari diceretur. Apud Aratum nominatur αἰθὼν, fortassis propter colorem; cum hæc vox aliquando nigrum, & quandoq; rutilum colorem significet. Adi quin Claudianus virentem illam indigitat.

Lernæamq; virens obsederat Hydra paludem.

Epitheta à sæuitia petita.

Postremò, ratione sæuitiæ, ὀλοόφρων, dicitur Homero, quia perniciosæ mentis fuerit. Alijs αἰνόμορος, quoniam graui, & crudeli fato premeretur: vel, vt placuit Euripidi in Hercule furente, πολυφόνος, quoniam multas cædes perpetrauerit. Denique Latini immanem, nocentem, horrendam, tumentem, diram, improbam, superbam, ferocem, colubris vallatam, vel colubriferam Hydram indigitarunt.

PROVERBIA.

Adagia hydræ respicientia.

ADAGIA ad hunc spectantia locum, partim hoc animal, partim locum eius natalem, & Herculem Hydræ interfectorem respiciunt. Si contemplemur Feram, hoc adagium circumfertur apud Græcos. πολυκώπερος ὕδρας, ideſt, *magis varius, quàm Hydra.* profertur de hominibus dolosis: quandoquidem Hydra maculis versicoloribus distincta esse ferebatur. Huic affine est cognomentū Mnaseæ Colophonis Poetæ, qui Salpa cognominatus fuit: cum in carminibus conscribendis fuerit admodum varius. Salpa enim est piscis aureis, & rubentibus lineis à cervice ad caudam vsq; picturatus: quamuis aliter illaudati saporis esse feratur.

Salpa piscis.

Sequitur aliud adagium. ὕδραν τέμνεις, ideſt. *Hydram secas.* Suidas tradit hoc esse pronunciandum de illis rebus, quæ haudquaquam fieri possunt. Legitur quoq; hoc adagium apud Platonem libro quarto de Republica; & promulgari potest in illos, qui dum vnum incommodum auferre conantur, plura incurrunt: veluti vno Hydræ Lerneæ secto capite, plura renascebantur. Vsus est etiam Plutarchus hoc prouerbio, in commentarijs de fortuna Alexandri; quando aliquo terminato, & sopito bello, necnon composita pace, subinde alij, atq; alij popali aduersus ipsum belligerantes insurgebāt. Quapropter Cyneas quoq; cognita Romanorum multitudine, qui post acceptam aliquam cladem, copias denuò, & confestim instaurabant, hæc verba protulisse dicitur. *Pyrrhum sibi videri aduersus Lernæam bellare Hydram;* hoc adagium optimè in litigatores

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A reſ quadrat, qui interdum vnà compoſita controuerſia, in plura incidunt litigia. Lis enim ſæpè numero litem parere ſolet.

Sequitur aliud adagium. *Hydram geſtas.* diciturq; de illo, qui corallium tanquam tutelam aduerſus fulmina, & tempeſtates geſtat: quandoquidem hæc planta apud Plinium vocatur Gorgonia, cum extra aquam inſtar lapidis durescat. Gorgones autem, ſecundùm Seruium in commentarijs ad librum ſextum Aeneidos, fuerunt tres puellæ Phorcidis venuſtatis pulcherrimæ, quas adoleſcentes conſpicati in lapidem tranſmutari dicebantur. L. 37. c. 10

Si contemplemur interfectorem Hydræ, oritur aliud adagium. *Nec Hercules quidem contra duos.* Hoc inde natum eſſe volunt ex ſummo Herculis labore in necanda Hydra: etenim Cancrum Hydræ vehementer oppreſſæ auxiliaturum veniſſe ferunt: quare vicißim Hercules, implorata Iolai ope, Hydram tandem ſuperauit, & Cancrum interemit. *Adagia ratione interfectoris hydræ.*

Si mens dirigatur ad locum, in quo Hydra ſtabulabatur, hic nobis exhibet illud prouerbium. Λέρνη κακῶν. ideſt. *Lerna malorum.* hoc prouerbium pronunciatur, non ſecus, B ac ſi dicatur. *Ilias malorum. Mare malorum. Theſaurus malorum.* His enim adagijs plurima mala in vnum congeſta ſignificamus. Originem duxit hoc prouerbium à loco natali Hydræ, quem fuiſſe lacum omnium ſordium, & vndiq; congeſtarum plenum tradiderunt: quemadmodum ſuperius, iuxta mentem Strabonis, ſcriptum fuit. Propterea quotieſcumq; hominem valdè infamem, vel omni turpitudinis genere contaminatum, aut cætum hominum poſtilentium, quaſi colluuiem ſcelerum indicare volumus; rectè Lernam malorum pronúnciamus. Idcirco Cratinus Comicus, apud Heſychium, theatrum, quod ex varia mixtaq; hominum colluuie conſtaret, iure merito λέρνην θεατῶν appellauit. *Adagia petita à loco hydræ.* *Lib. 8.*

MORALIA.

CYPRIANVS, libro primo de Incarnatione Chriſti, Hydram optimo iure ad fœcunditatem hæreſum comparauit. Scripſit enim, quòd hæreſes in Eccleſijs Hydræ ſimilitudinem gerunt, quoniam iſtæ aduerſus noſtras mentes linguis feralibus ſibilant, & lethale virus iaculantur; immò truncatis capitibus renaſcuntur. Sed quoniam reſurgente morbo non debet ceſſare medicina, ideo quantò maior fuerit ægritudo, tantò validior debet eſſe curatio. Potens enim eſt Dominus Deus noſter, vt quod de interitu Hydræ Ethnici prædicarunt, id in bellis Eccleſiarum veritas, peragat; & ignitus Spiritus Sancti gladius ita, in extinguenda, & extirpanda nouella hæreſi, omnes penitus medullas pernitioſæ generationis exurat, vt tandem prodigioſa fœcunditas, emorientibus venis, denuò parere ceſſet. Diuus etiam Ambroſius, in ſuo opere de fide, hanc ſimilitudinem Hydræ, & hæreſis amplexus eſt: ſiquidem veluti, vna Hydræ ablata ceruice, aliæ ſtatim emergebant; ita pariter vna ablata hæreſi, multæ aliæ inſurgunt. Ideoq; ritu necis Hydræ, hæ nonniſi incendio auferri poſſunt. Huius etiam comparationis meminit Baptiſta Mantuanus de Diuo Ambroſio canens hunc in modum. *Hæreſis hydræ comparatur.* *Lib. 1. c. 4.*

D
Arius humani generis lethale venenum,
Legis in excidium natus fideiq; ruinam,
Polluerat gentes, totumq; infecerat Orbem,
Præſertim Italiam. Tunc tota Inſubria fractis
Viribus ægrotans iſto in languore iacebat.
Ambroſius, qui tunc erat ex Proconſule factus
Paſtor, in hanc Hydram claua inſurrexit, & ærea,
Et velut Alcides alius Lernæa fugauit
Toxica, Niligenas abigens ab ouilibus Hydros.

Amplius, in morali doctrina, Sophiſtici, & fallaces verborum gannitus non iniuria ad Hydram comparantur; cum ab hoc vocum monſtro infinita dimanent deliramenta, quæ animis noſtris plurimum detrimenti, & magnam quoq; perniciem ſemper ſunt al- *Sophiſtæ hydræ dicuntur.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

latura. Immò omnes mulieres, quæ pudicitiam habent in propatulo similitudine Hydræ non effugiunt: quandoquidem Anaxilas comicus fabulosa quædam Priscorum monstra, publica scorta interpretatus est. Hinc Atheneus Gnathænam Sinopæ vetulæ subnascentem ipsa duplo deteriorem esse retulit. Id in capitibus Hydræ obseruabatur, dum vno ablato, alia multo deteriora oriebantur. E

L. 13. Dypnosoph. c. 10.

Insuper homines, qui asperè, & acutè non solum quacumq; occasione, sed etiam contumelioßissimè solent loqui, cum Hydris comparandi erunt; quare non immeritò Diuus Hieronymus (referente Cælio) obtrectatorem virulentum, Excetram, nempe Hydram cognominauit. Rursus in proemio Esdræ, aduersus suos obtrectatores sic loquebatur. Quamuis Hydra sibilet, victorq; Simon incendia iactet, nunquam meum, iuuante Christo, silebit eloquium. Item Hydra hominibus omni crudelitatis genere inquinatis iusta de causa assimilanda est: cum recisa vna crudelitatis cervice, denuò noui sæuitiæ modi repullulent. Vnde Baptista Mantuanus in Bucolicis canebat.

Ecl. 3.

Tranarem laturus opem, tu sæuior Hydra
Me fugis.

Demùm qui inaoi scientiæ persuasione, vel alia de causa intumescit, Hydram proculdubiò repræsentare videtur: cum illa Fera ita superbiret, & se efferret, vt quodcumq; ferrum in sui necem fabricatum asperneretur. Idem præstat homo nimium sui admirator, ac pro sententia, cui semel adhæret, etiam contra verum contumax, & refractarius. Cum autem nullum vitium Deo inuisus sit arrogantia; homo criminosus hos tetterrimos mores in candidos mutare debet. Verùm cum difficillimum sit in Superborum mentem modestiam, & animi demissionem inducere deberent saltèm meminisse illius, quod de ostentatione superbiæ quidam poeta tradidit hunc in modum. F

Superbus succubatur hydræ.

Sordida laus semper propriò qua prodit ab ore
Hanc sapiens refugit.
Efficit, & fatuos pomposa superbia plures,
Tartara quos rapiunt.

Vir quoq; omnigena eruditione clarus, & Aenigmatistes, vt mens superbi resipisceret, hanc obscuram scripsit veritatem.

O		be
cur	super	bis
tua		bia
te		abit.

G

Nimirum ô Superbe, cur superbis, tua Superbia te superabit.

Postremò Seneca doctrinam moralem de fortitudinine, & Iustitia insinuans, exemplo Hydræ, virtutes non esse animalia docuit his verbis. *Non.n. quicquid ab homine fit, homo est, & iustitia quid est inquis? animus quodammodo sic se habens. Itaq; si animus animal est, & iustitia minimè. Hæc enim habitus animi est, & quadam vis. Idem animus in varias figuras conuertitur, & non toties animal aliud est, quoties aliud fuerit, nec illud quod fit ab animo, animal est, si iustitia animal est fortitudo, sic cæteræ virtutes: vtrum desinunt animalia esse subinde vt rursus incipiant, an semper sunt: desinere virtutes non possunt: ergo multa animalia, immò innumerabilia in hoc animo versantur. Non sunt, inquis multa quia ex vno religata sunt, & partes vnius, ac membra sunt. Talem ergo faciem animi nobis proponimus, qualis est Hydræ multa habentis capita, quorum vnumquodq; per se pugnet per se noceat. Atqui nullum ex illis capitibus animal est, sed animalis caput: cæterum ipsa vnum animal est.*

Lib. 2. Epist. 21.

Hydra est similitudo quadam.

H

At quid de toxico dicendum erit? Hoc cum esset perniciosissimum, aliquando tamen vitale fuit appellatum. Etenim (referente Ioanne Sarisberiensi) Tiberius à Iulio Imperatore tertius toxico interijt, cuius morte ita lætatus est populus, vt Terram matrem, & Deos manes oraret, ne mortuo sedem vllam, nisi inter impios, concederent. Et licet toxicum semper fuerit detestabile, & exitiosum, tamen illud populus vitale esse censuit.

Li. 3. Polyst. cap. 13.

HIE-

www.libtool.com.cn

A

HIEROGLYPHICA.

NONNVLLI, referente Pierio Valeriano, per simulacrum Hydræ, Inuidiam hieroglyphicè repræsentari posse tradunt: quandoquidem Hydram animal palustre, & ex sordido cæno natum fuisse asseuerant. Inuidia quoq; nonnisi in abiecto, & demisso animo residet. Quocirca Ouidius, in volumine Transformationum, hanc in imis conuallibus latibulari confinxit; deinde reliqua, quæ de Inuidia scripsit, ad Hydræ significatum pertinere videntur. Præterquam quod Erictonius pedibus anguineis (quamuis alij ad custodiam, serpentem ei assignatum fuisse dixerint) Inuidiam denotare perhibetur: cum illa, post res præclarè gestas, in arenam prodiens, paulatim in cordium penetralibus occultetur, virulento spiritu ad custodiam destinato. Huius autem exemplum in primis fratribus manifestum habemus. *Inuidia Hieroglyphicum.* *Inuidia causa fratricidij fuit*

B

Maior & inuidia est fraternis cordibus orta,
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.
Hoc Abel, atq; Cham: hoc Atreus, atq; Thyestes
Etheocles cum fratre suo plurefq; dpcebuns.
Inuidiam idcirco fugiat sapientiq; bonusq;.

Itaq; hoc est illud odium, quod Diodorus, pictura serpentis denotari posse diuulgauit. Insuper Pierius Valerianus, simulacro Hydræ ab Hercule superatæ, hieroglyphicè demonstrari posse vitium à virtute domitum pronunciauit. Etenim talis pictura admonet vnum quemq; virtutis, qua homo fretus illecebras amatorias per Hydram expressas remouere conatur. *Lib. 6. Hieregl.*

PHRENOSCHEMATA.

C

PRISCA consuetudine receptum fuisse, in Insignibus Hydram delineare testatur Capaneus, qui olim pro egregio Insigni, Hydram habuisse traditur. Quocirca hic mos ad nostram vsquè ætatem penetrans, multis phrenoschematum ansam præbuit. Vnde Hieronymus Russelius, in libro Insignium, exhibuit simulacrum Hydræ septicipitis, cum Dicto. VTCVMQ; Demonstrabat autem inuentorem phrenoschematis quouis modo, omnes difficultates sibi oblatas, esse superaturum, vel innuebat totos conatus esse inflexurum, & omnia ablaturum impedimenta. Hoc deniq; phrenoschemate generosus, & inuictus animus demonstratur. Item Ioannes Baptista Pittonus Pictor Vicentinus in Insigni Sforziæ Pallauicini, effigiauit Hydrã cũ Dicto. VTCVMQ; Vtindicaret hominem aduersus infortunia virtutes semper augentem. Subscripsit autem carmina Italica huius tenoris. *Insigne Capanei.*

Come ch'à l'Idra vn collo si recida
V'nascon tanti in vece di quell'vno,
Ch'esser non pote, che già mai l'ancida,
Opri quanto si voglia ingegno alcuno.

D

Talla virtù, ch'in sor alto s'annida,
Non teme volto minacioso, e bruno
Di nemica fortuna, ò assalto d'armi;
Ma via è più salda, che l'incudi e i marmi.

Iterum Hieronymus Russelius effigiauit manum, cum gladio recidentem vnum ex capitibus Hydræ in quadam palude nascentis, cum Dicto Italico desumpto ex carminibus Petrarchæ. E SIO L'VCCIDO, PIV FORTE RINASCE. Quare intelligimus authorem Phrenoschematis conari, omni diligentia, desiderium amatæ rei extinguere, cum tamen illud magis insurgat, & quasi alera Hydra multiplicetur. *Lib. 3. Insign.*

Lucas etiam Contilis scriptor italicus eandem Hydræ iconem cum manu, & gladio figurauit, & addidit Dictum huius generis. SPES ÆGRA SALVTIS. Et monet

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

lectorem, quòd author huius phrenoschematis voluit insinuare animi sui inquietem, E
Animi inquies quodammodo declaratur. quâ multis vexabatur ærumnis, & quamuis aliquando vnam auferret, aliæ tamen, atq; aliæ emergebant: propterea se ægram sperare salutem prætulit.

Perciuallus quoq; delineauit Draconem septicipitem, cũ Dicto. IN OMNIBVS HYDRA. Alludebat enim ad omnes huius Feræ proprietates. Primùm, quia statu graueolenti, cunctos ad se accedentes arceret, deinde, quia truncato vno capite, plura renascerentur. Sic in mundanis euenit negotijs, quæ plurimas semper pariunt difficultates.

SIMVLACRA.

PAVSANIAS, in Eliacis, scriptum reliquit, quòd in Elide templum Iunonis erat, in quo, præter alia simulacra, Pallas Herculi Hydram conficienti assistens visebatur. In clypeo Auentini simulacrum Hydræ conspiciebatur: nam Virgilius sermonem habens de filio Hercu- F
Lib. 7. Aeneid. lis, scripsit ipsum vehi curru cum signo palmę, more triumphantis, gestantem clypeum, figura Hydrę refulgentem, in patris monumentum, qui hunc septicipit ẽ Draconẽ in palude Lernea exammauit. Sic igitur canit Virgilius.

Post hos insignem palmæ per gramina currum,
Victores; ostentat equos satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus, clypeoq; insigne paternum
Centum angues, cinctamq; gerit Serpentibus Hydram.

Memorat etiam Baptista Mantuanus simulacrum Hydræ in marmore quodam Spartano cælatum, duim canit hunc in modum.

Non procul inde virens Spartano è marmore moles,
Phidiacam testata manum, pendebat ab alto
Margine pars claua, partem cum sumpserat æqua
Lernæa pars prima Hydræ, quæ guttura septem
Porrigit, & linguis septem vibrantibus ora
Arcus, Acarnanis fluuij duo cornua frugum:
Plena, Molorcheo pellis detracta Leoni. G

Meminimus, & nos vidisse Romæ multas Herculis statuas insigni cælatura admirandas, sed potissimum per collem Quirinalem, vulgò *Monte Cauallo* appellatum, in Viridario & Vineto olim Eminentissimi Cardinalis de Carpo, insigniores cum claua, & spolio Leonis, alicubi hæc statua caput Leonis, alibi verò fructus horti Hesperidum manu tenebat: verùm inter has, hoc in eodem loco Paradisum terrestrem ferè emulante, visebatur tabula marmorea figuram exhibens Herculis manu stringentis comam mulieris, cuius crura serpentinam effigiem præseferebant: nonnulli sunt opinati insinuare voluisse
Tanaiorũ incolis. spectantibus paludem Lernæam, in qua Hercules Hydram confecisse traditur. Neq; volumus in præsentia ignotam esse legentibus egregiam statuam æream Herculis, & Hydræ ad caminum amplæ aulæ Palatij Illustrissimæ familiæ de Tanarijs, in qua hodie Ceres Ioannes Nicolaus Bononiæ Senator summæ vir prudentię refulget; quę statua malleo, & manu Excellentis Argentifabri Horatij Proualij Bononiensis inchoata, & absolutæ fuit. Aliqui etiam, pro simulacro Romam repræsentante, delineârunt mulierem bellue septicipiti insidentem, propter septem colles in Romana vrbe conspicuos, & eminentes. Quapropter aliquando Roma septicollis fuit cognominata. Vnde Poeta Ita- H
licus canebat.

——— Roma ogn'hora
Con gl'occhi di dolor bagnati, e molli
Ti chier mercè da tutti sette i colli.

Amplius, Ripa, in secunda parte Iconologiæ, vt Inuidiæ exhiberet simulacrum, pinxit annosam mulierem cum Hydra, quoniam hæc Fera, pestifero, & lethali halitu magis, quàm aliud animal, inficiat, & occidat. Assimiliter idem præstat Inuidia, cum semper
Simulacrũ Inuidiæ. hominibus detrimentũ, atq; ruinam, corporis, & animæ machinetur. Præterquam quòd Hydra, amisso vno capite, plura acquirit, quemadmodum Inuidia, quæ vi virtutis penè oppressa, magis atq; magis aduersus eam crescit, atq; angetur. Id optimè expressit Petrarcha canens.

O In-

www.libtool.com.cn

A *O Inuidia inimica de virtude,*
Ch'abes principij volantier contrasti.

Iteram Ripa dum conatur exprimere hominem se recipientem ad optimam frugem, quam Vulgus Conuersionem vocat; figurat mulierem plorantem, & tenui indutam velamine, cum Hydra ad pedes; addit q; hoc Dictum. IN TE DOMINE SPERAVI. Etenim lacrymas pœnitentiæ indices esse annotauit Curtius. Hydra verò eatenus in hoc simulacro locum habet, quatenus crimina conculcanda esse demõstrat, quod maxima præstatur difficultate: veluti Hydra fumanis laboribus ab Hercule expugnata, & extincta fuit. Ratio autem huius simulacri infrascriptis versibus explicatur. *Simulacrũ Conuersionis vulgo dicta.*

Diuitis attalicæ iaceant, aurumq; comæq;
Et seuis hæc tantùm fascia membra tegat.
Et modò iam mentis sedeat sententia nostræ,
Quæ vela exoruent pectoris alba mei.
Hydra, vel hæc pedibus iaceat supposita diris,
Ne illius pereant pectora nostra dolis.
B *Cuncta secunda modo sunt hæc de sede suprema*
Luminibus pateant lumina clara meis.

Denique idem author in postrema Iconologiæ parte, ad significandam Religionem simulatam, vsus est pictura mulieris attalicis indutæ vestibus, redimitæ corona, & supra Hydram sedentis: nam veluti Hydra ab aliorum animalium natura valde recedit. Ita hæc Religio à vera, & recta mirandum in modum discrepat. *Falsæ religionis simulacrum.*

DE DRACONE BIPEDE In agro Bononiensi capto. Cap. V.

ORDINIS RATIO.

C QVM in præcedenti capite de Draconibus pedibus fulcitis pertractare cæperimus, ordinis rationem secuti, hanc sedem Draconi bipedi Bononiensi assignare decreuimus; antequam de Draconibus alatis verba fiant. Itaq; hanc difficillimam libenter suscepimus prouinciam, præsertim cum animal huius figuræ nunquam in Europa visum, nec à quopiam, vt nostra fert opinio, descriptum fuerit. Et tamen nullum animal tam paruum, & ignobile in rerum natura reperitur, quin diuinum opus in eo semper elucescat. Ideo iure optimo Heraclitus philosophus, vitandæ grauia aeris fugidioris iniuriæ, in humili pistoris casa morans; nonnullis viris nobilibus ipsum alloqui cupientibus iussit, vt in tugurium ingredi dignarentur, asseuerans neq; tali loco Deos immortales deesse. *Deus est vbiq;*

Immò rectius Diuus Augustinus in psalmos, admirabilem Omnipotentis prouidentiam in minimis contemplans animalibus; hæc verba proferebat. Quis singula pulicis, vel culicis membra non admiretur; quatenus ordinem, motum, & vitam participent. Amplius considerandum est, quemadmodum hæc animalcula mortem fugiant, D vitam diligant, voluptates appetant, molestias vitent, & denique qua ratione in motu sibi congruo vigeant. Quis disponit ista? inquit Augustinus; expauescis in minimis, lauda infinitam Dei potentiam. Idcirco nos quoq; in exarando huius admirabilis Draconis bipedis historia, idem præstare debemus. *Animaliũ paruorum consideratio.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

E

DRACO BONONIENSIS
quo tempore inuentus fuerit.

VERTENTE anno nostræ salutis septuagesimo secundo supra millesimum, & quingentesimum. III. Idus Maij, tempore creationis Summi Pontificis Gregorij Decimitertij Bononiensis, hic Draco bipes, more Serpentino tibrians se manifestauit. Nam penès prædiolum Domini Petronij de Dosijs in loco *Scalaiolæ* nuncupato delitescebat, sed tandem post diem Ascensionis Redemptoris nostri eiusdem anni, hora decima septima in via publica iuxta sepem prænominati prædij spatio milliaris à nostra distantis Ciuitate, à quodã bubulco Baptista nominato de Camaldulo deprehensus fuit. Is enim Bononia, cum bobus currum trahentibus rus petens pedetentim currum sequens, boues iustere gradum animaduertit; vnde sumpto perone in illos sæuiens acriter stimulauit: at illi timore quodam pereiti, & genuflexi, vlterius progredi non audebant. Interim, magno audito sibilo, bubulcus circumspiciens, admirabilem Draconis figuram deprehendit; & illicò pauore affectus eleuata hastula, capite belluæ percusso, animal interfecit.

Boues timore draconis affecti.

Sed mirandum est, quòd Draco nunquam ab illo discesserit loco; immò boues, & bubulcum toruis oculis, & erecto capite intuens, fortè in illos se iaculari volebat; at fraxini cuiusdam propinquitate fortassis impeditus, neq; rustico, neq; bobus vllo fuit incommodo. Virtutem enim fraxini, aduersus omne Serpentum genus, cunctis manifestam esse arbitramur. Et quamuis Serpentes animantes voracissimi, tenui gula referti, caudæ extremitati, capite eleuato, insistere soleant, vt melius cibaria in aluum dilabantur: non est tamen credendum hunc Draconem duobus inhærentem pedibus, cibi causa, caput eleuasse, sed potius, vt facilius in bubulcum se se eiaculari posset.

Fraxini vis.

Insuper bubulcus metuens, ne animal primo ictu prorsus extinctũ esset, rursus ferro, quo hastulæ bubulcorum armari solent, anteriorem Draconis pedem abscidit: itaq; interfectus biduo ibi iacuit. Interea Dominus Horatius Fõtana hanc singularem bestiam nunciantem animaduertens ad doctissimũ Vlyssem Aldrouandum, & diligentissimũ rerum naturalium perscrutatorem deferri iussit; qui animal conspicatus, rarissimum, nec vnquam in Italia, immo, nec in Europa visum, primò ad viuum pingi, deinde summa industria exsiccari, & in Musæo appendi curauit; quemadmodum etiam hodie vnusquisq; illum intueri potest. Et quoniam hic Draco eo tempore inuentus fuit, quo non solum Gregorius XIII. ad maximum eucctus fuit Pontificatum, in cuius Insigni gentilitio Draco refulgebat, sed etiam eo tempore, quo Draco cœlestis exoriebatur: ideo, Iuuenis exquisitissimæ doctrinæ sic cecinit.

Animal ad viuum pictum.

Lustris ter centum. & bis septem, dum abditur annus,
Bis; Draco Felsineo sibilat ortus Agro
Sibilat Eoo quoq; Cæli cardine eodem
Tempore, romana sceptriger Vrbe Draco.

H

FORMA. ET DESCRIPTIO.

ADMIRABILIS hic Draco à capite ad extremitatem vsq; caudæ erat duorum cubitorum: ab ore ad initium vsq; latitudinis corporeæ dodrans inter corporis latitudinem, & caudæ principium obseruabatur. Deinde ad extremitatem vsq; caudæ longitudo cubitalis, nempe duorum dodrantum, huiusmodi partem adæquabat. Propè collum erat latitudinis duorum digitorum, & à capite ad primum vsq; & anteriorem pedem dodrantalis longitudinis, & à primo pede ad eam vsq; partem, viperæ

Longitudo, & latitudo draconis.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A viperæ assimilabatur. Et corpus in ea parte, latitudinis sesquipalmaris, nimirum sex digitorum visebatur.

Posteriorem colli partem torques albus exornabat, ad instar Natricis torquatæ, vel instar Anatis syluestris torquatæ, quæ Italis vulgò *Cesone* nuncupatur, vel tandem instar merulæ alpestris torquatæ, quæ vulgò *Merla della collana* cognominatur. Cæterùm in hoc Dracone torques non erat mutilus, vt in multis alijs animantibus obseruatur, sed absoluti circuli torquem integrabant. *Torque ornabatur.*

Supra dorsum squamæ latæ apparebant, æmulantes squamas Cyprini piscis Aristolis, qui Vulgò *Raina* appellatur. Maior pars harum squamarum ad viriditatem tendebant: immò aliquæ erant subrubræ, sed inter has quædam nigrescebant: hinc deprehensum est hoc animal ad genus Draconum referendum esse: propterea quòd Dracones, vt plurimum, virides effigiari soleant. Pars alui Draconem propriè repræsentans squamis viridibus erat exornata.

Si pedes contemplemur. Primò aduertendum est, quòd femur iunctum tibiæ erat latitudinis pollicis; & digiti suis articulationibus connectebantur, vtin lacertorum digitis obseruatur. Digiti tamen non erant quini, vt in lacertis, sed tantùm quatuor breuibus vnguibus armati, qui adhuc eorum primordia præ se ferebant: vnde Draconem inuenem esse coniectauimus: quemadmodum etiam ex dentibus dignosci poterat. Præterea altitudo pedum latitudinem corporis adæquabat. Immò magna admiratione tenebamur, quòd pedes ex opposito iuncti non essent; veluti in cæteris animalibus quadrupedibus, & in alijs exanguibus multipedibus obseruamus; sed pedum vnus erat anterior altero, distantia sex digitorum, neq; in eodem latere; immò per diametrum erant oppositi; vt facilius fortè corpus mouere posset: propterea quòd media pars corporis motu progressiuo impellebatur; reliquæ autem partes, nempe colli, & caudæ per lubricos suxus ritu serpentino, mouebantur. *Pedum huius Draconis situs qualis.*

Podex ab extremitate caudæ duobus distabat palmis; pars caudæ superior viperæ erat similis, inferior verò dissimilis: siquidem squamæ partim nigræ, partim virides erant hoc tamen ordine, & figura, vt quasi singulæ formam semicircularem referrent, & binæ tantùm latitudinem caudæ amplectebantur. Secus verò in vipera se habent, quoniam squamæ rectæ sunt per totam corporis partem inferiorem. In hoc autem Dracone, à podice ad caput vsq; squamæ inferiores, tam ex latere caudæ, quàm ventris, & totius colli ad os vsq; rectæ erant, vt in vipera; hoc tamen ordine, vt imbricatim sitæ essent, colore vsq; ad aluum partim albo, partim nigro, sub venere albæ, & latiores dimidio ferè digito. At in extremitate squamarum rectarum nonnihil coloris viridis conspiciebatur. Demùm extremitas caudæ durissimo, & corneo ferè apice munita erat, cuius vna pars squamulis tegebatur, & extremitas apicis nigerrima, & aculeus instar litteræ C, seu instar centri scorpionis, erat repandus. Quamobrem verisimile fuit hoc animal huiusmodi aculeo, pro tutella aduersus cætera animantia vti. *Squamæ huius Draconis quales essent.* *Extremitas caudæ qualis.*

Cæterùm, vt melius forma huius Draconis exprimatur, denuò singulas partes ponderabimus, caput erat admodum simile viperino, pars capitis superior iuxta extremitatem, erat nigra, nouem nigris squamis integrata, reliqua autem pars squamis maioribus leucophæis trigonam figuram æmulantibus. Oris hiatus longitudo erat duorum digitorum: lingua tenuis, longa, & bifida, more aliorum serpentum, conspiciebatur. Singula oris latera dentes serrati, & graciles armabant: anterioribus tamen in vipera obseruatis carebat. Hinc collegimus hoc animal non valdè fuisse venenosum. Oculos in comparatione ad molem corpoream magnos habebat, & aureo coloris: qua de re Draconem hunc solaris naturæ fuisse iudicauimus. Foramina auricularia tota absentia, habebat; deinde auriculis carebat. quamuis in Heluetijs anno nonagesimo nono supra millesimum, & quadringentesimum, Draco auribus longissimis præditus fuerit inuentus. Idcirca ad monstrum in genere serpentum reducendi fuisse putauimus. Reliquum est modò, vt iconem tam admirabilis Draconis legentibus exhibeamus, vt; num descriptioni respondeat, intueri, & meditari possint. *Dentes quales essent.* *Oculi huius Draconis quales.*

Dra-

www.libtool.com.cn

Draco bipes apteros captus in Agro Bononiensi.



Digitized by Google

www.libtool.com.cn

GENERATIO.

SI meditemur hunc Draconem bipedem in Agro Bononiensi comprehensum, non possumus non maxima admiratione, vna cum multis aliis Philosophis affici, & præsertim generationis modum ponderantes; cum nunquam huiusmodi animal in tota Europa visum fuerit: quapropter huius rationem assignare admodum difficile esse arbitramur. Immò in numero rerum naturalium collocandus esse videtur, quarum ratio, teste Diuo Augustino, reddi haud quaquàm potest. Et tamen hæc non esse, vel falsa esse, non est dicendum; quamuis eorum veram rationem perscrutari nequeamus. Neqi existimandum est illhæc à Deo Optimo Maximo, absqi ratione procreata fuisse, quam quam nos causa lateat. Præterea multa naturalia quotidie præ oculis habentur, quorum causa ignota est. In primis caro pauonis mortui per anni spatium seruata putredinem non contrahit, huius causam multi ignoram prædicant: licèt quis causam calori non facilè compactam, & exiccatam eius naturam dissoluenti assignare posset, qui humorem naturalem expellere nequeat: cum, authore Galeno, hæc caro valdè dura, & fibrosa sit. *Cur Pauo mortuus caro diu duret.*

B Rursus Philosophi in dies simari causam conantur, cur magnes ferrum attrahat, atqi illud adigat: deinde cur ad proximorem polum, siue Arcticum, siue Antarcticum se vertat, & tamen huius actionis causam non inueniunt. Iterum quænam vis tam frigida insit paleæ, vt niues, & glaciem æstuis conseruet temporibus, aut tam calida, vt poma acerba concoquat, & maturet. Neqi Philosophi vnquam inuestigare potuerunt rationem, propterquam, lignum ficulneum Aegypti, seu lignum Sycomori non instar aliorum lignorum, in aquis natet, sed mergatur: immò quod magis mirabilius est, quando in imo aliquandiù moratum fuerit, ad aquæ superficiem emergit, cum totum oppositum præstandum esset, nam quod humore imbutum est pondere grauatur. *Vis Magnetis quæras.* *Paleæ facultas est varia.*

Quid de lapide selenite, vel speculari dicendum erit? cuius candor cum Luna crescere, & decrescere traditur; orituriq; in Persia, & passim in montibus gypseis Agri Bo- C nonensis, qui Plinio ignoti non fuerunt, quando scriptum reliquit, in Bononensi Italiæ parte lapides speculares inueniri, qui in subtilissimas laminas scinduntur. Alia quoqi innumera huius generis in medium afferri possent, quorum causas indagare non est facilè. *Lapidis specularis conditiones.*

Itaqi in præsentia Aristotelis doctrinæ adhærentes, qui in libris Posteriorum, de quacumqi re naturali quatuor quæsita proponit, nimirum si est, quid est, quod est, & propter quid est, hæc in nostro Dracone sigillatim indagabimus. Primùm quæsitum est notissimũ, propterea quod à plurimis viris fide dignis hic Draco fuit visus, & adhuc exsiccatus in Musæo Illustrissimi Senatus Bononiensis conspici potest. Secundum quæsitum per allatam descriptionem est manifestum: sed quia adhuc perfecta non habetur cognitio; restat vt reliqua deinceps inquiramus. Serpentum igitur, vel Dracones alios terrestres, alios aquatiles esse iam decreuimus: hunc autem Draconem bipedem ad genus terrestrium reducendum esse existimamus, præsertim cum in terra, non autem in aquis deprehensus fuerit. Præterea cum parte posteriori serperet, & partem anteriorem mole corporea grauatam, progressuo pedum motu duceret; necessa- D riò ad illud serpentis genus partim serpens, partim progrediens referendum esse censuimus, sub quo genere Dracones continentur. *Lib. 2. Post. cap. 1.* *Hic draco ad genus terrestrium reductus est.*

Hic Draco tardus erat in motu, cum pedibus esset refertus, qui serpentibus potius impedimento, quàm commoditati esse solent; vt apud Philosophum, in libro de incessu animalium, manifestatum fuit. Quòd autem tardi esset gressus, inde colligimus, quoniam minimè aufugiens ictum rustici ferientis expectauit. Vnde aliqui huius rationibus moti, hunc Draconem bipedem Basiliscum, vel ei congenerem esse voluerunt: cum tamen hoc à ratione valde alienum sit; carebat enim illis omnibus conditionibus quas in capite de Basilisco patefecimus. *Hic draco fuit tardi motus.*

Confideratio originis huius Draconis.

Seriò igitur ponderaturi modum, quo hic bipes Draco genitus fuerit, habitum philosophi induemus, variasqi in medium afferremus rationes, quibus tandem ex plo-

sis,

www.libtool.com.cn

sis, nostram sententiam aperiemus. Itaq; primò in arenam quatuor opiniones prodi- E
bunt; Prima erit an aliunde hic Draco migrauerit. Secunda an è cœlo cum pluuijs ce-
ciderit. Tertia, an ex permixtione animalium diuersi generis ortus fuerit. Quarta de-
nique erit, an ex putri materia sit originatius.

AN ALIVNDE MIGRAVERIT.

VI tuentur hanc opinionem, multa aliorum animalium migrantium, & remigrantium exempla afferunt. Quandoquidem Graculus Bohemicus auis olim nostris incognita regionibus, elapsis annis, ad nos migrauit, non quidem ex plaga orientali, vt quidam perperam arbitrati sunt: sed huiusmodi aues ex loco Septentrionali, aut niuium copia, aut ingenti algore, aut aliqua inundatione coactas hùc measse conferunt: nam quæ postea aucupis laqueos vitarunt, in sua loca frigida remeasse credimus. Item auis quædam Kemperchens, quasi pugnatrix dicta, ex remotis boreas F
his plagæ penetralibus, Maio mense, in Brabantiam aduolat, & huiusmodi auis Ardeæ congener esse videtur: quemadmodum in Historia auium explicatum fuit. Gillius in Aelianum prodidit Ciconias cum Gruibus non simul, sed temporibus diuersis, iniuriam frigoris fugientes, mutatione Coeli, sibi consulere, & transacta bruma, rursùs ad patrias sedes se conferre.

Auis pugnatrix qua fuerit.

Pariter Coturnices, & Turdi, quotannis, in Italiam transuolant. Milui etiam, Erytaci, & Hirundines, per Aestatem tantùm, in Europa degunt, & circa Aequinoctium Autumnale, fortassis pabuli gratia, aliò remigrant. Nam Hirundines, per brumam, in nostris regionibus, nullo inuento pabulo, perirent: quare in Regione calidiori hyemem transigunt, donec, aduentante Aequinoctio verno, ad nos remigrent. Similiter Locustæ quandoq; ex remotissimis regionibus migrant, vt testatus est Plinius. Namq; anno quadragesimo secundo supra millesimũ, & quingentesimum, agmina locustarum inaudita ex paludibus Meotidibus profecta, non solùm vniuersam Pannoniam, & maximam Germaniæ partem, sed totam ferè Italiam, non sine magna omnium à terra nascentium pernitie, occuparunt. Immò etiam homines ab animalibus fortassè edocti G
suum locũ natalem, propter æstũ, deserunt, vt homines iuga montium Pyreneorum colentes, & Incolæ Alpium Heluetiæ, Aluerniæ, & Sabaudiæ, qui, vrgente bruma, propria relinquentes domicilia, ad loca plana migrant, vbi varijs occupati exercitijs, quæsitum, ad victum, faciunt: elapsa autem hyeme, ad propria domicilia reuertuntur.

Quamam aues migrent in Italiam. l. 11. c. 19.

Homines migrantes, & remigrãtes qui.

His igitur notatis, aliquis pronunciare posset, hunc Draconem bipedem ex remotissimo aliquo loco, necessitate aliqua coactum, ad nos profectum fuisse; quamuis inter animalia migratoria non recenseatur, quæ statuto quodam tempore gradiuntur, & regrediuntur: cum hoc animalis genus nunquam aliàs in Europa visum fuerit. Meminimus quidem legisse in historia Prouinciæ Carniæ Regi Tartarorum subiectæ, Serpentes ibi versari, qui pro anterioribus pedibus, vngulas, instar vnguium Leonum habent. Cæterùm cum noster Draco non vngues tantùm, sed pedes digitis tibia, & femore distinctos habuerit: idcirco hunc bipidem Draconem fuisse consimilem, vel congenerem Serpenti vngulas habenti apud Tartaros, affirmare non audemus. Præterea hanc sententiam non possumus amplecti, quoniam inter Serpentes, seu Dracones non alatos, & aues æqualis non est comparatio: nam his propter alas commoda est migratio; H
cum illi per terram gradientes, & per loca habitata transeuntes, non ita facilè hominum insidias euitare valeant.

Draco nunquã visus in Europa.

Draco hic non fuit auctus.

Ex altera parte ambigere posset aliquis, an per aquas, more piscium, ad nostras regiones confugerit: cum pisces commodè de vna regione in aliam transmeent: nam in pelago nullis hominum insidijs sunt obnoxij. Constat enim experientia, multa piscium genera propriis non contenta sedibus, ad alias confugere habitationes. Siquidem non nulli pisces domicilium maris deserentes, dulces fluuiorum vndas subeunt; immò ibi copia ciborum inescati, aquarum tranquillitate allecti, & propiæ habitationis plane immemores, reliquum vitæ tempus ibi transigunt. Sunt tamen alij, quos quidem maris interdum tædet, & amnibus sese insinuant, vt Lampetræ, Sturiones, Alosæ, Salmones,

Pisces locum natalem deserẽtes qui.

www.libtool.com.cn

A mones, & similes: ac loci natalis omninò non obliuiscuntur: cum, statotempore, ad mare remeent. Sunt etiam qui relictis aquis in terram prodeant, vt reiitificatur Rondeletius, in quorum numero Polypi, Murænæ, & similes recensentur. Id etiam anguillæ nobis manifestant, quæ in dulcibus genitæ aquis, amaros lacus, & paludes sulphur, & alumen redolentes ingrediuntur, ibiq; natalis oblitæ loci, reliquam ætatẽ ducunt. Affirmant quoq; nuperorum quidam anguillas in Normania Galliæ P. ouincia, extra aquas vagari, & serpentum more, humi victum quæritare. Quare his iactis fundamentis, quidam asseuerare possent, hunc Draconem cuidam serpenti aculeum corneum in cauda habenti, & in Oceano mari versanti fuisse congenerem, quo aculeo amputato, reliquum corpus, pro cibo, piscatores commendant: quamobrem hic Draco aculeum corneum in extremitate caudæ gerebat, vt in descriptione fuit explicatum; ideò ex mari Adriatico per semperuirens Rauennæ pinetum ad nos migrasse dicendum erit. Quemadmodum igitur pisces loca mutare dicuntur, vt superius satis superq; explanatum fuit; licebit quoq; pronunciare hunc Draconem bipedem è Regione natali hùc accessisse, fortassis illoc reuersurum, nisi interfectus fuisset.

Anguillarũ natura.

Draco aculeum corneũ in cauda extremitate habebat.

B Quamuis rationes allatæ sint probabiles; nihilominus credendum non esse opinamur hoc animal, si fuisset aquatile, ad loca à mari remotissima migrasse. Præterquamquòd si species huius bestiæ Adriatici maris fuisset incola, proculdubio, quandoq; à nauigantibus conspecta fuisset: ideo cum nunquam ibi visa fuerit; non est asserendum hanc animalis speciem ibi versari. Demum cum hic Draco, ratione capitis, & caudæ, viperæ assimiletur, potius statuendum est Draconem hunc inter angues terrestres, non autem inter aquatiles esse collocandum.

AN CVM PLVVIA DECIDERIT.

C POSTEAQVAM satis superq; explicatum fuerit hunc bipedem Draconem aliundè, more auium, vel piscium nequaquam migrare potuisse opus est diligenter speculari, an fortuitò ventorum violentia delatus, tandem cum pluuia decíderit, & tractu alicuius temporis, illam aderetus fuerit molem corpoream, qualis in icone demonstratur. Hæc autem opinio non multùm à veritate declinat: cum varij Historici fide digni pluuias animatorum, & inanimatorum memorauerint. Athenæus, per spatium trium dierum, in Cheronesso, piscibus pluisse scribit. Huic adstipulatur Philarcus, qui multis in locis, non solùm piscibus, sed ranis, & frumentis pluisse fatetur. Pariter Heraclides in Historijs diuulgauit, circa Dardaniam, & Pœoniam, tanta ranarum copia pluisse, vt vijs, & habitationibus repletis, incolæ alio migrare coacti fuerint. Ranarum quoq; pluuiam Diodorus Siculus recitat. Meminimus etiam legisse apud alios Historiographos, bestiolas quadrupedes magnitudine soricis, vario distinctas pilo, in Noruegia pluisse; quod animalis genus, locustarum more, omnia viridantia depascebatur: vnde omni consumpto pabulo, & aere corrupto, pestilentia subinde orta est. Immò Cardanus id non explodit, quoniam harum pluuiarum causam in ventorum violentiam refert, qui per aerem fœuiendo, è iugis montium, ranas, pisciculos, & lapides, in D modum imbris, deferunt. Nonnè olim Bononiæ, tanta equarum copia, vi ventorum delata è cœlo decidit, vt cunctis non paucam attulerit admirationem? Item à nonnullis intelleximus huic Draconi consimiles, & etiam dissimiles animantes, in Agro Bononiensi, iuxta templum Diui Apollinaris ad Comitem Ioannem de Blachis spectans, conspectos fuisse; quod si veritatem assequitur, proculdubio, vi ventorum, & pluuiarum decidisse attestabimur.

Lib. 2. Dyprosoph.

Lib. 4.

Lib. 2 1.

Pluuia pisciũ, & ranarũ ubi.

Ventorum, & pluuiæ violentia qualis.

His addamus non solùm animata, sed etiam multa inanimata diuersi generis è Cœlo, instar imbrium, ad terram fluxisse. Plinius enim lac, & sanguinem, Attilio, & C. Portio Consulibus, pluisse pronunciauit: vnde, & Cicero in libris de Diuinatione hæc verba protulit, sanguine pluisse, Senatui nuntiatum est. Item Valerius Maximus carnes in modum nimbi dissipatas aliquando cecidisse protulit, quarum maiorem partem

Lib. 2. c. 25.

Lib. 1.

aues

www.libtool.com.cn

Pluuiarum. aues consumpserunt. Denuò iuxta sententiam Plinij, ferrum etiam in modum pluuiæ decidit in Lucanis, anno præcedente mortem M. Crassi, qui à Parthis crudeliter fuit interfectus: effigies autem ferri similis spongijs esse tradebatur. Mirabilis quoq; lanæ pluuia circa Castellum Carissanum accidit eo tempore, quo P. Annius Milo occisus fuit. Tandem scripsit Liuius libro sexto de bello Macedonico, Tarracinæ, & Amiterni nunciatum esse aliquando lapidibus pluisse. Quamobrem nulla admiratione teneri debemus, si Diuus Augustinus ad Marcellinum scribens, pluuiam terræ, & lapidum memorauerit. Itaq; si noster Draco ventorum vi, & pluuia delatus fuisset, non fuisset verisimile, quòd solus conspectus fuerit; nam plures procul dubio decidissent: quemadmodum in allatis exemplis ranarum, piscium, carnium, lactis, sanguinis, ferri, lanarum, & lapidum patefactum fuit: idcirco hæc opinio tanquam imaginaria, & veritati minimè conformis explodenda est.

Ferri pluuia vbi cõtigerit.

AN EX CONGRESSV ANIMALIVM diuersorum ortus fuerit.

EX permixtione animalium diuersi generis hunc Draconem bipedem genitum fuisse multi autumant, nec præter rationem; quandoquidem multa animalia huic consimilia, atq; bigenera nuncupata aliquando nasci obseruatum est. Empedocles enim agens de proprietate animalium, nonnulla bigenera interdum oriri tradidit: itaut in vno corpore diuersæ duorum animalium naturæ coalescere viderentur: sic enim canit.

Multa genus duplex referunt animalia membris,
Pectore, vel capite, aut alio sicut videatur
Anteriore, retroq; bouis forma, aut vice versa,
In pecore humanæ quondam vestigia formæ.
Insunt, & pecoris humano in corpore contra.

Idcircò facilè nobis persuadere poterimus hunc Draconem ex animalibus diuersæ speciei prodisse: quemadmodum est illud animal vocatum Aphat, quod ex Leone, & Leopardo gigni perhibetur. Leonum etiam genus quoddam ignobile ex Lænis, & Pardis resultat: veluti Leopardi ex Pardo, & Læna, teste Theophrasto prosiliunt.

Aphat animal quale.

In Alpibus Heluetiæ ad Pagum *Speinga*, ex equa, & tauro genitus est equus, qui fortè hippobos, vel hippotaurus poterat nuncupari. Intelleximus circa Gratianopolim, ex asina, & tauro natum animal, quod lingua vernacula *Famur* dicebatur. Idq; hippobouj fortassis simile fuisse arbitramur. Item ex equa, & asino, vel ex onagro, & equa, mulæ in cursu velocissimæ generantur. Præterea Iberis ex apris, & suibus, Tyrrus ex oue, & hirco, & musmo ex capra, & ariete gignuntur.

Hippobos quod sit.

Mulæ quæ nam sint veloces in cursu.

Insuper Lupæ ex canibus concipiunt, vt Lycisca ex cane, & lupa, & lupus canarius ex congressu canis, & lupi oritur. Neq; omittendi sunt canes alopecides, qui ex vulpe, & cane prodeunt. Immò Leonto miges canes ex leonibus natos Pollux appellauit. Didimus quoq; scriptis mandauit Camelum ex apris simul pascentibus cõcipere: vnde postea animans Aproecamelus vocatus emergat. Hoc autem si sit verum necne, fides apud Authorem maneat. Philosophus enim equam pati congressum cameli tantummodò retulit.

Aprocamelus, quod animal.

Non defuerunt, qui murem araneum ex fele, & mure nasci diuulgarunt; quod veritati minimè accedere potest: siquidem hæc duo animalia maximas inter se exercent inimicitias. Athenæus, ex Andrea quodam, murænas ex vipera genitas morsu interficere pronunciauit: quasi, ad illius mentem, viperæ cum murænis congrediantur: immò Sostratem huic opinioni adstipulantem adducit: deinde versus Nicandri in Theriacis recitat hunc in modum.

Præterea quæcumq; suis mare flustibus ambit
Nominibus, inuicem quæ causa mirabile factum

Mura-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A *Murænæ est, quod sæpè circumuiuaria lapsu*
Deserat, atrociq; petens audacula morsu
Voluat in aquoreas piscantem è naue procellas
Fama est, si modò vera, quòd hæc sua pascua linquat,
Atq; eat in siccum, cogente libidine, littus,
Et cum vipereo coëns serpente grauetur.

Amplius narrauit Cardanus, in libris de subtilitate, se vidisse Papiæ animal magnitudine vulpis, ore, & rictu leporino, dentibus prælongis, ad instar sciuri, oculis Serpentinis, nempè carentibus angulis. Pileus hircinæ barbæ simillimus caput tegebat. Pilus erat mustelinus. Anteriores pedes vt taxi. Aures, & posteriores pedes ab humanis nihilo discrepabant: nisi quòd vngula vrsi pedes munibat. Dorsum, & postremam partem centum spinæ circiter, ad modum histricis, exornabant, quæ non emissariæ, vt in histrice, sed immobiles erant. Cauda anserina, cuius plumæ in spinas terminabant. Vox animantis erat subobscura, rauca, quasi latrantis canis. Hoc animal erat iracundum, quamuis à circulatore facilè pertractaretur. Cardanus igitur hoc animal non sui
B generis, sed potius ex histrice, & alio animali, veluti vrso natum esse credidit. Non nè etiam Galliarum Rex equum habuisse perhibetur, qui parte posteriori corporis cervum æmulabatur: ideoq; ex ceruo, & equa genitus esse ferebatur: qua de re hippelaphos iure optimo nuncupari poterat.

Animal rarum Papiæ visum.

Hippelaphos quod animal.

His notatis ad magis peculiaria accedendum est, vt cunctis patefiat, ex quorum animantium congressu hic bipes Draco emerserit. Multi in hanc venerũt opinionem, hunc Draconem testudinis, & viperæ fuisse partum; quasi ex permixtione testudinis, & viperæ tertia species animantis producta fuerit: siquidem caput, collum, & postrema pars caudæ huius Draconis viperam repræsentabat: dorsum verò, & superficies cum pedibus testudineam figuram exprimere videbatur. Quocirca, si ortus huius animalis, ex vipera, & testudine prodijsset, velocitatem motus viperæ hic Draco participans, naturam quãdam mediam inter velocitatem, & tarditatem esset adeptus. quapropter iure merito, pro symbolo Summi Pontificis Gregorij XIII. in cuius Insigni gentilitio figura Draconis refulgebat, vsurpari potuisset, cum hoc Dicto. FESTINA LENTE. Hoc
C enim Dictum sub symbolo Cæsaris legitur, in quo anchoræ, & delphini icones conspiciuntur. Propterea quòd hoc symbolum integritati, & naturæ tanti Principis congruebat, qui populos summa prudentia, sapientia, & intellectus velocitate regebat.

Partus testudinis ex vipera.

Symbolum Cæsaris.

Rationes igitur, Draconem hunc bipedem ex prædicto congressu prosiluisse demonstrantes, sunt quidem probabiles, non autem tanquam concludentes admitti possunt. Primò, quia licèt hoc animal, iuxta dorsum, figuram testudinis æmulari videatur, nihilominus, si quispiam tergus Draconis diligenter intueatur, illud squamosum, more piscium, non autem cortice tectum, ritu testudinis, obseruabit. Præterquamquòd pedes testudinis, ad modum lacertorum, quinq; digitis integrantur: cum tamen noster Draco pedes digitis tantùm quatuor refertos habuerit. Deinde hic Draco ex congressu testudinis, & viperæ nasci haudquaquàm potuit: propterea quòd animantia, ob antipathiam quamdam, inter se dissentientia, simul permiscerì posse non est verisimile.

Dorsum huius draconis quale.

L. 20. c. 16.

Narrat enim Plinius testudines cum serpentibus præliaturas, herba cumila se prius munire, ne fortè venenum circa dentes viperinos delitescens sibimetipsis noceat: hac de re vnicuiq; innotescit testudines, & viperas permiscerì minimè posse. His addamus testudines ad congressum cum vipera ineptas esse, quia testudines, more quadrupedũ, ma-
D re supereuenientes, petmiscentur; & præcipuè cum omnibus liquidò constet testudines inter animantes quadrupedes ouiparas à nobis aliàs collocatas fuisse. Et vicissim manifestatum fuit in primo libro, capite secundo, viperas mutuo complexu, ob corporis longitudinem, congredi. Præterquamquòd testudo genitali duro, & fere osseo recaret, quod ad congressum Serpentum penitùs ineptum esse creditur.

Testudinũ congressus qualis.

Figura lacertorum similis est formæ anguium.

Cum igitur congressus testudinis, & viperæ confuratus fuerit: reliquum est, vt meditemur, num ex permixtione lacerti viridis, & viperæ tanquam commodiori, dimanare potuerit. Etenim hic lacertus maximam cum Serpentibus habet conuenientiam, eò quia cortice licèt molliori tegatur, tamen lingua longa, & bifida, quasi Serpentina est præditus. Demùm si pedes lacerti demantur, omnia eius membra Serpentibus postea assimilantur: quemadmodum in historia lacertarũ explanatũ fuit. Idcirco complexu

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

non dissimili, & lacerti, & serpentes coire videntur. Idq; pluries confirmauit Plinius asseuerans in lacertis, veluti in bestijs pedes non habentibus, eumdem celebrari congressum. Prædictis addamus oculatam fidem: cũ circa finem Mensis Martij, lacerti complicati, ventribus iunctis, caudis, & reliquo corpore intortis, more Serpentum, obseruentur. Immò additur maxima ouorum lacertorum, & anguium similitudo, quæ sub terra condita sua sponte aperiuntur, catuliq; veluti ex aliorum ouis serpentum egrediuntur. Ad finem lacerti naturam anguium induentes, brumali tempore, subterraneos meatus ingrediuntur, & frigus vitantes occultantur. Quamobrem probabile videtur viperam cum his lacertis congredi potuisse; idq; nobis magis insinuat viridis color huius Draconis, quem in squamis passim repræsentat.

Oua lacertorum ouis serpẽtinis similia sũt

Lacertus viridis, cũ serpẽtibus præliatur.

Cæterùm, vt veritatem fateamur, neq; hanc bipedis huiusce Draconis originem concedere possumus, & præsertim quoniam lacertus viridis, cum serpentibus acriter præliatur: quapropter in historia quadrupedum digitatorum ophiomachus fuit appellatus. Insuper hic lacertus annumeratur eorum animalium gregi, qui homines mirandum in modum diligit: idcirco vbicumq; fuerit homo, ibi quoq; lacertorum copia congregatur, qui, erecto capite, faciem hominis intuentur, & vicissim lacerti ab hominibus impunè pertractantur, & si ori admoueantur libenter saliuam humanam lambunt. Et, quod maiori dignum est admiratione, lacertus viridis homini dormienti assistens, si anguium insidias animaduerterit, per collum, & faciem dormientis circumcursitat, donec excitetur. Quare homo expergefactus, conspecto lacerto, aliquem serpentem in insidijs morari coniectatur. Quamobrem, ob maximam antipathiam inter viperas, & lacertos virides, horum animalium permixtionem explodimus.

Lacertus assistit homini dormienti.

Congressus ranæ, & viperæ.

Iterum vir acri ingenio præditus ambigere posset, an hic Draco bipes ex congressu ranæ, & viperæ ortus fuerit: siquidem aliquæ sunt ranæ, quæ ex coitu, aliquæ verò, quæ ex putri materia generantur. Idq; magis id posset sibi persuadere: cum pedes huius Draconis figuram pedum ranarum æmulentur. Neq; hæc opinio nobis potest arridere, non solum quia pedes huius Draconis pedibus posterioribus ranæ sint dissimiles; nam ranæ, anserum ritu, sunt steganopodes; pedes enim membrana quadam interstinctos habent, vt facilius natare valeant: verumetiam quia viperæ in montibus, & nemoribus, ranæ verò in lacunis, & paludibus stabulantur. Et quamuis potuerit ingeniosus vir replicare hunc Draconem ex copula ranæ rubetæ, seù bufonis, & viperæ prosiliisse, quæ ambo animalia in ijsdem cryptis sæpè versantur: nihilominus hanc non commendamus sententiam: tum quia rubetas ex putri tantùm materia gigni aliàs declaratum fuit: tum etiam quia quadrupedum, & anguium copula est ineptissima: veluti paulò ante de copula testudinis, & viperæ fuit expositum. Nisi velimus ridiculã nonnullorum amplecti opinionem, qui voluerunt hunc Draconem olim fuisse viperam, quę bufonem deglutiuerit, cuius duo pedes per aluum viperinam exerti ita coaluerint, vt deinceps vipera Draconis bipedis formam induerit.

Permixtio rubetæ, & viperæ.

AN EX PVTRI MATERIA GENITVS.

POSTREMO loco remanet ponderandum, num hic Draco bipes ex putri materia originem traxerit: cum ex congressu diuersorum animalium generari minimè posse probatum fuerit. Et potissimum cum animalia non modò exanguia, verum quoq; sanguinea ex putrida materia interdum producantur. In primis cunctis liquidò constare opinamur, in mari Oceano Hiberniæ, & Scotiæ, à facultate forsan aquæ innata, Berniclas aues, siuè Brantas, ob putridam malorum nauium materiam, brevissimo temporis spatio generari. Quandoquidem ex contabulatis nauium putrescentibus fungi quidam erumpunt, qui paulatim in figuras auium abeunt. Immò & alij referunt in Scotia circa arborum litoralium caudices quosdam oriri fungos, qui paulò post integram auis formam adipiscuntur: Rostro enim aliquantisper pendente, deinde

Bernicla aues ex putri materia genita.

in

www.libtool.com.cn

A in aquam decidunt, & more aliorum animalium, vitam participant. Harum autem imaginum icones liberalitate clarissimi viri Ioannis Brancionis Mechlenienſis, ex Brabantia habuimus.

Item in cauitatibus saxorum, & in terræ penetralibus ranæ venenatæ procreantur; quæ statim atq; in lucem emergunt, turgent, & paulò post pereunt. Tales ranæ frequenter in Gallia propè Tolosam, in saxo arenario rubro maculis distincto reperiuntur, ex quo molæ parari solent. Quid mirum? nonnè intra etiam dura laxa balani quidam ostreacei, dactyli marini nuncupati, ad mare propè Anconam gignuntur, quos vulgus balanos appellat. Diodorus quoq; scripsit, post inundationem Nili, fœtus diuersorum animalium, ob putredinem, obseruari solere: nam recedente aqua, ex limo terræ radijs solaribus arefacto, variæ animalium species prodeunt. Immo tantùm abest, vt animalia ex putredine generari non possint, vt potius cuncta mundi animantia eodem modo produci queant. *Dactyli marini qui Lib. 1. c. 2.*

Etenim multi Astrologi in hanc vsq; descenderunt sententiam, vt asseuerauerint, animantes etiam ex semine generari solitas, vi astrorum in sublunaria agentium, ex putredine quoq; produci posse: cum hæc inferiora, pro varia rerum generatione, ab astris in dies præparentur. Hanc opinionem secutus esse videtur Auicennas, dum aliquam differentiam inter creantem, & disponentem formas collocauit: idcirco hæc verba protulit: quando materia rationem seminis subiens congruentem adepta est dispositionem; tunc vi stellarum, & Solis formam induit; sicq; idem Animal ab eodem agente, non autem ab eodem disponente, ex semine, & sine semine, in lucem prodire posse tradit. *An idē animal, seu vnūquodque animal ex materia putrigenerari possit.*

Hæc igitur dispositio fortassis eo tempore fuit in aliqua constellatione agente, & operante, quando hic Draco bipes genitus fuit. Hæc autem opinio ab Auerroe refellitur: quando quidem aliud esset agens, & aliud generans formam, & generatum non esset vnum in actu. Consequens est manifestum, quoniam veluti actio agentis debet ad ens actu terminare: ita actio dispositoris pariter ad ens actu terminare debet; alioquin ambæ essent otiosæ. Quamobrem cum sint duæ actiones generatum in actu duplex esset. Hinc ratio Auicennæ falsitatem effugere non potest. Dicendum igitur est, ad generationem animalium ex putri materia prodeuntium, solem, & astra tanquam causam vniuersalem; putredinem ve. ò tanquam particularem, & subeuntem vicem seminis concurrere. *Putredo quomodo concurrat ad generationem.*

Modò ambiget aliquis, si indubitatum est, hunc Draconem bipedem tum ex putri materia, tum ex semine indiscriminatim gigni potuisse; an esset eiusdem speciei iudicandus. Id negandum esse arbitramur: quandoquidem mus ex putrefactione natus, & mas ex semine genitus non sunt ijdem specie, sed ad idem genus iure optimo reducuntur. Præterea Suessanus, & multi alij animalia perfecta ex putredine ortum trahere negant; quæ sententia à veritate remota esse videtur: cũ experientia constet Bernicias aues ex putri materia prodeuntes perfecta esse animalia, cum quinq; sensibus integrentur: immò ranæ illæ fossiles perfectionem animantium sunt adeptæ, & tamen ex putredine originem ducunt. *Bernicle aues sunt animalia perfecta.*

Restat considerandum, cur in Italia, elapsis annis Dracones huius generis ex putri materia geniti, & visi nõ fuerint: ideo possumus asseuerare, genitos quidem, sed nõ obseruatos fuisse. Præterquamquòd materia nonnisi determinato aliquo tempore aliquius constellationis, ad putredinem disponitur, & præparatur. In prædictorum confirmationem, in medium afferre possumus anguillam animal perfectum non solum ex putri materia generari, sed etiam in illa nullum prorsus sexum obseruari, vt Aristoteles asseuerantius dixit. Id autem in nostro Dracone bipede obseruatum fuit: nam quamuis hic Draco magno capite refertus esset, quæ prærogatiua mari potius, quàm fœmiæ competere solet: quemadmodum etiam in anguillis intuemur, quarum aliæ maiorem capitis figuram repræsentant: nihilominus Philosophus hanc magni, vel parui capitis anguillarum obseruationem non ad sexum, sed ad speciem spectare retulit. *L. 1. de gener. Anim. c. 18.*

Insuper anguilla non generat; nam si generaret, oua aliqua in vtero gestaret, quod falsum semper comperimus. Et quamuis in anguillarum anatome, nonnulli lumbricis veluti quædam capillamenta in ventriculo harum bestiarum reperta sint: attamen hæc fœtuæ primordia minimè fuisse est credendum; quoniam hæc in parte coctioni, & non *Anguillæ sexu non distinguuntur.*

www.libtool.com.cn

nos generationi destinata erant: ventriculus enim est pars, in qua cibaria, non autem E
vbi fœtus conficiantur. Immò si anguillæ sexu ab inuicem distinguerentur, proculdubio earum aliqua ouis referta esset, & fœmina potissimum meatus seminales patentes haberet: hoc tamen per anatomen veritati refragatur; siquidem Philosophus anguillas tantummodo, inter animalia sanguinea, sine semine, & ouatione nasci tradidit.

Aristoteles non nouit generationem omnium animalium.

Hoc autem Aristotelis assertum non esse simpliciter verum attestamur: nam Berniclæ aues, & hic Draco bipes fuerunt animalia sanguine prædita, & tamen, secundùm aliquos, sine semine, ex pùtrida materia prodierunt. Cæterùm partes Aristotelis tueri poterimus, si dixerimus animantes tantummodo aquatiles ab Aristotele intellectas fuisse: deinde addemus, quòd Aristoteles de illis tantùm animalibus verba faciebat, quę illis fuerunt cognita; sed prædictæ aues, veluti, & ranæ in cauitatibus saxo: sũ ortæ illi fuerunt incognitæ: quapropter horum animantiũ generationem haudquaquàm nouit.

Itaq; anguillas ex putri materia dimanantes inde cognoscimus, quoniam stagna per aliquod temporis spatium exsiccata, nullisq; animalibus prorsus scatentia, denuò aquis repleta pluuijs anguillas produxerunt. Immò compertum est ex equo mortuo in lacu- F
Li. 2. mag. nat. c. 4. na iniecto innumerabiles anguillas paulò post prodijsse. Id quoq; in aliorum etiam animalium cadaueribus in paludes proiectis obseruare licet. Ioannes Baptista Porta
Generatio anguillarũ quo artificio patefiat fatetur se nouisse amicum, qui ligneis vasis aqua plenis, algis, & quibusdam alijs fluminum herbis incisis, & lapidum pondere oppressis, sub dio, paucis diebus anguillas generabat. Plinius verò anguillas hoc modo gigni asserit, nimirum anguillis ad scopulos attritis, quoniam illa strigmenta viuescunt. At Oppianus, contra Philosophi opinionem, anguillas concumbere, sic decantauit.

Anguillæ spiris, multoq; volumine mixæ
Concumbunt, lentor de stillat corpore toto;
Qui spumæ similis bibula celatur arena.
Accipit hunc cœnum, quid enim facundius illo?
Concipit accepto, nascuntur lubrica terga;
Flexibus innumeris anguillæ in littore repunt.

Alberti opinio fuit, anguillas, pluuio tantùm tempore, oua in gutture habere, qui error proculdubio refellendus est: posteaquàm anatome constat, nulla prorsus oua in an- G
Anguillarũ duplex genus. guillis inueniri. Rondeletius partes generationi destinatas in anguillis esse, consequenterq; congredi, & oua in eis procreari scripsit, sed postea has partes pinguedine obrutas non apparere diuulgauit. Quamobrem, in hac difficultate, duplex anguillarum genus esse statuendum erit: cum aliæ ex putredine nascantur, vt Aristoteli placuit, aliæ verò ex congressu, vt Oppianus decantauit.

Itaq; animalia ex putrida materia resultantia, & vtrumq; sexum participantia congredi posse affirmamus, & aliquid ex illis gigni, ex illo postea, iuxta doctrinam Aristotelis, nihil amplius procreari poterit. Vnde noster Draco bipes, si in eo sexu fuisset, aliquod, nempe vermiculum generasset, sed ex illo postea nihil prorsus fuisset genitum. Hinc igitur eliciendum est Draconem hunc, virtute stellarum, ex materia præparata,
Clarus. & disposita gigni potuisse.

Aliqui in præsentia controuersiam faciunt, an animalia ex putredine prodeuntia, vel per se, vel casu genita fuerint. Ideo Aueroes inter Philosophos, animata ex putri
An animalia ex putri vel per se, vel casu generentur. materia emergentia casu haudquaquam genita esse voluit, his potissimum motus rationibus. Prima est hæc. Nulla species fit casu, animalia ex putrefactione genita sunt H
Secunda ratio Auerois. species, vt Berniclæ aues, quædam ranæ, mures, & anguillæ: quare concludendum est, has animantes, casu, in lucem minimè prosilijsse. Maior propositio huius argumenti
L. 2. Phys. meridiano iubare clarior esse videtur, quoniam Natura omnes species per se, & non per accidens procreat. Deinde ab Aueroe additur alia ratio, quæ est hæc. Quod à Natura determinato fit tempore, illud casu genitum esse non potest, sed anima l ex putri materia productum, tempore determinato in lucem venit, ergo non poterimus asserere animalia ex putredine nascentia, casu fieri. Maiorem propositionem huius rationis cũctis patentem esse arbitramur: cum Aristoteles casum à causa determinata non fieri statuerit. Minor quoq; propositio probationis indigere non videtur, siquidem generans
Lucoxii. materiam sibimet appropinquantem disponit, formamque de eius potentia educit: quamobrem id à designata causa, veluti à determinata constellatione producitur.

Tertiò,

www.libtool.com.cn

A Tertio, quod producitur in pluribus, casu genitum esse non dicitur, veluti Philosophorum Princeps in Physicis docuit. Sed animalia ex putrefactione generabilia in pluribus generantur: quemadmodum in vermibus, & muscis constat: ergo animalia, quorum origo è putri pender materia, casu non generantur. Demùm, quod potest Agens minoris, potest & Agens maioris virtutis producere, dummodo causam, & proportionem super effectum possideant: sed Agens particulare, nempe mus generans, per se murem procreare potest, ergo cœlum Agens vniuersale, & maioris virtutis, per se murem generare poterit; consequenterq; tale animal casu non erit genitum. In minori propositione huius argumenti dicebatur, dummodo Agens causam, & proportionem habeat, propter animalia perfecta, in quorum productione causa, & proportio cœlo non ineſt, nisi Agente particulari concurrente: quoniam non solus Sol hominem, vel Leonem, sed vna cum homine, vel Leone producit.

Agens vniuersale, & Agens particulare quid.

Antequam rationem eorum, qui genita ex putri materia, tutantur, casu esse generata, refellantur: necesse est, vt nonnulla, iuxta mentem Diui Thomæ, in medium afferantur. Primò notandum est generata ex putredine, bifariam considerari posse, quo-

B niam ad diuersa comparata, & per se, & per accidens genita esse traduntur: quemadmodum sanitas per frictionem in corpus humanum introducta: siquidem hæc valetudo, ratione fricantis, per accidens introducitur, quia non sanitatem introducere, sed fricando pruritum tantummodo pellere nititur. At si comparetur ad virtutem animal regentem, id fit per se à virtute regente animal, dum calor frictione excitatus deperditam restituit valetudinem. Pariter de animali ex putri materia genito idem erit dicendum: etenim si consideretur ratione putridi caloris, nemini dubium est, quòd casu generatur, cum ille calor extrahens humiditatem, animalis productionem non respicit. Sin ad virtutem cœlestem vniuersum gubernantem dirigamus animum, videbimus illud animal per se produci: quoniam vis cœlestis omnes formas de potentia materiæ educere nititur. Ideoq; illas producit formas, quas ex se producere potest; sed quoniam materia aliquorum, nempè animalium perfectorum maiori indiget præparatione, & dispositione, quàm virtus syderum præstare possit: propterea nõ immediatè omnes formas producit.

Genita ex putri materia bifariã considerantur.

Cælestis vis quæ sit.

Quare si consideretur generatio ex putri materia, vel huius Draconis bipedis, vel

C Bernicla rum auium in mari Oceano genitarum, dicendum erit, per se generari, licèt, ratione putredinis, casu genita esse videantur. Præterquamquòd in materia putrida aliquod proportione respondens semini reperitur, in quo virtus similis semini conseruatur. His notatis, facilis patebit responsio afferenda rationibus in oppositum paulò ante allatis.

Itaq; quando in maiori propositione primi argumenti dicebatur nullam speciem casu fieri: hoc assertum simpliciter verum esse non affirmamus: nam respiciendo causam vniuersalem, nempè cœlũ, per se, & non casu fiunt. Sin respiciamus calorem in putridam agentem materiam, casu fieri dicuntur. Præterea, quando in minori propositione secundi argumenti pronunciabatur animal à putredine prodiens, tempore determinato generari; consequenterq; casu non fieri: Respondendum est, verum esse non fieri per accidens, ratione virtutis cœlestis mundum sublunarem regentis, sed solùm ratione caloris in putrem materiam agentis, casu produci. Tertio argumento, in quo diuulgabamus productum in pluribus, non fieri casu; respondendum est, verũ esse non fieri casu, ratione cœli operantis, nil tamen repugnat casu fieri, ratione caloris putri-

D dæ materiæ qui Agentis particularis vices subit. Tandem quarto, & postremo argumento eamdem competere responsionem opinamur.

Rationes cælestis virtutis res per se fiunt.

Quæritur in præsentia, an cuncta animalia ex semine producta, sine semine possint procreari. Deinde si producta sine semine, cum cæteris eiusdem speciei esse possint. Prima opinio fuit Auicennæ, & Alberti, qui cuncta animalia, tam perfecta, quàm imperfecta vtroq; modo produci posse voluerunt. Prima igitur Auicennæ ratio est hæc. Homines, post diluuium, virtute, & determinato stellarum aspectu, ex terra geniti fuere; quoniam quod potest virtus inferior, potest etiam superior, & ampliùs sed Agens particulare, vt homo, licèt sit virtutis inferioris, hominem generare potest, & equus eqnum; ergo multò magis id à Cœlo præstari posse affirmat.

Opinio Auicennæ circa productionẽ per se, & per accidens.

Secundum argumentum, ex mente Auicennæ, est tale. Cœlestia corpora, iuxta

www.libtool.com.cn

varios, & determinatos aspectus producunt inferiora; ergo iuxta aspectum vel magis, vel minus nobilem, animal etiam magis, vel minus nobile procreabunt. Ideoq; veluti propter aspectum ignobilem, aliquandò animal imperfectum, vt rana generatur: ita ratione nobilis aspectus, animal perfectum, veluti Leo producetur, & deniq; propter aspectum nobilissimum homo.

Rationes Auicennæ explodūtur

Cæterùm rationes Auicennæ nullius valoris esse videntur: propterea quòd virtus cœlestium, & sublunarium ita simul iungi debēt, vt ambæ copulatæ ad generationem concurrant: cum altera sine altera, perfectas animantes procreare nequeat. Deinde aduertendum est, cœlum, nonnisi per secundas causas, nihil in mundo inferiori generare: quapropter homo sine cœlo hominem generare nequit; nec cœlum sine homine tanquam Agente particulari id præstat.

Nonnulli, ad infringendam Auicennæ sententiam, monimentis mandarunt non solum animalia perfecta, sed etiam imperfecta, absq; semine, produci minimè posse: quoniam vnumquodq; in Naturalibus, à sibi simili necessariò generari arbitrati sunt. Hæc tamen propositio sensui, & experientiæ refragatur: cum ex cadauere igni animalia videamus, quæ cum illo nullam præ se ferant similitudinem, & in quo nullum præcesserit semen; nisi velimus asserere putridam illā materiam vices seminis subire. Præter hæc, ex Philosophorum doctrina, hoc pro comperto habetur, quòd aliqua animalia, veluti & plantæ ex semine, & ex putri materia producuntur.

Opinio Scoti circa productionem animalium ex putri materia.

An verò animalia prodeuntia ex putri materia fiat eiusdem speciei cum illis, quę ex semine ortum trahunt, hoc non esset difficultate. Quandoquidem Scotus Excellentissimi viri ingenij, vnà cum multis alijs viris eruditis, hæc animalia esse eiusdem speciei opinatus est, tali fretus ratione. Animalia tam ex spermate, quàm ex putredine producta, eumdem motum, & consimiles operationes exercent, necnon ijsdem prærogatiuis gaudent: ergo eiusdem speciei esse statuendum est. Idq; quod de animantibus asseritur, de plantis quoq; pronunciare necesse est. Consequens huius argumenti luce clarius esse videtur, quia in Naturalibus vnitatem, vel distinctionem specificam ex proprijs accidentibus, affectibus, & effectibus Philosophi semper venantur.

Animalia ex semine, & sine semine orta non sunt eiusdem speciei.

Cæterùm nos non ita facilè adducemur, vt huic succinamus sententiæ: quandoquidem animalia ex semine dimanantia, & sine semine in lucem prodeuntia eiusdem speciei esse minimè credimus. Et quamuis mures ex putrida orti materia, eodem modo G faciant, & rodant: nihilominus ad eamdem speciem eos referre non audemus; quoniam gaudebunt postea alijs effectibus à sua forma specifica profilientibus: cum nos lateant multæ proprietates particulares, quæ diuersam speciem arguunt: veluti perspicuum, & exploratum est in quibusdam anguillis, quarum aliæ ex putredine, aliæ ex semine procreantur, & tamen ad diuersas species reducuntur.

Hic draco an ex putri materia.

Modò ad rem nostram reuertentes, Draconem hunc bipedem ex putredine gigni potuisse non negamus: cum hoc rationi, & veritati reclamare non videatur. Etenim Aethanus in primis hanc sententiam fouere videtur, dum ex putrida hominis medulla Dracones produci posse retulit. Plinius ab hac opinione non recedit, dum circa initia belli Marsici, ab ancilla quadam serpentem editum fuisse pronuntiauit, quem more vermium, ex putrida materia natum esse non dubitabat. Immò intelleximus, quod olim, dum cuiusdam nobilis puellæ diris cruciatibus mortuæ à chirurgis causam incognitam morbi, & mortis perscrutantibus venter incideretur, duo serpentes ex interna nati putredine prodierunt. Legimus, quoq; mense quinctili anni quinquagesimi primi supra milliesimum, & quingentesimum, in Hungaria, iuxta flumen Theisum id accidisse, vt in aliis multorum, serpentes, & lacerti naturalibus similes generarentur: hinc seuissimis doloribus obortis, parientes succumbebāt; itaut multitudo hominum ter mille circiter, hac affectione perijsse traderetur. Quocirca nos eadem ratione moti generationem huius bipedis Draconis ex putredine prodeuntem quodammodo amplecti potemus.

Hic generationis modus non conceditur.

Sed, vt veritatem fateamur, neq; huic opinioni adhærendum est: nam si ex putri ortus esset materia, hoc in loco, vel alibi determinato quodam tempore, alij huic consimiles Dracones visi essent, cum in cæteris animalibus ex putredine genitis id contigere soleat. At cum nullibi talis species in proprijs individuis relucere visa sit: propterea neq; hunc generationis modum concedimus. Immò cum nudius tertius iconem huius

Dra-

www.libtool.com.cn

A D. [illegible] clarissimo viro Pompeio Bologneto in patrio Bononiensi Gymnasio Medicinæ ordinariæ professori, & Philosopho eximio ostenderemus: ipse quoq; statim in hanc venit sententiam, ex putredine hunc Draconem non prodijsse: propterea quòd plures huius generis animantes aliquo tempore conspicerentur.

Hactenus varios explicauimus modos, quibus aliquis probabilibus motus rationibus Draconis nostri bipedis generationem insinuare poterat. Sed cum nec aliunde hùc migrasse, nec cum pluuia decidisse, nec ex congressu animalium diuersæ speciei dimanasse, neq; ex putri materia genitum esse fusè tarèq; probatum fuerit. Superest tandem vt nostram aperiamus sententiam. Ideò statim atq; in Musæo Illustrissimi Senatus Bononiensis, hanc Draconis bipedis in Agro Bononiensi capti iconem inuenimus, & diligenter conspicati, illicò hunc in genere anguium monstrosè genitum fuisse suspicati sumus. Quare cum hanc iconem Excellentissimus vir Ioannes Augustinus Cucchius Chirurgiæ in Patrio Bononiensi Gymnasio professor, necnon Anatomicus insignis, & inter celeberrimos Medicos non infimus animaduerteret, absq; vlla difficultate, & ipse in nostram venit sententiam, hunc Draconem, in genere serpentum, B monstriferum fuisse. Idq; ob raritatem stabilire possumus: cum neq; ante, neq; post inuentionem huius bestiæ, alia consimilis Fera in tota Europa visa fuerit. Hæc autem opinio Aristotelis doctrinæ est conformis: nam scripsis mandauit in generatione Serpentum raros contingere errores. hac de causa in hoc Ferarũ genere rara producuntur monstra; reddituq; rationem, quoniam angues formam vteri valdè longam habent, & ova subinde non acernatim descendunt, veluti in gallinis euenit. Quamobrem geminus fœtus in ouis anguũ rarus esse perhibetur: sicuti viciſsim in ouis gallinarum fœtum geminum, & monstrosum, frequentiorem conspicari licet. De Serpente bicipite monstroso actum fuit in primo capite primi libri. Tricipitem quoq; anguem in montibus Pyrenes iam factum fuisse Arnoldus tradit. Solus Apollonius, in historijs, serpentis bipedis meminit, qui ritu Crocodili gradiebatur. Præterea si lector ad descriptionem huius nostri Draconis bipedis superius recitatam confugiat, magis, atq; magis hanc bestiam monstriferam fuisse affirmabit: cum duos tantum pedes à se inuicem per sex digitos distinctos tali ordine habuerit, vt dexter caudæ proximior, sinister verò capiti esset propinquior.

Nostra opinio circa generationem huius draconis.

Lib. 4. de gener. anim.

Anguis trũ ceps ubi ubi fuit.

C Quare cum id quoq; à nobis narratum fuerit Clarissimo viro Sebastiano Regulo, in patrio Bononiensi Gymnasio, Philosophiæ professori ordinario, qui iam prælectionum quadragesimum actu agit annum: Monstrum hoc Serpentinum ex ouo enormis molis natum esse statuit; ideoq; à natura, ob materiæ abundantiam, medium corporis anguini crassamentum, cum binis pedibus perperam locatis, tamquam duabus superfluæ materiæ appendicibus, esse procreatum philosophatus est.

Vnde quemadmodum, in genere Serpentum, monstra sunt rarissima, vt paulò ante fuit exaratum; vice versa in gallinacea familia, propter allatas rationes, monstra frequentissima contingunt: inter quæ memorandus fuit ille gallus Draconis cauda insignis, quem viuum in aula Serenissimi Magni Hetruriæ Ducis Francisci Medicei obseruauimus: viris enim magnanimis terrificio suo aspectu timorem incutiebat. Caput non crista carnea, vt in vulgaribus gallis ornabatur, nec paleæ erant carneæ, sed vtræq; ex plumis constabant conos galeæ militum æmulantibus. Habebat in fronte duas pennas, seu potius pennarum calamos (erant enim nudæ) surrectos, seu duo cornua; item binos alios ab vtraq; parte rostri propè nares, sed quiin extremitate plumas tenuissimas ritu D serarum edebant, necnon, & alium in ceruice, quia principio huiusmodi setis erat exornatus. Color totius corporis ferè subfuscus, sed radices pennarum erant albæ, pennæ verò ita erant constitutæ, vt veluti squamas æmularentur, propè vropygium, qua cauda exit, tuberculum erat rotundum, & subalbidum. Cauda non more auium ex plumis constabat, sed carnosa, ritu caudæ quadrupedum, & pilis nuda erat, quæ in extremitate floccum gerebat candicantem; cauda subcærulea; tibiæ velut ocreis erant indutæ.

Gallus mõstruosus cauda draconis.

Duo insuper in hac bestia erant animaduersione digna primum, & præcipuum erat, quòd alarum pennæ contrario, quàm in alijs, modo collocabantur, nam pars illarum prona, quæ ex naturæ præscripto in alijs interius vergit, in hoc exterior conspiciebatur; itaut tota ala penitus inuersa videretur. Alterum notatu dignum in hoc monstro erat,

Duo erant admirãda in gallo mõstruoso.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

erat, quod cerulicis plumæ caput versus, ciri instar, erigebantur, quorsum etiam tota E
cauda attolli conspiciebatur. Iconem huius monstri pagina 62. dabit, quam lector
idire poterit, vt diligenter contempletur, an in genere gallinaceo hic gallus, an in
genere Serpentum noster Draco bipes magis sit memorandus, & admirandus.

DE DRACONIBVS ALATIS. Cap. VI.

SYNONYMA.

QVONIAM superius in capite primo huius secundi Libri, Dracones alatos in aliqua terrarum orbis regione diuagari retulimus: ideo post F
aliorum Draconum examen, libuit etiam annectere, quid de huiusmodi alatis bestijs sentiendum esset. Modò, ante differentiarum Rubricam, varias afferremus nomenclaturas. Cardanus, ex mente nonnullorum, hos Dracones, angues aligeros nuncupatos fuisse testatur. Virgilius eos appellat angues stridentibus alis, dum canit.

Angues aligeri quis. 4. Aeneid

Illa autem attollit stridentes anguibus alas.

Ouidius quoq; multis in locis, sed potissimum libro septimo Metamorphoseos, hos Dracones, pennatos angues nominauit, vbi meminit Medeæ, quæ, Pelia iugulato, Draconum alatorum ope, per aerem vecta fuisse dicebatur, his versibus.

Plura locuturo cum verbis guttura Colchis
Abstulit, & caliis laniatum mersit in vndis,
Quæ nisi pennatis Serpentibus isset in auras,
Non exempta foret pœnæ: fugit alta, superq;
Pelion vmbrosum &c.

Immò Lucanus, & ipse has bestias, serpentes volucres cognominauit, vbi de quadam G
muliere veneficâ mortuum, per necyomantiam, excitante sic canebat.

l. 6. Pharsal.

Non Arabum volucer serpens, innataq; rubris
Aequoribus cuſtos pretiosæ vipera conchæ,
Aut vincatis adhuc Lybicæ membrana Cerastæ.

Denique Altaratnonnulli volunt esse nomenclaturam arabicam, qua Draco volans significatur.

DIFFERENTIÆ.

AMMIANVS Marcellinus Dracones alatos fabulosos esse opinatur, & eò magis suam roborat sententiam, quoniam fama rerum nouitates augeri soleat. Hinc Poetæ Triptolemum in curru à Draconibus alatis tracto per aerem progressum fuisse promulgarunt. Verùm aduertendum est, quòd assertum Ammiani Marcellini non tàtùm antiquis repugnat authoribus, sed etiam experientiæ reclamat: quandoquidem hac ætate certo certius est in Aethiopia Dracones alis refertos stabulari; quamuis postea Triptolemum ab alatis Draconibus vectum poetæ commenti fint. Immò ad maiorem huius sententiæ confirmationem, nobis relatum fuit à viris fide dignis, in loco Agri Pistoriensis *Cossone* nuncupato, magnum visum fuisse Draconem, cuius alæ multis intertextæ nerbis ad cubitum longæ, & latæ erant: bestia duobus nitebatur pedibus brenibus, munitis vnguibus, quasi aquilinis. Totum animal squamis tegebatur, rictu magnis dentibus armato, & auribus, ad instar vrsi pilosis. Quamobrem lector hinc coniectabit hanc bestiam Draconibus Aethiopicis fuisse similem: veluti in fine huius Rubricæ intueri poterit.

Dracones alati reperiuntur.

H

Insuper Isidorus scriptis mandauit serpentes alatos Arabiæ Sirenes nũcupari, illosq;

portius

www.libtool.com.cn

A potius volare, quàm currere, & eorum virus tanti valoris esse celebrauit, vt morsum potius interitus, quàm dolor concomitetur. Quapropter circa notitiam Sirenum paruper digredi necesse erit. Itaq; pleriq; authorum Sirenem monstri marini genus fuisse prædicant, ita nuncupatum ἀπὸ τῆς σειρᾶς, nempe à catena, quia hæc monstra suauitate cantus transeuntes veluti quadam ligatos catena in naufragium pellicerent. Quamuis alij à verbo hæbraico, *Sar.* deriuent, quod canere significat. Alioquin σειρὴν est Insecti genus api non dissimile, de quo Aristoteles, & Plinius egerunt. Aliter in Lexicis græcolatinis exponitur quædam auis canora, Gallis, *Serin*, fortassis quasi Sirena dicta: cum, vt nostra fert opinio, sit Achanthis Aristotelis, quam vocem Theodorus Gaza Spinum, & Ligurinum exposuit. *Sirenum natura, & mores.* *Siren auis canora.*

Sirenæ igitur, vt constat in poetarum fabulis, tres puellæ fuisse perhibentur (quamuis ab alijs quatuor, & ab alijs quinq; constituantur) nimirum Parthenope, Leucosia, & Ligia, Acheloi fluminis, & Calliopes musæ filiæ: harum vna voce, altera tibijs, alia lyra canebat, & primùm iuxta Pelorum, postea in Capreis insulis habitarunt, quæ allectos suo cantu in naufragia deducere ferebantur. Quoad figuram, Grammatici græci à pectore ad superiora effigiem passeris, in reliqua corporis parte, formam virginis B eis attribuebant. Quidius tamen totum oppositum sentire videtur, dum canit hunc in modum. *Sirenę quot fuerint.* *Locus Sirenarum.*

——— vobis Acheloides vndæ
Pluma, pedesq; auium, cum virginis ora geratis.

Claudianus eleganter has puellas volucres esse statuit his versibus. *Descriptio Sirenarũ.*

Dulce malum pelago Siren, volucresq; puellæ,
Scylleos inter fremitus, auidamq; Charybdin,
Musica saxa fretis habitabant dulcia monstra,
Blanda pericla maris: terror quoq; gratus in vndis.
Detatis licet huc incumberet aura carinis
Implessentq; sinus venti de puppe ferentes.
Figebat vox vna ratem: nec tendere certum
Delectabat iter, reditus, odiumq; iuuabat:
Nec dolor vllus erat, mortem dabat ipsa voluptas.

C Boccacius eamdem secutus sententiam, corpus virgineum vmbelico tenùs, & pedes gallinaceos in Sirenibus describebat. Alij quoq; authores Sirenas ad vmbilicũ, vsq; figuram proceræ mulieris horrendæ faciei, longissimisq; capillis assignabant, & reliquam corporis partem aquilinam demonstrabant, illisq; caudas veluti piscium addebant, quibus tanquam remigijs ad natandum, has bestias vti affirmabant. Immò cum saepius in vlnis aliquando conspici promulgabant: ideirco præternauigantes eorum impetum, atq; ferociam timentes, eis lagenam proijcere dicebant; qua cum, illis diu ludentibus, nautæ illæsi transire tradebantur. Quamuis alij retulerint nauigantes Sirenum cantu in somnum prolapsos, ab illis postea dilaniari: quapropter nautæ, obturatis diligenter auribus, hoc incommodum euitare didicerunt. *Sirenarum figura secũdum Boccatium.*

Quare constare videtur postremam Sirenum partem perperam à Nuperis fuisse delineatam, dum eam pisciformem describunt; quæ figura Nereidibus potius, quàm Sirenis assignabatur. Idq; inde factum esse coniectamus: posteaquàm Sirenas monstra maris esse constituerint; Iuxta illud. *Nereidum figura quæ lis.*

Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora
D *Quaslibet admissas detinuere rates.*

Hinc Orpheus, in Argonauticis, coram Sirenibus harmonicum edens sonum introducitur, cuius dulcisoni cantu Sirenas inuidia ductas in mare se præcipites dedisse, & in petras ingentes transmutatas fuisse prodiderunt.

Hæc autem Sirenum doctrina omni ex parte fabulosa esse non videtur: quoniam Fulgosius, ex Plinio, tradidit Galliarum Legatum Augusto Cæsari scripsisse, multas Nereides, & Sirenas, ea, qua pinguntur, forma, mortuas in litore compertas fuisse: cum tamen in nostris plinianis codicibus, hæc Sirenum mentio non legatur. Rursus ex eodem Fulgosio, Nympharum marinarum corpora humanis, præter cutem, similia visa sunt: siquidem cutis corium anguillæ æmulabatur: Immò, Phoca imperante, Nymphæ marinæ humanam ferè repræsentantes effigiem in Insulis Cycladibus apparuerunt. *Nymphæ marinæ.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

fuerunt. Præterea Philippus Archidux Austriæ, Anno Domini quadragesimo octauo supra millesimum, & quingentesimum, Genuæ, spectaculi gratia, Sirenem mortuam secum duxisse fertur. Meminimus etiam legisse in Nauigatione cuiusdam Amburgensis, quod anno nostræ salutis quadragesimo nono supra millesimũ, & quingentesimum, è Lusitania, Meridiem versus, in Orbe nouo, pisces tam mares, quàm fœminas humana facie, cauda oblonga, squamis more piscium obtita, cruribus breuibus iuxta caudam prominentibus visi fuerunt. His addunt recentiores quidam monstrum marinum olim fuisse deprehensum, quod Germanicè Ein Fisch nominabatur, magnitudine ouis, facie virginea, reliquo corpore in piscem terminante; hoc, sereno tantùm tempore apparere, & ingruente tempestate, in cauernis scopulorum latibulari affirmarunt. Item, in oris Saxoniæ, monstrum nomine *Meermed*, vel *Seemed* visum fuisse multi scribunt, quod vocabulum virginem marinam significat. Præterquamquòd Plato, etiam in Symposio Sirenum meminit.

Sirena mortua vbi visa.

Monstrum marinum vbi visum.

Virgo maris quæ.

Nonnulli tamen historiographi monimentis mandarunt, quædam auium genera incunditate cantus, nulla comparatione, egregia, in India nidulari, quæ Sirenas nominari, Plinius, & Aelianus diuulgarunt. At Suidas voluit Sirenas dicendas esse quasdam maris angustias, vel voragines inter duos eminentes colles existentes, veluti circa Syrtes, vbi tumulti arenarum sub aquis occultantur: quandoquidem in hac maris angustia, vndæ inter scopulos agitatæ, & compressæ quemdam veluti argutum, & suauem sonum edunt, & prætereuntes absorbent. F

Voragines maris quæ sint.

Sunt qui existimarunt Sirenas esse loca cana, ex quibus continuus egreditur spiritus, qui per fistulas ab incolis appositas exceptus, tam gratum, & iucundum emittit sonum, vt transeuntes in admirationem trahat. Xenophon autem fuit huius opinionis, Sirenes esse nuncupandos illos, qui celeberrima virorum insignium encomia recitabant: vnde, apud Homerum, Sirenæ, laudes Vlyssis totius Græciæ ornamenti, canere fingebantur. Deniq; iuxta Seruij sententiam Sirenæ meretrices fuerunt, quæ transeuntes, quoniam deducebant ad egestatem, fictæ suut inferre naufragia.

His notatis de Sirenis, quæ ad genus Draconum minime referri possunt: verorum Draconum species ad duas præcipuas reducemus: nam alij sunt alati, alij verò alis carent. Quamuis inter Dracones alatos, qui pedibus careant esse perhibeantur, & vice versa alati cum quatuor pedibus aliquando videantur: Gesnerus enim tradit, Anno Domini quadragesimo tertio supra millesimum, & quingentesimum, se intellexisse aliud Draconis genus in finibus Germaniæ propè Styriam apparuisse, quod pedes more lacertorum, & alas ritu vespertilionum habebat, morsu immedicabili. Idq; Froschonerus ex bibliopola Stirio narrabat. Propterea in gratiam Lectoris hic datur Draco alatus apos, necnon Draco alatus cum pedibus. G

Species draconũ, quæ.

DESCRIPTIO.

Lib. 3. Miscel. cap. 1.

IVLIVS Cæsar Scaliger genus serpentum ferum aliquando describẽs, longitudinem quatuor pedum, & crassitudinem humani brachij illi assignabat, & de lateribus alas cartilagineas pendere significabat. Idcirco Herodotus huic Draconum generi figuram Hydrarum, & alas glabras, necnon alis vespertilionum similes attribuebat. Idq; verum esse inde elucescit; quoniam (referente Brodeo) ad inuictissimum H Franciscum Galliarum Regem alatus Draco fuit delatus, ab agricola apud Sanctones ligone occisus: hunc multi viri spectatæ fidei vidisse testati sunt, & ex regionibus transmarinis, adiuuante vento, in eam prouinciam migrasse cogitarunt. Alioquin Gallia hoc Ferarum genere caret.

L. 7. de ver. sap. ca. 29

Cardanus quoq; dum Lutetiæ versaretur, Dracones alatos, apud Gulielmum musicum, numero quinq; conspicatus est. Erant autem bipedes, aliisq; tam exiguis præditi, vt vix volare posse credendum esset. Caput capiti Serpentino assimilabatur, colore lurido, plumis, & pillis nullis, magnitudine cuniculi (loquendo tamen de maiori.) Has bestias ex India delatas vulgus Dracones appellabat. Præterea erant tam diligenter exsiccati, vt viui prorsus esse viderentur. Neq; Cardanus hos Dracones commenti-

tios

www.libtool.com.cn

Draco alatus Apes ex Gesnero.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn



Draconis Alati figura ex Pareo.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A titios esse existimauit: siquidem diuersis temporibus, semper eadem insigniti forma per nautas transmissi fuerunt.

His addenda est authoritas Bellonij, qui in suis obseruationibus, integra Draconum alatorum cadauera diligentissimè condita se vidisse narrat; & de eorum genere esse tradit, qui ex Arabia in Aegyptum aduolant. Erant autem (vt ipse refert) circa aluum crassi, duobus pedibus, & alis totidem, more vespertilionum, integrati, cum anguina cauda. Hæc descriptio à veritate aliena esse non videtur: siquidem olim à Gabriele Barbaro communicata fuit icon Draconis Aethiopici ad viuum depicti Doctissimo Viro Vlyssi Aldrouando, quæ optimè iconi Bellonij in obseruationibus orientalibus exhibiti respondebat. Item anno salutis nostræ quinquagesimo primo supra sesquimillesimum, à Francisco Centensi verus Draco Aethiopicus exsiccatus Clarissimo Vlyssi Aldrouando dono fuit datus, qui prorsus Draconē Bellonij repræsentabat: præterquam quòd in dorso quinq; tubercula prominentia, & conspicua habebat, quæ in Dracone Bellonij desiderantur; binis pedibus vngue armatis, & totidem auriculis erat refertus. B Totus squamis gitidibus, & subnigricantibus ornabatur. Insuper alas ad volandum idoneas gestabat; cauda longa, & flexuosa, subitreis squamis tecta, quales in ventre, & gula refulgebant. Os dentibus acutis muniebatur. Pars inferior capitis versus auriculas erat plana. Oculi pupilla nigra erat cum circulo semiluteo. Demum nares binę, & apertæ conspiciebantur. Idcirco hic duas damus icones.

Dracones alatos quis viderit.

Draco alatus Bononiæ visus.

NATVRA, ET LOCVS.

C DRACO alatus cum Aquila, & Elephanto præliari traditur: velox superius in capite primo huius libri fusè, latèq; exaratum fuit. Pugna igitur, quam exercet cum Aquila, eleganter exprimitur à Nicandro: quemadmodum illa, quam init cum Elephanto, docte à Plinio describitur. Præterea Dracones alati per Africam volando, ingentes bestias, veluti tauros, cauda, ad necem vsq; verberant; neq; Elephantos miræ magnitudinis veneno interficiunt: quandoquidem, præter venenum, in asserenda nece, satis virium possidere ferantur. Idcirco Lucanus hæc respiciens canebat.

Lib. 8. natur. hist.

L. 9. Pharsal.

Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros,
Nec tutus spatio est elephas, datis omnia letho
Nec vobis opus est ad noxia fata veneno.

Si locum natalem meditemur, tales Feras in Arabia potissimum versari comperiemus: propterea quòd Aelianus ab ibidibus nigris pestilentes Serpentum alatorum cateruas ex Arabia intra limites Aegyptios aduolantes interfici, atq; consumi diuulgauit. Quamuis alij tradiderint, quòd aduentante Vere, Ferę alatæ huius generis in Aegyptum initio volare conantur, sed ibides occurrentes ad planitiei ingressum, transitum omni D conatu impediunt. Quapropter Arabiæ locus est ad Brutum vrbem, vbi ossa, & spinæ innumerabiles horum Draconum ab ibidibus cæsorum conspiciuntur: cum prædictæ aues pestem ab Aegypto auertant, dum alatos Dracones ex vastitate Lybiæ inuectos absumunt. Ideo Cicero has Feras ex Lybia discedere scripsit; cum cæteri authores ex Arabia aduolare retulerint.

Draconum alatorū locus.

L. 1. de nat Deor.

Solinus enim circa paludes Arabicas Serpentum alatorum examina constituit, quorum virus ita exitiale prædicat, vt morsum ante mors, quam dolor insequatur; quamuis postea horum agmina ab Ibidibus deuorentur. Immò, ex sententia Herodoti, tales Ferę circa arbores thuriferas Arabiæ diuagantur, neq; alio præsidio, nisi fumo styracis à prædictis plantis arceri possunt. Vnde Plinius, iuxta aliquorum mentem, Dracones aligeros circa paludes, vbi nascitur cassia, collocauit: ficq; difficilem huius aromatis collectionem reddebant, vt pretium illius augere possent. Lucanus quoq; sermonem habens de veneficā defuncto per necyomantiam excitante, anguium alatorum in Arabica versantium regione meminit.

Li. 6. Pharsal.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn



Draco Aethiopicus.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn



Draco alter Aethiopicus mas cum eminentijs dorsi.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Non arabum volucer Serpens, innataq; rubris E
Aequoribus &c.

Lib. 1. de hist. Anim. Cap. 5. Aristoteles verò Dracones bipedes, & aligeros circa Aethiopiam volare narrauit. Cæterùm, cum hæc animalia orientali plaga delectentur, in antris, ob æstum Solis, die morantur: rarò enim nonnisi in locis calidioribus inueniuntur. Hinc Megasthenes (tradente Aeliano) alatos Serpentes in India etiam generari prodidit, vbi noctu tantummodo molesti esse feruntur; cum eorum lotij contactus partes animalium putrefaciat. Denique ex Scaligero, mons regnum Narsingæ diuidens a Malabaris, multas alit Feras, inter quas aligeri Dracones recensentur, qui afflatu propius accedentes interimunt.

MORALIA.

F

Triplex cupiscētia. QVM superius, occasione Draconis alati, Sirenum mores ponderati fuerint; non ab re in præsentia esse arbitramur, quid Sirenæ in morali doctrina significent, exarare. Tres igitur Sirenæ olim fuisse perhibentur, quæ triplicem concupiscentiam, nimirum carnem, mundum, & Dæmonem, ex mente authorum moralium denotant. Harum igitur cantricum iucundæ cantilenæ sunt blandæ ad mundana gaudia hortationes; instrumenta verò musica, quibus vtuntur, deliciæ, honores, & diuitiæ esse feruntur.

Dæmon prima siren. Itaq; prodit in arenam prima Sirena, nempè Dæmon, arreptoq; musico instrumento, scilicet cunctis immodici honoris titulis, & eminentijs, insolentem superbiæ cantum effuncit, vt effrenem animis nobilibus arrogantiam comperere demonstret. Secunda Siren, nimirum caro, proprio instrumento, nempè vtens voluptate, homines ad

Caro secūda siren.

Mundus tertia siren cænas insigni magnificentia, ingentiq; epularum apparatu instructissimas inuitat, consequenterq; ad luxum incitat. Iuxta illud. *Edamus, & bibamus, cras enim moriemur.* G Tertia demum Siren, ideſt mundus, instrumento diuitiarum sumpto, rationem auaritiæ intonat, vt homines per vadas calamitosæ huius vitæ nauigantes multiplici sopo-

Diabolus siren. ratos crimine ad inopiam virtutum deducat.

Modò seorsim nos melius contemplari decet, quomodò Dæmon, & cætera vitia Sirenis assimilentur. In primis se se offert Diabolus, qui Sirenam imitatus, viro in naui alicuius virtutis sedenti, semper naufragium machinatur. Ideo ad euitandum hoc periculum, infrascripta carmina memoriæ mandanda essent.

Semina cum quædam Christus tibi mittit ab alto,
Hæc tibi ne rapiat miluus ab ore, caue,
Peruigil excubias agita, nam peruigil hostis
Excubat, vt rapiat munera missa tibi.
Vt genuisse marem te perspicit, illicò currit
Vt neces hunc Pharij gens truculenta ducis. H
Natus vt est in te Christus; Rex impius ipsum
Protinus horrenda tollere morte cupit.

Hæreticus siren. Hæreticus quoq; diabolicæ naturæ particeps, & ritu sirenū, homines in cymba fidei, vel ordinis religiosi, per mare pœnitentiæ ad æternam fælicitatem properantes, falsis

Cap. 26. dogmatibus soporare conatur, vt illi à naue fidei per hæresim, vel à statu religiosi ordinis, per Apostasiam, vel à cymba gratiæ, per lethalia crimina, ad litus mundanæ nequitiæ deducantur. Quamobrem de Hæreticis hæc scribuntur ab Apostolo ad Romanos. Per dulces sermones, & benedictiones innocentium mentes decipiuntur.

Item voracitas, & nimius delicatorum ciborum appetitus, tanquam Siren, nempe vorago maris copiam eduliorum absorbet, & tandem animam suffocat, atq; perdit. Quare Faustus sic canebat.

Crapula quid præstet.
Sint ignota licet magni patrimonia Cræsi,
Immensa absumunt alta barathra gulæ.

Idcirco

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

A Idcirco optima de causa, de homine crapulam exhalante poterimus infrascriptum ectastichon pronunciare.

Qui ventrem tantùm curat, pro numine ventrem
Censet, datq; animæ pabula nulla suæ.
Pythonici ritu, qui verba ex ventre profundit,
Susq; velut viuit, sus moriturq; velut.
Truncus is, horrendumq; humano in corpore monstrum est,
Prorsus ad immanes dignus abire Feras.
Vt breuiter dicam (quale inter sydera quoddam
Nomen habet) dici debet hic Acephalos.

Quapropter homo voracitati deditus in periculis vitiorum innumeris versari creditur, iuxta illud.

Paupertatis onus vix ganeo præterit ille,
Noctes atq; dies qui bibit, atq; vorat:
B *Illius ingluuies, crapula, immoderata voluptas*
Rerum, animæ interitum, corporis atq; facit.

Id autem stabilire videtur Plautus in Mustelaria quando scripsit.

Aedes plenas esse conuiuarum, & mulierum miserum est opus.

Præter hæc, mulieres venalem formam passim exhibentes Sirenum mores imitantur, dum suis cantibus, & nutibus, iuuenes in delicijs soporant: ipsosq; de naui diuitiarum ad litus secum egestatis perducunt, & tandem ipsos fama, honore, atq; vita priuant; audiamus Plautum id mirificè explicantem his verbis. *Meretrices Sirenis assimilantur.*

Meretrix meum herum miserum suis blanditijs intulit in
Paupertem, priuauit bonis, luce, honore, atq; amicis.

Summis igitur rationibus Hugo promulgabat hæc verba. In fauo mellis duo sunt, nempe mel, & cera; in facie meretricis pariter duo, decor, & gratia, nimirum pulchritudo oris, & dulcedo sermonis conspiciuntur. Cera succendit ignem, mel præbet dulcedinem: sic meretricia pulchritudo igne libidinis inflammat carnem, & blandimento lenocinantis sermonis inuertit mentem. Quamobrem poterimus non iniuria vnà cum
C Fausto hanc germanam decantare veritatem.

Non secus est aliud, nisi blanda, & fabula Sirena,
Quæ trahit humanum sub vada cæca genus.

Itaq; homines in hoc casu Vlyssem imitari debent, qui, vt legitur in historijs, loca Sirenarum, obturatis auribus, tutò pertransiuit. Vnde non immeritò scripsit Amos, *Auser à me tumultum carminum tuorum, canticaq; lyræ tuæ non audiam.* Immò id eleganter expressit Diuus Hieronymus in Prologo, dum dixit. Nos autem ad patriam properantes lethiferas Sirenum cantilenas, surdis auribus, transeamus. Quamuis alij satius esse existiment, conspecto periculo, confestim recedendum esse: quoniam libidinem longè certius fuga, quàm dimicatione vinci posse opinantur. Ideoq; ad rem non iniucundum ectastichon pigebit exarare. *Modus euitandi pericula Sirenarum. Cap. 5.*

In reliquis vitijs sequitur victoria pugnam.
Vincitur at celeri sæua libido fuga.
D *Regius huic cessit vates, huic filius, atq;*
Huic Samsom fortis vir pius, & sapiens:
His cum nec sophia, nec sis pietate, nec æquis
Viribus, arripies, si sapis ipse, fugam.
Nemo etenim, nisi qui metuet fugietq; periclum,
Tutus ab hac poterit viuere peste diu.

Hanc sententiam veram esse nihil diffitetur Propertius: quandoquidem & ipse cecinit hunc in modum.

Longum iter ad doctas profecisci cogor Athenas,
Vt me longa graui soluat amore via.

Tandem per Sirenes possumus intelligere quascumq; voluptates, quæ blandis, & mellitis præstigijs, cunctos per mare huius vitæ nauigantes ad naufragium trahere conantur. Quapropter Virgilius scopulos Sirena tum describens multa defunctorum ossa memorauit his versibus. *Voluptates dicuntur Sirenæ.*

Iamq;

www.libtool.com.cn

Lamq; adeo ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat
Difficiles quondam, multorumq; oſſibus albos.

Nec præter rationem: propterea quod Poeta his verbis oſtendebat ruinam, & mortem, quæ laſciuas cogitationes, & voluptates per Sirenes deſignatas cõcomitari ſolent, hinc canebat quidam hunc in modum.

Cur ò mortales patimur non cognita Priſcis
Vlcera? quæ peſtes, mortis & omne genus?
Cur homicidia tot, ſæui cur arma Gradiui
Iamq; diu exangues gens miſeranda fatemur?
In promptu cauſa eſt, ſpreta virtute, voluptas
Regnat in orbe nocens, & vitioſa Venus.

Illi igitur facillimè ſuperabunt voluptates, qui exemplo Vlyſſis, animæ facultates, & ſenſuũ inſtrumẽta diuinis actionibus, veluti quadã cera aures referſerint: hæc enim ratione iucundos voluptatum cantus ſentientes, ſentire non videbuntur. Hic etiam recenſendi ſunt amici Sirenum naturam æmulantes, qui nonniſi hypocriſi ſtudent, & apud amicos ſemper aliquid fingunt; idq; præſtare ſolent, vt ex amicitia aliquod emolumentum haurire poſſint. Immò quemadmodum Sirenes naufragos deuorant: ita amici ſimulati aliorum carnes, nempe ſubſtantiam, & diuitias ad proprium trahunt commodum. Huius rei figura in ſacris paginis fuit Dalida, quæ tanquam Siren vaſra Samſonem ſoporauit, vt illum radere; & rodere poſſet. Quo circa ſapienter canebat ille.

Hypocrita Sirenæ diuinant.

Sed genus eſt varium, quod fraudibus inficit orbem
Falſus amor fallit multorum credula corda,
Nempe latens geſtat ſub lingua ſæpè venenum.

Prædictis addamus tanquam coronidem multitudinem hominum, qui immoderatè honores appetunt: ſiquidem Ambitioſi ſirenas imitati, blandis ſermonibus, & iucundis adulationum cantibus alios decipiunt; vt ab eis ad ſummum dignitatum faſtigium eleuentur; in quo ſtatim atq; conſtituti fuerint, cæteros aſpernantur, & occidunt. Huius exemplum ſacra demonſtrauit pagina in Abimelech filio Gedeonis ſpurio, qui ſuauiſſimis verborum præſtigijs, atq; vaſ. amentis vſus, tandem regiam dignitatem eſt conſecutus: at conſeſtim, mutatis moribus, ſuos ſeptuaginta fratres interemit. Præterquamquòd ambitioſus tanquam formoſa ſiren à cunctis diligi, & honorari deſiderat recordatus illius carminis Iuuenalis.

Ambitioſi dicuntur Sirenæ.

Satyr. 3.

At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier, hic eſt.

Immò homines ambitione tumidi aliquando ita ſeſe efferunt, vt neglecto hominum fætu, Deorum partum ſibi arrogent, dum ſibi perſuadent neceſſarium eſſe, vt cæteri homines eis æternos decernant honores. Id tamen ſolis Dijs competere Euripides in Hyppolito pronunciauit.

Ενεστι γαρ δη κ' ἀν θεων γενεσθε
Τιμωμενοις γαίρουσιν ἀνθρωπων ὑπο.
Ineſt enim ſanè Deorum generi hoc
Honore affici gaudent ab hominibus.

Demùm vt noſtra hæc hiſtoria veritatis ſcopum attingat: notandum eſt, quòd Sirenæ mendacij ſymbolum præſeferunt: cum ſcripſerit Theognis, Principium mendacij nonnihil gratiæ participare, ſed circa finem turpe lucrum. Idq; in Sirenibus manifeſtarium euaſit. At viciſſim Muſæ veritatis vexillum repræſentant: vnde Pythagoras hanc ſententiam pronunciare ſolebat. μᾶσας σειρήνων ἡγεῖσθαι, nimirum Muſæ Sirenibus ſunt præferendæ. Hoc autem proferendum eſt, quotieſcumq; ſimplex veritas iucundis, ſed pernicioſis ſermonibus eſt anteponenda. Sed aduertendum eſt, quod veritas eſt huius conditionis, vt eam ſemper Inimicitiæ perſequantur: quemadmodum per adulationem, amicitiæ pernicioſæ comparatur: libenter enim quod delectat audimus, & offendit tantùm quod nolumus. Hinc optimo iure canebat quidam.

Sirene eſt ſymbolum mendacij.

Qui vult eſſe veritatis
Cultor, & beatitatis,
Semper hic aduerſitatis
Sentiet obſtacula.

Nihilo-

www.libtool.com.cn

A Nihilominus sacræ adhærentes paginæ, facere non possumus quin asseramus. *Omnes populi clamauerunt, & dixerunt. Magnae est veritas, & praualet.* Præterquamquòd Psal- mographus asseuerantius dixit in Psalmo decimo sexto supra centesimum. *Veritas Do- mini manet in aternum.* Veritas igitur nunquam silentio est inuoluenda, iuxta illud. *Esdr. 1. 4.*

Quisquis amore, metu, pretio, atq; fauore minisue
Non loquitur verùm, sed benè facta silet.
Qui populo vt placeat, supplantat vera palato,
Hic Antichristi cursor amicus erit.

LIBRI SECVNDI FINIS.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX
RERVM, ET VERBORVM
Nec non diuersarum linguarum locupletissimus.

A

Abides quid 278.e.
Absynthiũ arcet angues 28.e.
Abrotonũ fugat angues 28.e.
Abortiui incommodi figura 150.f.
Abortus causæ 240.f.
Aconiti remedium 43.c.
Aconitum resistit veneni 137.c.
Aconitum cur lethale 123.d.
Acorus 44.g.
Acetiepidi embrocha vbi conueniat 325.d.
Acetum cur sanet morsus 203.a.b.
Acetum in morsu viperæ 138.c.
Acetivirtus in morsu Aspidum 203.a.
Accipenser piscis 265.d.
Acetositres expugnant Cerastes 178.g.
Aconitæ æquiuoca 252.g. Synonyma, & etymum 253.a. Differentiæ 253.d. Mores 254.g Icones 255.256. Locus 257.d. Moralia 258.c. Signa, & remedia venent 258.h. Vsus in medicina 259.a.
Aconitas herba 252.g.
Aconitia hasta 252.g.
Aconitiæ stellæ 252.c.
Aconitiæ color qualis 253.d.
Aconitas Gesneri 253.d.
Aconitæ alterius descriptio 254.f.
Aconitas Bellonij 255.
Aconitas alter 256.
Acus piscis Aristotelis 297.a.
Achillinorum mentio 80.c.
Adamas venenoresistit 142.f.
Adulteri assimilantur bestijs 153.b.
Adulterij simulacrum 102.f.
Adulteri supplitium 241.b.
Ægypti Elati filij mors qualis 37.d.
Æoli Thebarum regis fabula 334.f.
Ætatis simulacrum 376.c.
Ætatis hieroglyphicum 77.d.
Æsculapius sub specie Serpentis cultus 99.a.
Æsculapij icon qualis 351.c.
Æsculapij simulacrum destructum 100.c.
Æsculapij simulacrum multiplex 224.g.
Æsculapij statua vbi 103.d.
Aer igneus vbi sit 220.f.
Æternitatis hieroglyphicum 374.b.
Asis quid sit 111.a.
Africæ simulacrum 154.b.
Afrodius quid sit 180.g.
Agarico gentes Agaricæ vtuntur 44.g.
Agens vniuersale, & particulare quid 413.a.
Agricolæ dementati ob necem aspidis historia 209.b.
Alopecia 3.a.
Alopeciæ remedia 105.b. 159.d.
Alius peccat, alius plectitur 81.c.
Alexandri magni matris somnium 97.a.
Alcifmus animal 237.a.
Alcibiadium quæ planta 137.c. 144.f.
Alhumiuis oui virtus 185.c.
Allium Serpentibus inuisum 28.c.
Allij miranis 23.g.
Ampelopraſſum 44.g.
Ambrosia antidotus 45.c.
Amoris quatuor symbola 345.c.
Amoris lasciui hieroglyphicum 79.a.
Amor causa omnium 345.b.
Amputatio partis in morsu viperæ 136.g.
Amatorium vulnus qua figura notetur 150.g.
Amantes cur fatui 227.b.
Ambitiosi cur sirenes dicti 426.g.
Ammon Abbas duos serpentes habuit 90.c.
Ammodytis æquiuoca 167.c. Etymum, & synonyma 167.d. Forma, & descriptio 168.b. Icon 169. Natura, & locus 170.c. Signa, & remedia veneni 170.g.
Ammodites quomodo viperæ similis 160.c.
Ammodites piscis 167.c.
Ammodites quare cornutus 168.g.
Ammobates 168.f.
Ammobate non sunt Libyes 306.f.
Amphisbenæ æquiuoca 236.g Synonyma, & etymum 236.b. Descriptio 237.b. Icon 239.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Locus & mores 239.d. *Signa & remedia veneni* 240.g. *Hieroglyphica* 241.b. *Moralia* 241.d. *visus in variis* 242.b.
Amphisbæna piscis 236.g.
Amphisilena animal 237.a.
Amphisbæna opinio ex Matthiolo 237.d.
Amphisbæne opinio secundùm Theschium 237.d.
Amphisbæna marina ubi capiatur 238.f.
Amphisbæna cur caecutiat 238.g.
Amphisbæna gressus qualis 238.g.
Amphisbæna descriptio ex Nicandro 238.b.
Amphisbæna vigilantia 240.c.
Amphicephalon animal 236.b.
Ames quid sit 300.g.
Anagyrus Nicandri 135.c.
Anagallis 44.g.
Anchusa angelbus invisa 27.d. 137.b.
Anchusa species quædam dicitur Serpentina 50.c.
Andrias quid sit 260.f.
Andreas quid 278.c.
Ancilla spiritu Pythonis agitata 377 a.
Anguillarum generatio artificiosa 412.f.
Anguillarum natura qualis 401.f.
Anguillarum duplex genus 412.f.
Anguillæ terræfires Americanorum 307.d.
Anguilla hispota scitu digna 28.g.
Anguillæ etymum 49.b.
Anguillæ, & serpentis apologus 68.b.
Anguillæ Serpentibus amicæ 28.g.
Anguillæ sexu non distinguuntur 411.d.
Anima pr. ecantis dicitur Serpens 71.c.
Animal rarum rapia visum 409.a.
Animal quodcumq; ingigni potest ex putri materia 411.b.
Animal sine pedibus gradiens quale 92.d.
Animal quale deglubtum viuat 92.f.
Animal terracephalon 338.c.
animal bisculentum quale 268.g.
Animal quadraginta quatuor vocatum 303.c.
Animal visu, & tactu nocens 369.b.
Animal Basilisco congener 312.f.
Animalia bipara quali cute tegantur 8.g.
Animalia ex putri nata ubi 378.g.
Animalia ex putri an casu gignantur 412.b.
Animalia ictu viperæ pereuntia 133.d.
Animalia longæ vitæ quæ 150.b.
Animalia ex semine, & sine ortu, tu insidem speciei 424.g.
Animi elegantia cum pulchritudine corporis copulanda 293.c.
Anger quid sit 215.d.
Angina remedia 155.d
Angoris simulacrum 101.b.
Anguiculus 49.a
Anguis viscops ubi visus 415.b.
Anguis Æsculapij æquiuoca 268.g. *Synonyma & etymum* 268.b. *Differentiæ* 269.d. *Icones* 270. 271. *Sceleton* 273. *Descriptio* 272.f. *Anatomica* 272.g. *Natura, & locus* 272.b. *Simulacra* 272.g. *Moralia* 274.b.
Anguis Æsculapij vulgaris icon 270.
Anguis nigri Æsculapij icon 271.
Anguis Æsculapij sceleton longum 272.b.
Anguis Æsculapij morsus incommoda 274.c.
Anguis Æsculapij odor gratus 274.c.
Anguis generis promiscui 3.d.
Angais etymum 3.d.
Anguis cur Psyllis populis non noceat 25.a.
Anguigena qui 24.b.
Anguitenens qui 53.b.
Angues cornuti qui 173.a.
Anguium Septentrionalium proprietas 263.b.
Angues innocui ubi 269.d.
Angues aligeri qui 416.f.
Angues pennati 410.f.
Anguium genus prolificum 395.c.
Antidotus Heracitidis 45.c.
Antidotus ex terra lemnia 45.c.
Antidotus Eupatoris ex scinco 45.c.
Antidotus Aely Galli 45.c.
Antidotus Democratis 45.c.
Antidotus Adriani ad ictus venenatos 45.d.
Antidotus Apollodori 138.f.
Antidotus rustici medici 138.c.
Antidotus Auicennæ 138.g.
Antidotus Galli 138.g. (203.d.
Antidotus Mithridatis quæ simplicia recipiat
Antidotus noua ad morsum aspidum 204.b.
Antichristus assimilatur Basilisco 372.b.
Antichristus per Cerastem significatur 179.d.
Antonini Pij moneta 337.a.
Antonij Mirandulæ Canonici regularis mentio 363.f.
Anthropophagi populi ubi 359.d.
Anni hi. roglyphicum 341.d.
Apis sanæ mors qualis 37.d.
Aphat animal quale 408.g.
Aprocamelus animal quale 408.b.
Anni temporum simulacra quatuor 352.c.
Aparine qualis planta 125.d.
Aparine ad quid valeat 44.g.
Apes vt ad aluearia reuertantur quid agendum 108.c.
Apum virtus 45.b.
Apollinis simulacrum cum Serpente 98.b.
Apollinis pulchra statua ubi 103.c.
Apollo Draconis Insignia reportat 351.a.
Apollo cur Pythius dictus 380.c.
Appetitus humani simulacrum 102.g.
Appetitus vt excitetur quid præstandũ 225.c.
Appetitus diij ciuilas emendanda 227.b.

Appe-

www.libtool.com.cn

Aquilæ odit Serpentem 25.a.
Aquilæ & Draconis dissensus 223.b.
Aqua commendatur in ictu Serpentum 32.b.
Aqua quinta essentiæ Matthioli 45.a.
Aqua viperarum veneno resistens 140.g.
Aqua viperarum alia 162.e f.
Aqua circulatoris cuiusdam 204.b.
Aquæ marinæ virtus 205.b.
Aristolochiæ mentio 252.c.
Aristolochiæ mentio 137.b.
Aristolochia rotunda anguibus resistit 32.f.
Aristolochia longa ad quid 44.g.
Aristoteles non nouit generationē omnium animalium 412.c.
Arges Serpens 48.
Argoli serpentes qui 306.f.
Armene animal 362 g.
Armilla 3.a.
Aranei, & anguis antipathia 27.c.
Araneus piscis 301 c.312.g.
Argentum vivum in congregandis serpentibus adhibetur 33.a.
Argenti vini natura 44.c.
Arbores ad ictus serpentum 44.f.
Arborum glandiferarum vis 264.b.
Ara cum Serpente quid significet 86.f.
Araldus Norwegianus Draconem necat 335.c.
Araxa meretrix quomodo figurata 150.f.
Ari radix aduersatur aspidi 200.b.
Ari species quinq; 328 f.
Arisari species duæ 228.f.
Aracis serpens 248.g.
Asellus quid sit 302 g.
Asini pulmo ad quid 31.c.
Asia icon cum serpentibus 100.b.
Asphodelus arefactus ad quid 178.e. 185.c.
Aspidis squinoca 192.b *Synonyma, et etymum* 193 b. *Differentiæ* 193.d *Descriptio* 195.c. *Icones* 196. 197. *Natura, & mores* 198.f. *Locus* 199.d. *Antipathia, & sympathia* 200. g. *Veneni signa* 201.b *Veneni medela* 202.g. *Epitheta* 205.c *Denominata* 206.f. *Mystica, & allegorica* 206.g. *Moralia* 207.b *Historica* 209 a. *Prouerbia* 209.d. *Miracula* 210.g. *Hieroglyphica* 210.g. *Emblemata* 211.a. *Phrenosi hemata* 211.d *Simulacra* 212.f. *Vsus in cibis* 213.b. *Vsus in medicina, & in variis* 213.c.
Aspis surda qua 6.b.
Aspis cornuta qua 168.g.
Aspidis Bellonij icon 169.a.
Aspis insula 192.b.
Aspis scutum significat 192.b.
Aspis promontorium 192.b.
Aspis Vrbs 193.a.
Aspis athaos 193.c.
Aspidis species tres secundum Galenum 194 e
Aspidum tuberculæ qualia 198.e.
Aspidum color qualis 194.f.
Aspis chelidonia cuius sit longitudinis 194.f.
Aspis tabifica qualis serpens 190.b.
Aspis cherſea qua 194.f.
Aspis aconitas 253.b.
Aspis Ptyas qua 194.f.
Aspis hæmorrhois 180.f.
Aspidis specierum etyma 194.b.
Aspides nostrates vbi 195.b.
Aspidum dentes quales 195.c.
Aspidis descriptio secundum Nicandrum 195.d.
Aspidis species quædam colore subuiridi 197.a.
Aspidis nonnisi associata egreditur 198.g.
Aspis cur visum habeat imbecillum 198.g.
Aspis auditum habet vigilem 198.g.
Aspidis vulnus quando lethalius 199.a.
Aspis Ægypto magis familiaris 200.f.
Aspis cur dicatur surda 205.c.
Aspis cur dicatur somnifica 205.d.
Aspis cur dicatur sicca 206 e.
Aspidis morsus prouerbium 209.d.
Aspis à vipera prouerbium 210.e.
Aspis obturans aures quid significet 211.d.
Aspidum sua qualia 199.d.
Aspides non sunt in Gallia 199.d.
Aspides delectantur regione calida 199.d.
Aspidum vsus in suppliciis 213 d.
Aspidum locus ex mente Veterum 210.f.
Aspidum generatio apud Ægyptios 209.b.
Aspides quomodo condiantur 213.b.
Aspidibus populi familiares qui 201.a.
Aspidiscos quid sit 206 f.
Aspidas vocabant campos 206.f.
Aster atticus 44.g.
Astrologi taxantur 227.d.
Astrologiam quis Græcos docuerit 332.g.
Astroites lapis qualis 229 b.
Athenienſium rex quis primus 80.g.
Auis pugnax quæ 406.e.
Auis similis merulæ ex putri materia genita 18.f.
Auis sana quæ 88.c.
Aues migratoriæ quæ 407.f.
Aues vt pennas mutent quid agendum 107.a.
Auari serpentibus similes 75. b.c.
Auari situs demonstratur. 383.c.
Auari hominis conditiones 224.c.
Auari hieroglyphicum 77.d.
Aurarus æmulatur aspidem 207.c.
Aurarus vocatur Draco 343.a.
Aurarus assimilatur api 383.d.
Auri cupiditas infinita 382.f.
Aurium affectarium remedia 105.d.
Aulicus demorsus à vipera 134.c.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Auceps demorsus à Dipsade 228.g.
Auicennæ opinio circa productionem animalium 413.d.

B

Baccharis 44.b.
Balsamum radicale quale 12.e.
Balsamum ad ictus Serpentum 44.f.
Babyloniæ muri ex qua materia constructi 34.f.
Baron Serpens 269.b.
Basilisci Aequinoca 361.a. *Synonyma, & Etymum* 362.a. *Differentiæ* 362.b. *Icon* 363.d. *Descriptio* 364.e. *Gressus, & Locus* 365.c. *Antipathia* 365.d. *Icon alia* 366. *Generatio* 367.b. *Natura* 369.b. *Veneni signa* 371.c. *Remedia veneni* 372.e. *Allegorica, & Moralia* 372.b. *Miracula* 374.c. *Hieroglyphica* 374.g. *Phrenoschemata* 374.b. *Simulacra* 375.d. *Vsus* 376.f.
Basiliscus Numeriani filius 361.b.
Basiliscus Verenæ frater ibidem.
Basiliscus Rex Romanorum ibidem.
Basiliscus Episcopus in Ponto, ibidem.
Basiliscus piscis 361.c.
Basiliscus stella, ibidem.
Basiliscus minor quid sit, ibidem.
Basiliscus bombardæ species 361.d.
Basiliscus sylvestris origo 363.a.
Basiliscus sylvestris descriptio 365.a.
Basiliscus Crevini icon 366. (a.
Basiliscus cur adauer cur in rēplis suspēderetur 367.
Basiliscus simulacrum apud Aegyptios quomodo fingeretur 375.c.
Basiliscus silvestris in Saxonia 363.b.
Basiliscus viuens in solitudine africæ 363.d.
Basiliscus ex ria ejectus 364.f.
Basiliscus Romæ natus 374.f.
Basiliscus Chymistarum quid sit 53.d.
Bellua 45.d.
Bellua Lerna quæ 396.g.
Benantis mors quibus 37.d.
Bernicle aues quomodo generentur 410.b.
Bernicle aues sunt animalia perfecta 411.c.
Bestia polycephalos 387.b.
Betula folia vbi non deponat 22.f. 263.c.
Betonica anguibus inimica 27.d.
Bibones comparantur Dipsadi 224.f.
Bibacis hominis hieroglyphicum 229.b.
Bicipiti hieroglyphicum 241.b.
Bistorta Lonicerj quæ 29.d.
Bistorta Herbariorum 137.c.
Bitumen 45.b.
Bitumen ad Serpentes valet 34.e.
Blattaria 44.b
Boa serpens 269.g. 279.b.
Boa vernacula quæ 279.b.
Boa tumoris genus 295.a.
Boa magnus serpens 295.d.
Boa morbi genus 294.b. 295.a.
Boua quid sit 295.b.
Boæ æquinoca 294.b. *Synonyma, & Etymum* 295.b. *Natura* 295.d.
Boues, vt toto anno valeant 107.e.
Bones timore Draconis correpti 402.f.
Bombardæ enigma 361.d.
Boncompagnæ familiæ mentio 349.a.
Bononiæ Ciuitas parit bona 350.g.
Brassicæ vis 137.c.
Brutæ à viperis denominata 143.d.
Bryinus quid 259.d.
Bryoniæ mentio 44.b. *Et virtus* 137.c.
Bryoniæ vbi dicatur colubrina 50.f.
Bufonis lapis quomodo venenū detegat 142.f.
Bufo cauda anguina 61.d. 63.a.
Burgheſiæ familiæ mentio 350.f.
Butirſa quid sit 306.g.

C

Calx cum oleo vbi conueniat 283.d.
Calabricus serpens qualis 277.e.
Cadmi fabula 333.e.
Cadmus cum Hermione in anguem mutatus 66.e.
Caami socij à Serpente necati 65.b.
Caduceus Mercurij cur serpētib. insignitus 68.e.
Caduceus Mercurij in quibus monetis fuerit vsus 86.e.
Caduc.ª in manu simulacri quid significet 86.f.
Calamenthi tres species 35.a.
Callionymus piscis 167.c.
Calumniæ simulacrum 375.d.
Canopus gubernator nauis Menelai quomodo perierit 37.d.
Canobus quis 183.b.
Cathartica medicamēta quando adhibēda 41.d.
Capparis nomina 50.f.
Capparim odio habent serpentes 27.d.
Capræ multæ partes medētur ictib. serpētū 43.b.
Capræ nigræ lac medetur morsui serpentū 43.b.
Caprea demorsa ursis, ira quomodo liberata 136.g
Caprifici virtus 45.b.
Capriſolium sterens, ad quid 137.b. 139.a.
Caprimulga Serpens 206.g.
Carthamus 45.b
Catuli Serpentini qui 49.b. (136.c.
Canis rabidi remedia ad ictum viperæ valentia
Cane pejus & angue proverbium 83.c.
Candei populi qui 104.c.
Canes Draconem necant 335.d.
Cantabrica vbi dicatur serpentina 50.c.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Cancri fluuiatilis virtus 137.a.
Carbonarius Serpens 287.d.
Caro cur dicatur Siren 424.f.
Carnium pluuia 409.e.
Casus nonnullorum, qui demorsi a vipera interierunt 132.e.f.
Castitatis simulacrum 101.b.
Castoreum cum vino ad quid 178.f.
Causticum ex vipera 159.d.
Causos Serpens 214.h.216.e.
Caussidici assimilantur serpentibus 275.a.
Capanei Insigne 399.c.
Cæsaris symbolum 409.b.
Cæsaris Dict. III. numisma 337.b.
Cæcilia aquiuoca 243.c. Synonima, etymum 244.c. Differentiæ & descriptio 244.g. Icones 245. Natura, & mores 246.f. Vsus in medicina 246.g.
Cæcilia nomen proprium mulierum 243.c.
Cæcilia familia quæ. ibidem.
Cæcilia Imperati quod genus animalis. ibidem.
Cæcilia marina 243.d.
Cæcilia oppidum Hispaniæ 243.e.
Cæcilia aquatica an detur 244.g.
Cæcilia vulgaris quæ 245.a.
Cæciliæ color 244.b.
Cæciliæ dentes quales 246.e.
Cæciliæ oculi qui. ibidem.
Cæciliæ gressus. ibidem.
Cæciliæ partus 246.f.
Cæciliæ morsus remedia 246.g.
Cæcula 244.f.
Cærula 244.f.
Cæscauella Serpens. 6.e.
Cæsi pinguedo ad quid 31.e.
Cedriæ virtus 278.f.
Cedrus fugat Serpentes 32.e.
Centaureæ virtus 44.b.
Centaurus fellæ Hydræ accatur 390.f.
Ceraſta qui 171.c.
Ceraſtia 171.c.
Ceraſtia quid 171.b.
Ceraſtis maxillaris mentio 172.g.
Ceraſtibus redundat africa 176.h.
Ceraſtis temperamentum 176.g.
Ceraſtis greſſus 173.d.176.f.
Ceraſtes quot habeat cornua 7.c.
Ceraſtis aquiuoca 171.a. Synonyma, & etymum 171.d. Differentiæ 172.g. Descriptio 173.b. Icones 174.& 175. Natura, & mores 176.e. Locus 176.h Veneni signa 177.b. Medela 178.e. Epitheta 178.h. Moralia 179.a. Vsus in medicina 179.c.
Ceraſtis descriptio ex Bellonio 173.b.
Ceraſtes insectis genus 171.a.
Ceraſtes nomen promiscuis generis 171.a.
Ceraſtes Cerui epitheton 171.b.
Ceraſtes nomen viri 171.b.
Ceraſtes cometæ species 171.b.
Ceraſtes piscis 171.b.
Ceraſtes cur crinalis dicatur 178.h.
Ceriſtalis quid 122.c.
Cerui quo tempore non edules 26.f.
Ceruorum duplex genus. ibidem.
Ceruorum multæ partes venenis reſiſtunt 31.b
Cerui etymum 49.c.
Cerui maris genitale ad quid 137.a.
Cerui coagula virtus. ibidem.
Ceruonis deſcriptio 266.h.
Ceruonis anguis meminit Faloppius 266.g.
Cerasi viperini virtus 156.f.
Ceratum viperarum quale 162.c.
Centrina, seu centrites quid 168.e.
Cereris simulacrū quomodo fingeretur 358.c.
Cepa colubrina quæ 59.g.
Cepa cum aceto ad quid 138.f.
Cenchri aquiuoca 247.a. Synonyma, & etymū 247.c. Deſcriptio 249.a. Natura 249.c. Icon 250. Locus 251.a. Venenisigna 251.c. Medela 252.e.
Cenchros 247.a.
Cenchris. ibidem.
Cenchrites. ibidem.
Cenchrines. ibidem.
Cenchrias. ibidem.
Cenchrus ſemen 247.b.
Cenchrus auis. ibidem.
Cenchrus adamantis genus. ibidem.
Cenchrites gemma. ibidem.
Cenchrites genus herpetum 247.c.
Cenchrus animantes flagellat 249.e.
Cenchri color 249.a.
Cenchri greſſus 249.d.
Cenchris Veterum Bellonij 250.c.
Cenchri morsus generat putredinem 251.d.
Centipeda quid ſit 402.g.
Cecropis filiæ quos fuerint 332.f.
Chamæleæa, & chamæleon confunduntur 214.g.
Chamæleontis, & Serpentis inimicitia 27.b.
Chamædrys 44.b.
Chamæpitis 44.b.
Chamæciparissus 35.b.
Charitatis ardore homines mouentur 354.e.
Chelidonium 44.b.
Cherſydrus 6.g.253.b.
Cherſydri cernix qualis 8.f.
Cherſydal quid 260.f.
Chelydrus animal 260.f.
Cherſydrus ſerpens qualis 277.b.
Cherſydrus Nicandri quid ſit 277.c.
Cherſydrus piſcibus, & ranis veſcitur 279.c.
Cherſydrus Greuini 280.c.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Chrisantemum valentinum dicitur herba Serpentis 50 g.
Christus dicitur virga mystica 70.e.
Christus Serpens mysticus 70.e.
Christus coluber dictus 70.f.
Christus mortem extinxit 148.g.
Christianæ virginis miraculum 220.f.
Chrysocephalos 362.b.
Cibus Serpentum iuxta opinionem Arist. 23.b.
Ciconiæ stomachus ad quid 203.b.
Ciconiæ medentur morsui Cenchri 252.f.
Ciconiæ cur odio habeant Serpentes 25.c.
Cimices Serpentibus aduersantur 200.b.
Cinnabaris Plinij quid sit 329.b.
Cinnabaris factitiæ 329.c.
Citri virtus admiranda 203.a.
Clinopodium 44.b.
Cleopatræ interitus qualis 199.a.
Cleopatræ ancillarum nomina 192.b.
Cleopatræ mors cur difficilis cognitu 201.b.
Cleopatræ statua 213.a.
Cælestis vis qualis 213.b.
Cocatrix quid sit 327.d.
Colocasiæ florem, & pistillum emittit 328.f.
Colocasij on remedium toxici 392.f.
Colici affectus remedia 105.d.
Color cutis cur in morsu viperæ varius 135.d.
Coluber pro Serpente 3.c.
Coluber pro Hydro 3.d.
Coluber Columellæ quid sit 48.e.
Coluber sacer qui 193.c.
Coluber Thebanus qui 172.e.
Coluber aquatilis quale animal 277.e.
Colubri etymum 3.c.
Colubri morsus cura 284.f.
Colubra quid sit 3.d.
Colubræ ventris cæcæ quales 3.d.
Colubræ dicebantur Furiæ 48.b.
Colubraria insula 21.a.53.a.
Colubrificum monstrum 49.b.
Colubrina bombardæ species 53.d.
Collyria cum cinere viperæ 159.d.
Columbæ viua dissecta cum Serpentis conuenit 43.a.
Conchæ est triplex 35.b.
Confectio Hermetis 46.c.
Concordiæ simulacrum 101.c.
Conscientiæ simulacrum 101.b.
Contemptus voluptatum 101.d.
Coniugij reuerentia quæ 153.a.b.
Contagionis simulacrum 376.c.
Conuersionis simulacrum 401.a.
Concupiscentia quotuplex 424.f.
Coronopus dicitur Serpentina 50.c.
Coronæ querna cui concederetur 351.c.
Cornua, & vnguæ animalium ad quid 142.c.
Cornu Serpentis virtus 142.g.
Cornu Cerui ad quid 45.b.
Cornix scorpium proverbium 83.c.
Cornu capræ, vel damæ ad quid 34.c.
Corui, & Serpentis apologus 69.a.
Cortina tripodis Phœbi ex quæ materia 107.c.
Corruda 44.b.
Crocodili terrestris stercus ad quid 31.c.
Cretæ insula habet viperas 172.b.
Crocis herba 144.c.
Cristalis quid sit 172.c.
Crapula fugienda 226.c.
Crapula quid præstet 424.b.
Cræsus Polonorum princeps Draconem interemit 327.a.
Cruciator Serpens qui 215.d.
Cucumis anguinus cur ita dictus 50.f.
Cucurbitæ anguinæ quæ 50.f.
Cucurbitulæ an conueniant in ictu serpentum 42.c.
Cuminum syluestre 44.b.
Cuffi Serpentes qui 194.g.
Custodiæ simulacrum quale 358.b.
Cydonia toxici remedia 392.b.
Cyclaminus 44.b.
Cynoglossa minor quæ 144.f.
Cynoglossa 44.b.
Cyperus 44.b.

D

Dactyli marini qui 411.a.
Dæmon Euæ decipiens cur potius Serpentis, quàm Columbæ formam induerit 91.d.
Dæmones omnes cur Serpentes dicti 71.a.
Dæmones Pythones nominantur 340.f.
Dauci virtus 44.b.
Detractores similes aspidibus 208.c.
Detractores taxantur 227.c.
Detractores cur similes Serpentibus 76.b.
Detractores Pythoni comparantur 384.b.
Delatores similes iaculis 258.c.
Dentes humani ad quid 138.b.
Dentitionis remedium 155.d.
Dendrogatla 260.f.
Deus vltionum quando dictus 352.g.
Deus vocatur Alpha, & Omega 252.c.
Deliastæ qui 380.g.
Demetrij Phalerei mors qualis 33.c.
Democratiæ simulacrum quale 100.b.
Diaboli symbolum vipera 146.c.
Diabolus Serpens dicitur 70.b.72.b.
Diabolus cur appellatur Draco 340.g.342.c.
Diabolus comparatur ad Dipsadem 207.b.
Diabolus Cerasti assimilatur 179.b.

Dia-

www.libtool.com.cn

INDEX.

Diabolus comparatur Basilisco 373.b.
Diabolus Lipsiadi similis 228.e.
Diabolus cur Siren dictus 424.g.
Diademata regum Ægypti qualia 210.g.
Diematon quid sit 45.e.
Dictamnum 44.b.
Dictamnum fugat Serpentes 32.e.
Dictamnum album 137.d.
Diacidnes quid sit 145.b.
Diogenes soeculo delectabatur 293.d.
Dipsas discrepat à vipera 6.g. 316.g.
Dipsas non est in Italia. ibidem.
Dipsas non habet varietatem colorum 217.b.
Dipsas Tantalo similis 217.d.
Dipsas ictu sitim excitat 219.a.
Dipsadis locus natalis 217.a.
Dipsades versantur in solitudine 217.c.
Dipsadis morsus symptomata 219.c.
Dipsadis descriptio ex Luciano 220.g.
Dipsades morsu lassus cur crucietur siti 223.c.
Dipsadis morsus reddit hominem similem Hydropico 221.b.
Dipsadis morsus immedicabilis 222.f.
Dipsas est terra arida 214.f.
Dipsas spinae genus 214.f.
Dipsades Danaïdes filiae 214.g.
Dispadis aequiuoca 214.c. Synonyma, & etymum 215.a. Differentiae 217.f. Descriptio 216.b. Natura 217.c. Icon 218. Locus 220.e. Signa veneni 221.a. Medela 222.f. Mythologica 223.b. Moralia 224.c. Emblemata 228.f. Hieroglyphica 229.b.
Discordiae simulacrum 102.f.
Diuitis mendici phrenoschema 347.d.
Diuersa medicamenta vbi conueniant 222.g. 268.c.
Domus vt Serpentibus plena appareat 18.f. 107.b.
Dolor inguinum comitatur morsum Cerastis 177.c.
Dolorum remedia 242.b.
Draconis aequiuoca 312.f. Synonyma, & etymum 314.f. Differentiae 317.a. Descriptio 319.d. Mores 320.b. Coitus, & partus 321.c. Locus 321.d. Victus 322.g. Antipathia 323.b. Venenum 324.b. Veneni signa, & remedia 325.c. Fugadi, & capiendi ratio 326.f. Denominata, & cognominata 327.b. Epitheta 330.g. Fabulosa 331.a. Prouerbia 334.b. Historica 335.a. Numismata 337.a. Miracula 337.c. Prodigia, & praesagia 339.a. Somnia 339.c. Mystica, & allegorica 340.c. Hieroglyphica 341.d. Moralia 342.c. Emblemata, & symbola 344.c. Phrenoschemata 346.b. Insignia militaria, & gentilitia 348.g. Alluſiones symbolicae 350.g. Simulacra 356.c. statuae 359.b. Vsus in cibis 359.d. Vsus in medicina 360.c. Vsus in vanis 360.g.
Draco pro serpente 4.f.
Draco alatus Bononiae visus 421.b.
Draco marinus Plinij 296.f.
Draco nomen proprium virorum 312.f.
Draco grammaticus 312.f.
Draco medicus. ibidem.
Draco piscis 312.g.
Draco domorum 312.g.
Draco herba 313.a.
Draco arbor. ibidem.
Draco fluuius. ibidem.
Draco vitis. ibidem.
Draco volans 313.a. 313.d.
Draco caelestis 313.b.
Draco diabolus 313.c.
Draco chymistarum quid sit 313.c.
Draco mons. ibidem.
Draco nomen laquei, ibidem.
Draco nomen fistulae 313.d.
Draco ex lupo, & aquila 317.d.
Draco cur difficulter comprehendi possit 320.g.
Draco quando sibilum emittat 320.h.
Draco ex India delatus 322.e.
Draco syluestris herba 328.e.
Draco hortensis herba. ibidem.
Draco cur inter duas Vrsas locatus 332.e.
Draco pastoris nomen 332.g.
Draco Ianuinus 333.b.
Draco non audet mordere improbos prouerbium 334.b.
Draco Chiorum qualis 335.a.
Draco altorem suum tutatur 335.d.
Draco pastoris custos 336.f.
Draco Babylonsorum qualis 337.c.
Draco vi Deiparae Virginis extinguitur 337.d.
Draco cur pingatur apud simulacrum D. Margaritae 338.f.
Draco à S. Hilarione necatur 338.f.
Draco praesagis potentiam 339.a.
Draco praesagit dignitates 339.c.
Draco in gemmis celatus, & per quietem visus quid indicet 339.d.
Draco conculcans aquas quid denotet 340.f.
Draco vinctus ab Angelo quid indicet 340.g.
Draco Delphicus 377.c.
Draco apteros Greuini 379.a.
Draco Bononiensis quo tempore inuentus 400.c.
Draco Bononiensis fuit tardi motus 405.d.
Draco nunquam visus in Europa 406.g.
Draco magnus denotat Luciferum 340.e.
Draco magnus mulieri pariturae assistens quid demonstret 340.g.
Draco septiceps in Apocalypsi quid significet 341.d.

Draco

www.libtool.com.cn

INDEX.

Draco cũ elephante pictus quid designet 346.f.
Draco ad fores Palatij 346.h.
Draco cum Aquila supra sphæram 347.d.
Draco pingitur in Insigni gentilitio multarum familiarum 348.h.
Draco apud Ægyptios erat hieroglyphicum Regis 391.b.
Draco truncata cauda quid indicet 352.f.
Draco horti Hesperidum quid designet 355.a.
Draco vinus vbi coleretur. 356.b.
Draco cur addatur simulacro Michaelis Archãgeli 358.h.
Draco reperius in macerijs domũ diruta 363.b.
Draco ex lupo, & aquila 317.d
Draco cur difficulter comprehendi possit 329.g.
Draco quando sibilum emittat 320.b.
Draco ex India delatus 322.e.
Draco siluestris herba 328 e.
Draco hortensis herba. ibidem.
Draco cur inter duas Vrsas locatus 332.e.
Draco pastoris nomen 332.g.
Draco lanuinus 333.b.
Draco non audet mordere improbos prouerbium 334.b.
Draco Chiorum qualis 335.a.
Draco altorem suum tutatur 335.d.
Draco pusionis custos 336.f.
Draco Babiloniorum qualis 337.e.
Draco vi, Deipare Virginis extinguitur 337.d.
Draco cur pingatur apud simulacrum D. Margaritæ 338.f.
Draco à S. Hilarione ne catur 338.f.
Draco præsagit potentiam 339.a.
Draco præsagit dignitates 339.e.
Draco in gemmis celatus, & per quietem visus quid indicet 339.d.
Draco conculcans aquas quid denotet 340.f.
Draco vinctus ab Angelo quid indicet 340.g.
Draconis, & serpentis etymologia eadem 312.h.
Draconis etymum ex Scaligero 314.f.
Draconis intestinum longum centum, & viginti pedes 317.e.
Draconis dentium numerus 320.e.
Draconis discrimen ratione cristarum 320.f.
Draconis cauda ineſt magna vis 320.h.
Draconis partus monstrificus 321.b.
Draconis morsus qualis 324.h.
Draconis sanguis lethalis 325.b.
Draconis fel apud Chymistas quid 330.e.
Draconis cauda apud Chymistas quid 330.f.
Draconis cauda, & caput apud Astrologos quid. ibidem.
Draconis fel sub specie mellis prouerbiũ 334.b.
Draconis icon aues per terre facit 336.h.
Draconis Apocalypsis cauda expositio allegorica 341.e.
Draconis simulacro gemma insignita 350.e.
Draconis præsagia quæ 350.h.
Draconis figura in Aeolopilis 356.f.
Draconis caput sub limine 356.g.
Draconis simulacrum diabolicum 356.g.
Draconis effigies cur simulacro Minerue adderetur 357.b.
Draconis icon cur pingeretur cum Æsculapio 357.e.
Draconis icon cur adderetur simulacris Heroum 358.g.
Draconis Bononiensis descriptio 402.b.
Draconis Bononiensis pedũ situs 302.b. *Squamæ quales* 403.e. *Extremitas caudæ qualis. ibidem. Dentes, & oculi quales.* 403.d. *Icon* 404. *Generatio* 405. *An aliunde migrauerit* 406.e. *An cum pluuia deciderit* 407.e. *An ex congressu diuersorum animalium natus* 408.f. *An ex putri materia genitus* 410.b.
Draconis Bononiensis vera generatio 415.a.
Draconis alati icon ex Gesnino 419.
Draconis alati figura ex Perco 420.
Draconis Æthiopici icon 422.
Draconis Æthiopici icon cũ eminẽtijs dorsi 423.
Dracones sunt armilla 313.d.
Dracones simulati ex Raia 314.e. 315. 316.
Dracones elephantorum interfectores 317.b.
Dracones centum cubitorum vbi. ibidem.
Dracones maximi in Brasilia 317.b.
Dracones vbi adorentur 318.f.
Dracones anserinis pedibus 318.b.
Dracones ciures quis habuerit 321.b.
Dracones habitant deserta loca 321.d.
Dracones an vsuipari, vel ouipari 321.e.
Dracones sub æquinoctiali versantur 322.g.
Dracones aliquando venantur aues 322.b.
Dracones montis Atlantici quales 325.a.
Dracones venenati vbi 325.b.
Dracones pugnantes facile capiuntur 426.f.
Dracones extra ciuitatem pelluntur à Matthæo Apostolo 338.e.
Dracones ignei in acie visi 339.b.
Dracones alatos quis viderit 423.b.
Draconum color qualis 317.e.
Draconum palearia quæ 318.d.
Draconum discrimen ratione oris 319.d.
Draconum ætas qualis 321.a.
Draconum vrbs quæ 329.d.
Draconum mons 329.d.
Draconum fons vbi 330.e.
Draconum partes medicinæ inseruiunt 360.e.
Draconum adeps ad quid 360.e.
Draconum oculi ad quid 360.f.
Draconum cor, & hepar ad quid 360.g.
Draconum lapis quid valeat. 360.h.
Draconum alatorum locus 421.e.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Draconum alatorum natura 421.d.
Draunculi pisces qui 327.d.
Draunculus mator quid sit. 320.f.
Draunculus aquaticus serrato folio 328.e.
Draunculus minor quæ planta. ibidem.
Draunculus morbi species 328.g.
Draunculus quid sit 44.h.
Draunculea serpentes necat 27.d.
Draconites gemma 50.h.
Draconcopedes serpentes 318.f.
Draconitides quis 327.b.
Draconitius iudex Campaniæ 327.b.
Draconitius episcopus 327.e.
Dracona mulier 327.e.
Dracontion vitis 327.d.
Dracontium triticum 328.e.
Draconon quid sit. ibidem.
Draconarij qui 327.e. 348.e.
Draconigena vrbs quæ 328.d.
Draconigenæ qui fuerint 327.e.
Dracontia ficini 329.b.
Dracugna quid sit 329.e.
Draconus fluuius 330.e.
Dryinus quid 6.g.
Dryini cutis qualis 261.b.
Dryini morsus accidentia 263.d.
Dryini vsus in sacrificijs Bacchi 265.a.
Dryinus Crucius quid sit 262.e.
Dryini aquiuoca 259.a. *Synonyma, & Etymum* 259.a. *Descriptio* 261.a. *Natura, & Locus* 261.e. *Icon* 262. *Signa veneni* 263.d. *Medela* 264.b. *Vsus* 265.a.
Durinos quid sit 306.g.
Dysenteria remedia 105.d.

E

Ebrij quid præstent in mensa 224.b.
Ebuli radix quid præstet 32.e.
Echidna nomen aquiuocum 4.f.
Echidna chimeræ mater 108.g.
Echidna nympha ibidem.
Echidna musæ species 108.b.
Echidna pro hydra 108.b. 109.a.
Echidnæ etymum 109.d.
Echidnios herba 144.e.
Echidrion quid sit 144.g.
Echidnon vrbs 144.b.
Echidnia quid sit 145.c.
Echinus serpenti inutsus 26.b.
Echium cur valeat contra Serpentes 35.b.
Echium palustre quid 144.f.
Echion nomen virorum 143.b.
Echion medicamentum 145.a.
Echium herba 144.f.
Echite herba 144.g.
Echites gemma 50.g.
Echeon quid sit 145.a.
Echendra quid sit 109.a.
Echydrus 278.e.
Elaphis aquiuoca 265.c. *Synonyma* 266.e. *Descriptio* 266.b. *Icon* 267. *Morsus Medela* 268.e.
Elaps serpens 265.c. 266.e.
Elops serpens 265.c. 266.c.
Elops piscis rarus 265.e.
Elops cum Cæcilia confunditur 266.f.
Eloquentiæ symbolum fuit orpheus 84.b.
Electionis simulacrum 101.c.
Elephanti inimici serpentibus 26.e.
Elephantis adeps quid præstet 31.b.
Elephanti fel ad quid 45.b.
Elephanti cur anguimane dicti 49.b.
Elephanti, & Draconis dissensus 324.e.
Elephantiasis quid sit. 48.e.
Elephantiasis cura 157.a.b.c.d. 158.e.
Elephantias serpens 265.e. 331.b.
Elephaboscum 44.b. 50.e.
Elixir metalla transmutans 369.a.
Ellebori natura 151.c.
Embolines quid 44.f.
Emplastra ad ictus serpentum 46.e.
Emplastrum sacrum ad quid 140.e.
Enhydrus quid 276.e.
Enula cur serpenti inimica 28.e.
Enula cur serpentina dicta 30.e.
Epipactis 44.f.
Epilepsiæ remedia 161.a.
Epirotæ venerantur pythonem 385.d.
Equus, vt tanquam mortuus humi decumbat 107.a.
Equi stranguriæ remedia. ibidem.
Equi vlcerum remedia ibidem.
Eruca bicauda 60.b.
Eruca cauda anguina 60.b. 61.a.
Eruca oleum ad quid valeat 31.e.
Erica ad quid 44.b.
Erotici affectus medela 227.a.
Eraton quid sit 306.g.
Erichtonius quis fuerit 332.e.
Eryngium 44.b.
Erythrodanum ad quid valeat 35.d.
Essentia viperarum 162.e.
Ethnici Dracones dicuntur 341.a.
Euridices interitus 37.a.
Euphorbium 45.b.
Excantationes damnantur 31.a.
Excedra animal 386.g.
Excetra quid sit ibidem.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

F

Facies vt horribilis appareat 107.d.
Facies ne vllã contrahat maculam 105.a.
Fagus vipera inuisa 123.b.
Fallacia Draconis nomine notatur 340.b.
Familiæ à Serpentibus cognominatæ 49.a.
Famulus Serpens 248.g.
Faustinæ somnium 97.b.
Febrium calor quo præsidio remittatur 144.g.
Febris ardens cur morsum viperæ sequatur 135.a.
Febris quartanæ remedium 161.a.213.c.
Febris malimoris præsidia 161.d.
Feles volantes vbi 318.g.
Felis,& anguis odium 27.a.
Fellis viperæ remedium 140.b.
Fernelij opinio circa carnem viperatum 157.d. 158.e.
Ferula 44.b.
Ferrum quomodo temperetur vt marmor incidat 107.c.
Ferri pluuia vbi contigerit 408.e.
Filix aduersatur Serpentibus 32.f.
Filius aduersus matrẽ conspirans quomodo pingeretur 150.f.
Fides perseuerantiam expostulat 353.e.
Flos calendulæ nomen unde 301.c.
Fœniculo cur Serpentes delectentur 29.a.
Fœniculum baccatum quid sit. ibidem.
Fœniculi vis 44.b.
Fœtus serpentinus 59.d.
Fœtus mortui eductio 106.e.
Fœneratores viperis similes 148.e.
Fœneratores vocantur Dracones 342.b.
Felicitatis symbolum quale 355.b.
Formicæ sua iacet bilis 83.c.
Fratricidij causa quæ 399.b.
Fraudis simulacrum 102.e.
Fraxinus serpentibus inuisa 27.c 402.f.
Fraxinus viperæ inimica 123.c.137.c.136.b.
Fraxinelle virtus 137.c.
Fructus arborum an venenari possint à Serpentibus 257.b.
Fulmen quid sit 52.g.
Fulicæ sanguis ad quid 137.b.
Fungi vbi lethales 132.f.
Furfures mouentur morsu viperæ 139.b.
Furiæ infernales quibus appellentur nominibus 48.g.
Furoris implacabilis hieroglyphicum 77.c.
Furoris simulacrum quomodo pingatur 212.b.

G

Agates impedit Serpentum morsum 32.b.
Galbanum fugat serpentes 32.b.
Galenis quia sit 145.b.
Gallus, & gallina, qua ratione adhibeantur in ictu Serpentum 43.a.
Gallus cauda anguina 62.a.
Gallus timetur à Basilisco 365.d.
Gallus monstruosus cauda Draconis 415.c.
Gallus gallinaceus an ouum edat 367.c.d.
Galli decrepiti ab incubatu vix fustibus abiguntur 367.c.
Galli cerebrum ad quid 136.a.
Galli fel, & cercus ad quid 137.c.
Gallinæ quomodo carne viperina nutriantur 158.b.159.a.b.
Gallina viua dissectæ quomodo abhibẽda 223.a.
Garamantes populi Libyæ 220.c.
Garamantes homines frugales 220.f.
Genius bonus quomodo pingeretur 85.d.
Gentianæ maioris virtus 44.b.
Geryonis boues 108.b.
Getæ numes sua quale 337.a.
Gigantes cur pingerẽtur obtortis cruribus 77.c.
Glacialus 44.b.
Glandium virtus 44.b.
Glandosa animal 260.f.
Glires quando sint venenati 132.f.
Glossopetra quid sit 52.f.
Glossopetra Plinij quæ 285.b.
Glossopetra magna vbi 285.b.
Granum Syriæ marmoris species 51.a.
Granatorum radices ad quid 170.g.
Gramen iunat demorsos à Dracone 326.a.
Gramina medicata quæ 326.f.
Gratia S. Pauli quæ, & vbi 21.c.
Griphus de ijs quæ sunt cadem in cœlo, in terra, & in mari 3.a.
Gryphes odio habent Dracones 324.g.

H

Hæmorrhoidum remedia 105.a.
Hæmorrhois aquinoca 179.d. *Synonyma, & etymum* 180. *Descriptio* 181.a. *Natura* 181.d. *Icon* 182. *Locus* 183.d. *Signa venenii* 184.e. *Medela* 185.b.
Hæmorrhous, & Hæmorrhois differunt 179.d.
Hæmorrhois venenum genus 179.d.
Hæmorrhous significat mulierem ibidem.
Hæmorrhoi gressus qualis 181.a.
Hæmorrhoi ictu cur sanguis manet ab omnibus partibus 184.b.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Haemalopathon quid sit 328.c.
Haematitis animal 362.b.
Haemus mons cur ita dictus 67.c.
Haeresis simulacrum 103.b.
Haeresis hydræ comparatur 397.c.
Hæreticus cur dicatur Siren 424.b.
Hæretici cur similes anguibus 77.b.
Hæresiarchæ viperis similes 138.e.f.
Halicacabum 45.b.
Halicacabum aduersatur aspidi 200.b.
Handrius quid sit 278.c.
Harmene animal 362.g.
Harpocratis simulacrum 100.g.
Hasta regalis quid sit 35.c.
Hedera, cur angues delectentur 29.a.
Heliochrysos 362.b.
Heliotropij virtus 44.b.
Hemerocallis 45.b.
Herba echidnæ 35.b.
Herba Balin tua vis 38.c.
Herba de Corso qua 139.b.
Herba natricum qua 50.g.
Herba indica ad viperas coercendas 130.f.
Herba Serpentum quæ 59.g.
Hercules impetum amnis compescit 395.c.
Hercules nec etiam cõtra duos prouerbiũ 397.a
Herculis cursus qualis 59.c.
Herculis imago cum Serpentibus vbi 100.g.
Hesperidum nomina 332.f.
Hesperiæ puellæ mors qualis 37.a.
Hirudines conueniunt in ictu Serpentum 42.f.
Hilarius in Gallinaria insula metam angustus constituit 89.b.
Historia rustici ab Acontia læsi 254.c.
Historia pastoris percussi à iaculo 257.b.
Historia iuuenis capti desiderio videndi Draconis 335.b.
Hippobos quid sit 408.b.
Hippelaphos animal 409.b.
Hœdus in ictu veneni conuenit 43.b.
Homo mitis, & patiens similis angui Æsculapij 275.b.
Homo nudus à Serpente timetur 248.
Homo ictunus percussus à vipera cur magis patiatur 141.d.
Homicidæ cur Serpentes dicti 76.f.
Hominis saliua Serpentes necat 24.g.
Hominis crudelis signa 24.e.
Hominis iuuenescentis hieroglyphicum 78.b.
Homines parui mentis cur sint fallaces 24.e.
Homines infœcundi qui 9.c.
Homines ex stirpe D. Pauli 230.f.
Homines ancipites similes Amphisbænæ 241.c.
Homines habentes in ventre anguem quomodo liberentur 292.f.
Homines aliqui assimilantur Natrici torquatæ 393.b.
Homines migrantes, & remigrãtes qui 406.g.
Homines fastosi similes Natrici torquatæ 293.c.
Homeri poemata listeris aureis exarata vbi 317.c.
Hostes elanculary quales 241.d.
Humanæ conditionis deploratio 11.a.
Hydri equinoca 275.c. *Synonyma, & etymum* 277.a. *Differẽtiæ, & descriptio* 278.g. *Mores* 279.c. *Icon* 280. *Locus* 282.f. *Signa veneni* 282.b. *Medela* 273.b. *Epitheta* 274.g. *Denominata* 285.a. *Prouerbia* 285.c. *Moralia* 286.c. *Vsus in medicina* 286.g.
Hydrus vrbs 276.c.
Hydrus constellatio 276.f.
Hydrus Dioscoridis 277.c.
Hydrus in aquis pulchrior 278.g.
Hydrus magnus qui 279.a.
Hydrus in dolio prouerbium 285.c.
Hydrus marinus genuinus 297.c.
Hydri fabula 276.g.
Hydri Greusmi descriptio 278.b.
Hydri locus qualis 279.a
Hydri aquis caldis delectantur 282.g.
Hydri morsus symptomata ex Ætio 283.a.
Hydri vulgares innoxij 284.g.
Hydri dentes ad quid 280.g.
Hydri sphar 280.f.
Hydri marini synonyma, & etymum 296.f.
Hydri marini differentiæ, & descriptio 296.g.
Hydri marini icones 298.299.300.
Hydri marini magnæ molis vbi 296.g.b.
Hydri marini, & fluuiatilis differentia 301.b.
Hydrorum sceur ad quid 284.e.
Hydris immitior prouerbium 285.c.
Hydra quod animal 277.b.
Hydra pro Hydœa femina 376.f.
Hydra promontorium. ibidem.
Hydra opoidum. ibidem.
Hydra insula. ibidem.
Hydra sydus cæleste. ibidem.
Hydra multorum capitum fabulosa 387.c.
Hydræ icon Venetijs visa ibidem.
Hydræ fabulosæ vera descriptio 387.d.
Hydræ fel venenum immedicabile 390.f.
Hydræ interitus qualis 394.g.
Hydræ oppidi historia 395.d.
Hydra septiceps Equitis de Corneto 389.a.
Hydra claua percutitur 394.g.
Hydra septiceps an ficticia 395.a.
Hydra fuit sophista 396.c.
Hydra magis varius prouerbium 396.g.
Hydram ficas prouerbium 396.b.
Hydram gestas prouerbium 397.a.
Hydram quis extinxerit 390.f.
Hydræ aquinoca 386.c. *Synonyma, & etymum* 386.g.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

386.g. Forma 386.h. Icones 388.389. Venenū 390.e. Locus 393.e. Ortus, & interitus 394.e. Præfatio 394.h. Historica 395.i. Epitheta 396.e. Prouerbia 396.h. Moralia 397.e. Hieroglyphica 399.a. Phrenosebomata 399.e. Simulacra 400.f.
Hydra ſua cur dicatur Cyprus 52.h.
Hydropis remedia 287.a.
Hydracia quæ ſint 295.a.
Hyæna ſerpens quid ſit 306.e.
Hypocritæ dicuntur Sirenæ 426.f.
Hypocritæ dicuntur ſerpentes 71.d. 77.a.

I

Iaculus ſerpens qui 224.f.
Iaculus ſerpens. vide Acontia.
Ianus exhibet ſymbolum veri Principis 254.f.
Iberidis virtus 45.h.
Ibis auis qualis 25.d.
Ibides conficiunt Dracones 319.a.
Ichneumon dicitur oppugnare aſpidas 49.d.
Icterica an conſequatur morſus viperæ 134.f.
Idolum Mexicanorum quale 100.f.
Ignis cur anguis ineuſſus 29.f.
Ignis ſacri medela 159.e.
Ilucinus ſerpens 260.f.
Illuuies excreta per vrinam 17.a.
Imperij ſimulacrum 78.g.
Impetigines remedia 104.g.
Impoſtores cur viperæ dicantur 143.e.
Indus Serpente terreus baptizatur 5.e.
Ingratitudinis ſimulacrum 102.g.h.
Ingratitudinis vitium quale. 153.a. 154.f.
Inedia anguibus competit 22.h.
Inobſequentis ſimulacrum 212.h.
Inuidia ſimulacrum 102.a. 400.b.
Inuidiæ hieroglyphicum 399.a.
Inuidia aſſimilatur viperæ 152.e.
Inuidi cur anguibus ſimiles 76.g.
Inuidi viperis ſimiles 147.d.
Intelligentiæ ſimulacrum 101.d.
Inſidiatoris ſimulacrum 102.f.
Inſigne gentilitium Græciæ 94.e.
Inſigne gentilitium Mediolani 94.e.
Inſigne gentilitium Gregorij XIII. 340.a.
Inſignium militarium deſcriptio 348.f.
Inſignis militaris, & gentilitij differentia 348.g.
Inſula Tyberina quam formam habuerit 274.f.
Inuſtio laudatur in ictu ſerpentum 42.f.
Ioannitius Abbas ſerpentes inſulæ in mare præcipitat 88.b.
Ioannis Abbatis miraculum 174.e.
Ioannis Auguſtini Cucchij mentio 315.a.
Ioſephi de Sanys pharmacopœi mentio 126.h. 160.g.
Iracundi viperis ſimiles 147.d.
Iracundi remedium 292.b.
Iſidis corona qualis 211.g.
Iſiaca tabula quid repræſentet 212.f.
Iudicis ſimulacrum 101.e.
Iudæi cur progenies viperarum dicātur 146.f. 137.c.
Iulianus Saba in ſolitudine magnum necat Serpentem 89.a.
Iupiter in anguem mutatus 65.a.
Iuniperi bacce ad quid 137.d.
Iumentorū à viperis demorſorū medela 141.b.c.
Iuſtitiæ rectæ ſimulacrum 101.e.
Iuris diuini dogmata quis manifeſtet 354.c.
Iuuentus quomodo conſeruetur 159.b. 162.c.

K

Kerſudurus 278.e.
Karmene animal 262.g.

L

Labrum Veneris planta 214.g.
Labuta, ſeu anabula quid ſit 32.f
Lac quomodo ſeruetur ab anguibus intactum 28.e.
Lac Colubri quid ſit 50.f.
Lacerti cur Serpentes dicantur 2.g.
Lacerta chalcidica 186.f.
Lacertorum figura qualis 409.d.
Lacertorum ova qualia 410.e.
Lacertus viridis cū Serpētibus præliatur. ibidē.
Lacertus aſſiſtit homini dormienti 410.f.
Laocoontis icon 252.f.
Laocoontis ſtatua vbi 103.e.
Laocoontis filiorum nomina 6.e.
Laodiceæ ciuitatis Aſiæ mores 208.h.
Lapis ceraunius quid ſit 52.f.
Lapis ſerpentis ad quid 44.e. 140.e.
Lapis hæmatites 140.e.
Lapis Iſlebianus qui 51.b.
Lapis gagates veneno reſiſtit 142.f.
Lapis ex quo as conficitur. ibidem.
Lapis praſſius venenum detegit 142.f.
Lapis viperinus qui 144.b.
Lapis piſciformis 51.b.c.
Lapis ouo ſerpentino Plinij ſimilis inuentus in agro Bononienſi 52.e.
Lapis malacenſis qualis 203.e.
Lapis Hiſtricis qualis 203.e.
Lapis genitus in Hydris 281.e.
Lapis hydrinus qualis 283.a.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Lapidis specularis conditiones 405.c.
Lapidis Hydrini probitas examinatur 286.h.
Lapidis hydri generatio 282.e.
Lapidis Hydri extrahendi ratio 281.d.
Lapilli animalium valent contra serpentes 142.e
Laphiati serpens 256.e.
Lasciuia comparatur ocyali 235.a.
Lasciuia quomodo dometur 25..d.
Lasciui comparantur natricibus 286.f.
Laser quid sit 36.e.
Laserpitium quid sit ibidem.
Leberis quid sit 84.e.
Leberide asperior prouerbium 84.f.
Leberide inanior prouerbium 83.e.
Leberide caecior prouerbium. ibidem.
Leopardi odor serpentes fugat 26.e.
Leontopetalon 42.b.
Leonina pinguedo ad quid 31.b.
Leoserpens qui 248.e.
Lemnij opinio circa generationē Basilisci 368.b
Lenones Dracones dicuntur 343.e.
Leprae remedia 12.e.104 g.105 g.157.b.
Leprosę mulieris casus 157.b.
Leprosorum liberatorum historiae 158 g.h.
Lerna malorum prouerbium 397.b.
Liberi patris simulacrum 337.a.
Libitinę similes serpentibus 75.d.
Libido est alterum caput Amphisbenae 242.f.
Libido cur dicatur serpens 71.e.
Lichenus vir in morsu Cerastis valet 178.g.
Lig[illegible] serpentes fugat 32.e.
Limacium ..h.
Liguriae virtus ibidem.
Lignum colubrinum quale 139.e. 140.d.
Lithiasis remedia 106.e.
Liuania colubant angues 98.f.
Littera S quid significet 83.a.
Locustae quaedā species pugnat cū serpente 27.e.
Loripedes qui fuerint 48.h.
Lombricis asper a colubrina dicitur 49.d.
Logicae simulacrum 101.a.
Lumbricorum remedia 161.b.
Lunae eclipsis opinio Indorum 96.h.
Luna cur dicta Proserpina 53.b.
Luph serpentis quid sit 49.d.
Lutrix quid sit 277.e.
Luxuriosus cur Python dicatur 284.g.

M

MArsi populi qui 254. *(gueretur* 30.f.
Marsorū natio quomodo ab alijs distin-
guatur 110.e.
Maga serpentibus creantur 87.d.
Magia cur damnata 31.b.
Maiorana syluestris quid sit 35.b.
Marubij nigri virtus 45.a.
Mali aurantij vis 48.a.
Marsij Imperatoris filia demorsa à Serpente, quo
remedio sanata 46.e.
Mare serpentum vbi 53.a.
Mare malorum prouerbium 399.b.
Manicheorum error 73.d.
Mariae semper Virginis emblema 79.a.
Materia aurea in serpentem mutata 90.b.
Maluasiorum mentio 350.f.
Maleuolentiae simulacrum 375.d.
Meduſae capilli cur in angues trāsmutati 63.b.
Meduſae captiis statua vbi 103.d.
Medicorum vigilantia qualis 79.d. 80.e.
Medicamenta alexiteria in morsu viperae quae-
lia 136.f.
Medicinae simulacrum 101.a.
Medicamenta chirurgica in morsu viperae ibid.
Medicamentum ex ficubus, nucibus, & grano
salis 142.g.
Melitensis insula viperis scatet 126.b.
Melanurus serpens qualis 215.a.
Melanurus piscis 215.a.
Melissa virtus 139.c.
Melanthij vis 137.d.
Mel exsiccatum ad quid 170.g.
Megalanae serpentes quales 511.e.
Menestratī interitus 335.e.
Mentae saracenicae virtus 252.e.
Mensium prouocatio 104.b.
Meribiba, & multibiba 224.f.
Meretrices comparantur Basilisco 273.b.
Meretrices sirenis assimilantur 425.b.
Meretrix similis serpenti 70.e.
Meretrix cōparatur Natrici torquatae 294.g.
Mercurium Argiphontē quis appellauerit 4.g.
Mercurij virga cur ornata serpentibus 99.a.
Merces anguina quae 81.c.
Merguli Serpentes qui 306.f.
Millepeda quid sit 302.h.
Millepedis rudimentū per vrinā excretū 17.a.
Mithridatica confectio 45.c.
Minerua musica 357.b.
Minerua cur pingatur cū icone serpentis 98.g.
Mineruae simulacrum 353.b.
Mineruae simulacrum ex Pausania 357.a. (v.
Misericordiae gen⁹ est scelestos interimere 21.c.
Morbi gallici remedia 105.a.160.b.
Mosci virtus 141.b.
Morbi articularis cura 159.c.
Monstra in quibus animalib. frequentiora 237.c
Monstrum marinum vbi visum 418.c.
Moluri serpentes qui 7.a.
Mulier cur viso serpente abortiat 24.f.
Mulieres quandoq; serpentem imitantur 58. f.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Mulier serpentē deglutit, & cū partu egerit 96.e
Mulier vipere assimilatur 146.g.
Mulier improba cōparatur aspidi 209.d. 211.d
Mulieris improbæ descriptio 235.d.
Mulier irata assimilatur Myagro 292.g.
Mulierum prudentia qualis esse debeat 346.e.
Mulieris pulchritudo quatenus tuto conspici possit 325.b.
Mulæ veloces in cursu quæ 408.g.
Mulus venenatis auxiliatur 43.a.
Mullus piscis ad quid 226.e.
Mustela basiliscum superat 365.d.
Mustela virtus 137.a.
Mustelæ cinis ad quid 27.a.
Mundi hieroglyphicum 78.f.
Mundi regimen quomodo à Prisc is designaretur 352.b.
Mundus cur dicatur Siren 424.g.
Muscæ sunt symbolum veritatis 426.b.
Muranæ quo artificio capiantur 18.g.
Mures quo artificio congregentur 31.a.
Mures quinam anguibus sint amici 28.b.
Mures à viperis interimuntur 128.g.
Muria contra serpentes adhibetur 33.a.
Muriæ virtus 139.c.
Murrhinum quid sit 51.b.
Myrica 45.b. 137.d.
Myagrum Dioscoridis quid sit 787.c.
Myagrus veterum qualis serpens 282.d.

N

Nidera 278.e.f. (40.b.
Napellus vbi pernicioſiſſimus naſcatur
Napellus an ſit toxicum veterum 390.g.
Naſturtium contra Serpentes valet 34.e.
Natrix quid ſit 260.f. 277.b.
Natrix mulier 276.b.
Natrix planta ibidem.
Natrix ſerpens maſculini generis 277.c.
Natrix latinorum quid ſit ibidem.
Natrix domeſtica 279.b.
Natrix vbi ſit magis virulentus 281.c.
Natrix rubetaria qualis 288.g.
Natricis vulgaris aquiuoca 276.g.
Natricis torquatę æquiuoca ſynonyma, & etymum 287.c. Differentię, & deſcriptio 288.c. Icones 289.290. Sceleton 291. Locus, & Natura 292.e. Moralia 292.g.
Natrices vbi non interimantur 292.c.
Natricum lingua quid ſit 285.a.
Nepa quid ſit 109.c.
Nepeta anguibus inimica 28.e.
Nerium ad ictus ſerpentum commẽdatur 43.c.
Nereidum figura 417.c.
Nerophis ſerpens 287.a.
Neruorum nodi quomodo tollantur 159.c.
Nigella aduerſatur ſerpentibus 34.c.
Nitri virtus 45.b.
Nodus Gordianus, ſiue Herculeus, cur dicatur ſerpentinus 54.e.
Numularia dicitur ſerpentaria tertia 50.c.
Nymphæa marina quæ 417.d.

O

Obrectatores dicuntur Dracones 343.c.
Obtrectatores Hydræ comparãtur 398.c.
Oculi maculis rubentibus infecti, quid ſignificent 117.c.
Oculorum debilitas quomodo tollatur 156.b.
Oculorum albuginęs quibus præſidijs auferantur 159.c.d.
Oculorum claritas quatenus cõparetur 159.d. 160.e.
Oculorum aſpectus quid præſtet 370.c.
Oculorum intuitus aliquando nocuus 369.c.
Oculorum morbi remedia 105.c.d.
Octauiani Zambeccarij mentio 364.f.
Ocymi virtus 362.b. 45.b.
Odontalgiæ remedia 104.b. 105.c.
Odor teter aſſignatur Chelydris 260.b. 261.c.
Odoris Dryini qualitas 263.a.
Oleum de ſcorpionibus Matthioli 46.f. 140.f.
Oleum de ſerpentibus quomodo paretur. 104.g.
Olei diuini compoſitio 46.f.
Olei laurini virtus 139.c.
Olei viperini deſcriptio 161.d.
Oleaſtri bacillus cute Amphisbænæ circumdatus ad quid 243.a.
Omen bonum, vel malum à quibus animalibus præſagiatur 355.a.
Oniſcus quid ſit 302.g.
Oniſci ſunt ſerpentum cibus 22.g.
Onocephali qui 98.f.
Operationis rectæ ſimulacrum 101.c. (353.d.
Operationes rectæ ſine lumine fidei nihil valent
Ophis capitis affectis 3.a.
Ophis pericarpium, vel armilla 3.a.
Ophis ornamentum capitis ibidem.
Ophiuſa Rhodus dicta 52.b.
Ophiuſa inſula 21.a. 50.c. 53.a.
Ophiuſa herba quæ 49.d.
Ophiogenes qui 24.b.
Ophiomacus quid 27.b.
Ophiomacus auis ibidem.
Ophiomachus nomen duorum animalium 49.c.
Ophion nomen viri 48.f.
Ophion ſocius Cadmi ibidem.
Ophion gigantis nomen 48.g.

Ophion

www.libtool.com.cn

INDEX.

Ophion animal Ceruo simile 49.c.
Ophioneus vates ibidem.
Ophioneus princeps Dæmonum ibidem.
Ophici qui 48.b.
Ophiophagi populi qui 49.a.
Ophitæ Hæretici qui 49.a.
Ophiomorphi. ibidem.
Ophiogenium quid sit 50 e.
Ophiostaphylon quid 50.f.
Ophiogloſſum cur lingua serpẽtina dictum. ibid.
Ophioscorodon allij species 50.g.
Ophiocardellus quid 50.g.h.
Ophites fluuius 53.b.
Ophites gemma 50.g.
Ophites marmoris species 50.h.51.a.
Ophite locus 52.h.
Ophiasis qualis affectus 54.e.
Ophionem quem nominauerint Antiqui 98.e.
Ophiocephali qui 98.f.
Ophidion piſcis, & serpens 296.f. (336.g.
Oraculum Delphicum cur aliquando deſertum
Origanum serpentes fugat 32 e. 45.a.
Originis occultæ hieroglyphicum 77.c.
Orionis interitus qualis 37.c.
Oris hieroglyphicum 77.c.
Oreſtes ictu anguis interijt 37.c.
Orontes fluuius 53.b.
Oſcorzones 110.b.
Otalgiæ remedia 286.b.
Ouæ serpentibus grata 23.b.
Ouum galli ſcrutatum in Sauſeo 368.g.
Ouum serpentinum Plinij quid 51.d.52.a.
Ouum galli natum legi 368.e.
Ouum anguinum ad quid 107.b.
Ouum gallinæ in ſinu muſieris delatum d. dit. prodem 307.c.
Ouæ gallinariæ viperis nutritarũ ad quid 159.b
Ouæ aſpidis quid ſignificent 206.b.
Ouæ struthionum ad quid 217.c.
Ouæ aſpidum qualia 367.b.
Ouæ Ibidum cur paſſim frangantur 367.b.
Ouæ calore furni dant prolem 367.c.
Ouæ auium Draconibus grata 343.a.

P

Padera 278.e.f.
Paderotæ angues quales. 5.d.
Pagerina serpens 269.b.
Palus lernę qua ratione exiccata fuerit 395.b.
Paleæ facultas varia 405.b.
Paliurus 45.a.
Pallas cur pingatur cũ icone Draconis 345.d.
Panis quãtitas pro trochiſcis viperę conficiendis 165.c.d.
Panax vbi vtile 178.f.
Panax chironium quale 139.c.
Panni quomodo intacti ſeruẽtur à tineis 108.e.
Panormitanorum inſigne 92.b.
Pancratium extra terram floret 23.a.
Panthere Draconibus inimicæ 324.b.
Papaueris ſemen ad quid 240.b.
Paralyſis remedia 105.a 156.f. (140.f.
Pareus à vipera demorſus quomodo curatus
Parea serpens qua 268.f.
Pareæ serpentis etymologia 268 h.269.b.
Parot equi quales 269.a.
Partus difficilis remedia 105.a.106.e.156.c.
Partes ſauciæ ab anguib. cur intumeſcãt 91.d.
Partis amputatio in morſu Ceraſtis 178.e.
Partis inuſtio in morſu Hæmorrhoi 175.b.
Partis mutilatio vbi conueniat 202.g. 222.f.
Partis vulneratæ exuſtio quãdo faciẽda 202.g
Paulus Apoſtolus à vipera vulneratus 149.d.
Paulus Apoſtolus cur vipera dictus 147.a.
Pauonis caro diu durat 405.b.
Pauo in aſpidem conuerſus 209.c.
Pauo odit ſerpentem & viciſſim 25.c.
Parus ſerpens 7.c.
Peccata diuntur ſerpentes 71.a.73.d.
Peccantium, & ſerpentum ſimilitudo 74.c.
Peccati ſimulacrum 101.d.
Peccantes viperas imitantur 146.b.
Peccãtes quãdo debeant imitari viperã 147.b.
Peccãtes obſtinati aſſimilantur aſpidib. 207.d.
Peccantes comparantur Baſiliſco 373.b.
Peccantes cur dicantur Dracones 342.g.
Pediculi cur Serpentes dicantur 2.f.
Pediculorum generatio quando fiat 155.c.
Pericarpium quid ſit 3.a.
Peucedani radix Serpentes fugat 32.c.
Perfoliata 45.a.
Perſonatæ vis 139.c.
Pernicies hieroglyphicum 150.g.374.g.
Periculi ſimulacrum 154.g.
Peſtis remedia 161.a.b.d. 276.b.
Phariſęi cur serpentes nominati 2.b.
Phalangi:es 45.a.
Pharias serpens 269.b.
Pharaonis milites cur Dracones dicti 340.f.
Phaeton eſt ſymbolum temeritatis 354.g.
Pinaſtellus ad quid 35.d.
Piſtaciorum vis 45.a.
Pinnothera quid 108.f.
Pili cur cadant in morſu ſepis 191.c.
Picalis quid 231.c. (336.c.
Pindus Draconẽ in ſolitudine inuentũ mittit
Pindi cadauer à Dracone cuſtoditur 336.f.
Piſces locum natalem deferentes qui 407.b.
Piſcium & Ranarum pluuia 406.c.
Picis virtus 138.e.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Fix in Ægypto laudatur ad morsus serpentum 42.f.
Flantę squamosæ morsibus Serpẽtum medentur 178.c.
Plantæ aliquæ cur hyeme folia nõ deponãt 12.b.
Platani pilularum vis 45.a.
Planetarum currus à quibus animalibus trahi fingeretur 331.c.
Plumbinensis ager ope suum à serpente liberatus 26.b.
Pœonia 45.a.
Polemonium. ibidem.
Porphyrij serpentis descriptio 307.a.
Porphyrius anguis cur non noceat 81.b.
Podagræ remedia 104.g.105.a.
Pomarij flores continẽant 107.c.
Porri succus ad quid 137.c.
Portulaca sylvestris 185.d.
Portulaca vbi conueniat 222.b.
Potus serpentum qualis 23.d.
Prudentia quotuplex 13.b.
Prudentia omnia gubernantur 81.a.
Prudentia Draconi attribuitur 351.b.
Prudentia, & fortitudo quid differant 354.b.
Principes oculatus esse debet 355.a
Principis prudentia quomodo denotetur 355.b.
Principis iusti hieroglyphicum 355.c.
Presteris, & Dipsadis differentia 210.e.
Presteris, & Dipsadis symptomata eadẽ 221.d.
Prester anguis 215.a.
Prester turbo igneus. ibidem.
Prester pars gutturis 215.b.
Proditores cur assimilentur 241.d.
Prometheus fabula 223.b.
Prothei transfiguratio 343.d.
Psammodites 167.c.
Psiracorum solertia in nidificando 23.c.
Pylorum gens quæ fuerit 24.b.
Pylli, & Marsi meachantur ictibus Serpentum 41.b.
Pyrrhica ex quibus parentur 304.b.
Pyrolenca saucij ab aspide curatio 339.d.
Pullus coctus in anguem transmutatur 90.g.
Pulchritudinis fœminæ simulacrum 399.a.
Pulsus ad morsum viperæ 130.b.
Puella demorsa à vipera casus 136.b.
Pueri demorsi ab aspide historia 203.a.
Puer aspidem petiit, at illapsus 210.f.
Puncto ictu serpentis extinctus reuiuiscit 88.f.
Putredo quomodo concurrat ad generationem.
Putria quid sit 87.b. (411.c.
Pythocampæ 128.g.
Pythij Draconis æquinoca 376.g. *Synonyma, & etymum* 377.d. *Descriptio* 378.e. *Generatio* 378.g. *Icon* 379. *Denominata, & cognominata* 380.f. *Historica* 382.b. *Adagia* 383.a. *Moralia* 383.d. *Simulacra* 385.d.
Python virorum nomen 376.g.
Python orator Byzantinus 376.b.
Python nomen Dæmonis. ibidem.
Python nomen locorum 376.b.
Python sydus 377.a.b.
Python templum 377.d.381.a.
Python fuit cognomento Draco 382.b.
Pythonis relatio habita à quodam Philosopho 382.b.
Pythia quæ fuerit 356.b.
Pythia ludi erant 381.b.
Pythia, & Delia prouerbium 383.b.
Pythias pro Olympiade vsurpatur 382.e.
Pythias, & Damon 382.g.
Pythonissa quæ fuerit 377.a.
Pytho vrbs 377.d.
Pythij Draconis magnitudo, longitudo, & color 378.e.f.
Pythonici qui dicerentur 380.b.
Pythomantis quis 380.b.
Pythies populi 381.a.
Pythiana pocula 381.b.
Pythiopolis vrbs Asiæ 381.a.
Pythicus agon 381.a.
Pythicus nomos. ibidem.
Pythica vociferatio quæ 381.c.
Pythicum carmen quale. ibidem.
Pythaulis. ibidem.
Pythicum studium. ibidem.
Pythius Architectus 382.e.
Pythius argentarius 382.e.
Pythius Ischenoi filius 382.e.
Pythius medicus apud Galenum. ibidem.
Pythius Lydus. ibidem.
Pythij in templo cacare prouerbium 383.b.
Pythijs confecti is venisti prouerbium 383.b.

Q

Qualitates secundæ quæ 39.b.
Querculus serpens. vide Dryinus.
Quercus serpentibus aduersatur 27.d.
Quinta essentia Matthioli 305.a.

R

Rabici remedia 105.a.106.c.
Radicis serpentiformis icon 55.a.
Ranæ, & viperæ congressus 410.f.
Ranæ Ægyptiæ astutia 481.a.
Raphani succus resistit Serpentibus 32.f.45.a.
Raptores cur dicantur viperæ 147.c.
Regalivolus auis 361.c.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Regulus volans 362.g.
Regulus quid significet 361.c.
Reguli filij, & nepotes regum. ibidem.
Regulus auis minima. ibidem.
Regis hieroglyphicum 78.b.
Reginæ Ægypti interitus qualis 112.c.
Regio inaccessa vbi 220.g.
Religiosi improbi cur viperæ dicti 147.b.
Religio diuina exteras gentes ad se trahit 353.a.
Religionis falsæ simulacrum 401.b.
Religionem intactam quis seruet 352.b.
Retia ad capiendos angues 29.d.
Rhabarbarum 45.a.
Rhododendrum. ibidem.
Robore a materia impedit generationem Serpentum 32.f.
Rubetæ maligna species 369.d.
Rubetæ, & viperæ permixtio 410.g.
Rubi vis virtus 45.a.
Ruta libyca ad quid 28.c.
Rutæ virtus 45.a.
Ruta cur viperalis dicta 123.a.145.a.
Ruta vbi venenata 127.c.

S

Sabina serpentibus amica 29.b.
Saliua hominis ad quid 130.g.
Sal ammoniacum ad serpentes 33.a.
Salacitas icone viperæ indicatur 150.a.
Sales viperæ quales 160.e.f.
Sales theriacales vary 160.f.g.h.
Salis theriacalis virtus 161.a.b.
Salis theriacalis dosis. ibidem.
Salix casta Nicandri quid sit 35.a.
Salpæ pisces conditiones 396.g.
Salus icone viperæ designatur 150.c.
Salutis simulacrum 101.a.
Salsamenta venenis resistunt 192.g. (18.c.
Salui a in ster quilinio posita serpentem generat
Sancti calcant angues impune 88.b.
Sanguinarij cur viperæ dicantur 147.c.
Sanguis Draconis herba 318.c.
Sanguinis Draconis adulteratio 329.c.
Sapphirus 45.b.
Saturni currus à quibus animalib. tractus 98.g
Saurita serpentes qui 6.f.
Sauromatæ populi qui, & vnde dicti 143.c.
Saxum ophiogiossum 52.f.
Scabiei contumacis remedia 162.g.
Scoti opinio circa productionē animaliū 414.f.
Scordij vis 45.a.
Scorpio affatus ad quid 137.b.
Scorpius, & araneus cur inter Serpentes reponantur 2.f.
Scilla virtus 45.b. 139.d.
Scilla cur extra terrā folia, & flores edat 32.a.
Scismatici cur similes viperis 148.e.f.
Scorzonei 110.b. 111.d.
Scorzonera cur viperaria dicta 144.g
Scorzonera herba vbi nascatur 21.c.
Scolopendræ marinæ synonyma 302.g. *Differentia, & descriptio* 303.a. *Natura & ingenium* 303.d. *Icones* 304.f.g. *Sus in varijs* 304.b.
Scolopendræ etymum 302.g.
Scolopendræ testis odor 303.d.
Scolopendræ hieroglyphicum. ibidem.
Scolopendra marina amethistini coloris 305.
Scolopēdra qua ratione ab hamo se liberet 303.b.
Scytalis æquiuoca 329.d. *Synonyma, & etymum* 231.b. *Differentiæ* 231.d. *Descriptio* 232.f. *Icon* 233.a. *Mores* 234.e. *Veneni signa, & remedia* 234.g. *Moralia* 235.b. *Phrenesis hemata* 236.c.
Scytalis, & fistulæ discrimen 229.d.
Scytale flagrum. 230.e.
Scytale saccus. ibidem.
Scytale claua 230.c.
Scytale turma equitum ibidem.
Scytale sex significat 230.f.
Scytale non est mus araneus 230.g.
Scytale genus est laconicæ epistulæ 230.b. 231.
Scytale chalcidica quia sit 232.c.
Scytale est similis amphisbænæ 232.f.
Scytale an vescatur serpente 234.f.
Scytalis morsus acu tidentis 234.b.
Scytala insula 230.b.
Scytalon planta 230.f.
Scytalides apud Galenum quid 230.c.
Scyfeculus 229.d.
Sebastiani Reguli mentio 415.c.
Selenes herba Plinij 28.c.
Sepis æquiuocæ 186.e. *Synonyma, & etymum* 187.a. *Differentiæ* 187.d. *Icones* 188.189. *Descriptio* 189.d. *Natura, & locus* 190.e. *Signa veneni* 191.b. *Medela* 192.f.
Seps dicitur quilibet serpens veneficus 186.c.
Seps species lacertæ 186.g.
Seps, & salamādra cur serpentes dicantur. 2.f.
Seps, & sepedon an synonyma 187.b.
Seps inferi putrefactiuum morsu 187.b.
Seps, & Cerastes an idem 187.c.
Seps fœminini generis quid 180.g.h.
Sepis differentiæ penès caudam 187.d.
Sepis differentiæ ratione coloris 187.e.
Sepis gressus qualis 190.g.
Sepis venenum quale 190.h.
Sepis serpentis cernix qualis. 8.f.
Sepedones vlcerum species 186.b.
Serpens Æsculapij 6.b.
Serpens mas an venenosior fœmina 7.b.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Serpens participium 3.f.
Serpens crist atus 7.c. 386.h.
Serpens sydus cæleste 2.h.
Serpens nomē substātiuū promiscui generis 2.f.
Serpens dicitur homo malignus. ibidem.
Serpens pro quocunq; animali venenato 2.h.
Serpens, anguis, & ophis synonyma 4.c.
Serpens piscis 3.a.
Serpens longitudinis iugeri 5.c.
Serpens sacer 5.b.
Serpens lactis amantissimus 22.g.
Serpens quomodo deponat spolium 10.b.
Serpens an cantionibus capi possit 30 e.
Serpens spatio semestris absq; cibo vixit 22.b.
Serpens ne columbario accedat 31.a.
Serpens animal omniuorum 23.c.
Serpens halitu inficit 40 f.
Serpens per hastā manu percutientis venenum communicat 40 g.
Serpens ictui Serpentis medetur 43.c.
Serpens victoriam pranunciat 57.b.
Serpens luxurians quid sit 53.d.
Serpens pugnam infaustam præsignificat 56.f.
Serpens repens super galeā quid præsagiat 57.b.
Serpens mortem Sempronij præsagiuit 56.f.
Serpens abuno axis emergit 57.c.
Serpens dignitates præsagit 57.d.
Serpens bellum Troianum pranunciauit. 56 f.
Serpens in sepulcro inuentus 38 b.
Serpens fuit præsagium vaticinij 38.c.
Serpens pilosus 59.d.
Serpens Norūgiæ subuersionem portēdit 59.a.
Serpens Christi resurrectionem denotat 70.c.
Serpens in saxum mutatus 64.c.g.
Serpens Idolatriæ author 70.b.
Serpens aneus in Deserto quid significet 69.d.
Serpens lacte oblato egreditur a corpore 84.f.
Serpens cur dicatur typus mortis 72.c.
Serpens cicur supra vim naturæ 88.b.
Serpens cur virgæ Aesculapij amplectatur. 80.c.
Serpens rerum quemdam statum angulat 90.f.
Serpens furem horti designat 90.c.
Serpens lancea transfixus quid significet 92.g.
Serpens iuuenem parui pendentem matrem putat 90.g.
Serpēs intra herbā figuratus quid designet 92.b
Serpens in medio flammarum pictus quid denotet 93.g.
Serpens radios solares intuens quid demonstret 93.b.
Serpēs cur pingatur in Insigni Mediolani 94.g.
Serpens inter duo saxa effigiatus quid indicet 92.b.93.a.
Serpēs circa feniculū pictus qd significet 93.c.
Serpens Niliaca qua 193.b.201.c.
Serpens Euæum hostes fugat 96.d.
Serpens aneus à quo contritus 98 c.
Serpens aneus quo tempore cultus 97.d.
Serpes cornutus qui 166.b.
Serpens cur pingatur in simulacro Harpocratis 100.g.b.
Serpens piger qui 181.d.
Serpens Aegyptia qua 193.b.
Serpens peregrina quæ. ibidem.
Serpens biceps ubi 238.c.
Serpens vrens qui 215.d.
Serpens miliaris 248 g.
Serpens lenticularis qui 248.f.
Serpens niger Matthioli 287.d.
Serpens marinus familiaris mari Norwegico 299.a.
Serpens marinus flaui coloris 300.c.
Serpens marinus edilis 302.f.
Serpentis descriptio 8.c.
Serpentis cranium quale 8.b.
Serpentis aquinoca 2.f.
Serpentis etymum 3.6.
Serpentis lingua qualis 8.b.
Serpentis vox qualis 19.b.
Serpentis temperamentum 14.c.f.
Serpentis gressus 19.d.
Serpentis capiendi, fugandi, & necandi ratio 29.b.
Serpentis os est quidam locus 53. a.
Serpentis caput est quadam regio 53.a.
Serpentis, & agricolæ apologus 69.b.
Serpentis bicipitis, donati ab Illustriss. Comite Aldrouando icon 60.c.
Serpentis recordatio ad quid 73.c.
Serpentis anci virtus sanandi vnde manauerit 70.f.
Serpentis figura in monumentis cur sculpta 78.b.
Serpentis caput in manu Iunonis quid significet 85.d.
Serpentis caput fidem Christi denotat 70.g.
Serpentis oculus, adagium 83.d.
Serpentis ictus remedia 105.a.
Serpentis mors sæua ne quis timeat 104.b.
Serpentis marini mira proprietas 301.c.
Serpentis marini descriptio 297 c.
Serpentis rubescentis descriptio 306.b.
Serpentis Indici fœtus numerosus 309.a.
Serpentis Brasiliani proprietas 307.c.
Serpentis Americani icon 308.c.
Serpentis Americani descriptio 307.b.
Serpentem in sinu gestantes qui fuerint 56.c.
Serpentem fouere prouerbium 83.b.
Serpentes parui ubi 5.b.
Serpentes suum regem cognoscunt. ibidem.
Serpentes magni ubi. ibidem.
Serpentes versicolores ubi copiosi 6.f.

Ser-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Serpentes aſpectu horribiles 5.c.
Serpentes necare vbi non liceat 6.e.
Serpentes pigmentis diſtincti 5.d.
Serpentes vbi maximè venenoſi 6.g.
Serpentes maris indigena. ibidem.
Serpentes magnitudine ſuum 5.d.
Serpentes amphibij 6.g.
Serpentes abundant copia fellis 9.b.
Serpentes cur maxima audacia referti 9.a.
Serpentes quot menſibus delitescant 10.g.
Serpentes ratione onorum, in quo differant à piſcibus, & ab auibus 10.e.
Serpentes quo tempore venenoſiores 10.b.
Serpentes cur deponant exuuias 11.b.c.d.
Serpentes odorem ſpirantes vbi 13.d.
Serpentes frigoris impatientes 10.g.
Serpentes cur non emittant pilos 11.a.
Serpentes cur prudentes dicantur 13.b.
Serpentes quomodo ex putri materia generentur 18.e.
Serpentes quo tempore ſpirent odorem 18.g.
Serpentes ex quibus cadaueribus oriantur 16.f.
Serpentes intra ſaxa inuenti 18.f.
Serpentes cur pedibus careant 20.f.
Serpentes agricolis infeſti vbi 21.c.
Serpentes cur dicantur aſymetri 20.b.
Serpentes quibus in locis non ſint 20.g.
Serpentes intuitu necantes 7.d.
Serpentes vbi minus noxij. ibidem.
Serpentes audent cernum aggredi 26.g.
Serpentes vini incontinentes 23.d.
Serpentes à cancris necantur 27.c.
Serpentes cur à cauernis ſtatu Cerui extrahantur 26.e.
Serpentes cur carminibus moueantur 32.a.
Serpentes qua ratione tractari poſſint impunè 29.e 40.e.
Serpentes ſaxei vbi 52.e.
Serpentes annonæ caritatem augurantur 56.g.
Serpentes Serpentibus deſtruuntur 31.d.
Serpentes terrei vbi 52.f.
Serpentes terræmotum præſagiant. 57.a.
Serpentes mortem Didy prænunciarunt 58.g.
Serpentes peſtilentiam præcedunt 58.h.
Serpentes volare vbi viſi 58.g.
Serpentes immiſſi in populum Iſraeliticum cur ignei 80.g.h.
Serpentes Aeſculapio aicati 68.f.
Serpentes Magorum an veri 87.a.b.
Serpentes in vrbe capti cur non occidendi 84.g.
Serpentes cur teſtibus careant 91.c.
Serpentes cur facile caput moueant in partem poſteriorem 91.b.
Serpentes erga homines benigni 95.a.
Serpentes aſperſi aqua frigida cur ciò fugiant 91.d.
Serpens per quietem viſi quid denotent 97.c.
Serpentes ad ſonum muſici inſtrumenti trepudiant 106.b.
Serpentes infantium cuſtodes vbi 96.f.
Serpentes pingebantur pro reuerentia loci 98.g.
Serpentes à terra aliquando in mare exunt 302.e.
Serpentes in chorcis adhibiti 106.f.
Serpentes moſcati 6.h.
Serpentes frigidi nuncupati qui 307.d.
Serpentes innoxij vbi 6.h.7.a
Serpentes ſolo halitu inficientes 7.b.
Serpentes viuiparæ apud Indos 309.a.
Serpentes odio habent multas aues 25.c.
Serpentum dentes quales 8.f.
Serpentum pulmonis deſcriptio 9.a.
Serpentum coſtæ quot ſint 9.d.
Serpentum venenum vbi deliteſcat 10.f.
Serpentum anatomen 8.h.
Serpentum oſſa qualia 9.d.
Serpentum venenum vbi deliteſcat 10.f.
Serpentum fæces quales 9.d.
Serpentum longæ vitæ cauſa 12.g.
Serpentum cibus hyeme qualis 12.e.
Serpentum multitudo vbi creuerit 16.g.
Serpentum oculorum ſitus 13.a.
Serpentum locus 20.b.
Serpentum coitus, & partus 15.c.
Serpentum antipathia 24.f.
Serpentum victus 22.g.
Serpentum ſympathia 28.f.
Serpentum phyſiognomonica 23.d.
Serpentum ictibus occiſi, & ſuccj qui 36.b.
Serpentum excantatio apud Nigritas 30.g.
Serpentum differentiæ ratione pabuli 40.b.
Serpentum quædam imagines fugant Serpentes 33.b.
Serpētū ictibus læſi in Syria quid præſtēt 46.g.
Serpentū copia necē ſardentium præuertit 37.b.
Serpentum monſtra 59.b.c.a.
Serpentum prodigia, & præſagia 56.c.
Serpentum epitheta græca, & latina 47.b.
Serpentum myſtica, & allegorica 69.b.
Serpentum apologi 68.g.h.
Serpentum emblemata, & ſymbola 79.a.
Serpentum moralia 72.f.g.h.
Serpentum prouerbia 83.c d.
Serpentum hieroglyphica 77.c d.
Serpentum miracula 86.g.h.87.a.b.c d.
Serpentum numiſmata 84.h.
Serpentum anigmata 92.c.
Serpentum problemata 91.b.
Serpentum phrenoſchenata 92.g. Inſignia gētilitia, & militaria 94.c. Hiſtorica 95.c. Somnia, eorumq; præſagia 97.a b.c. Simulacra & ſtatuæ 97.98.99.100.101.102.103.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Vſus in cibis 103. *e. Vſus in medicina* 104. *g.* 105. *&* 106. *Vſus in variis* 106 *g.* 107. *a.*
Serpentum lingua cur venenata 91. *b.*
Serpentum vſus in bello 106. *b.*
Serpentum morſus cur venenatus 91. *c.*
Serpentum quinam oua, vel fœtus vivos pariant 112. *f.*
Serpentum marinorum, & terreſtrium pugna 301. *c.*
Serpentum exoticorum venenum 307. *d.*
Serpentum varietas ratione oculorum 7. *c.*
Serpentum cornua qualia 7. *d.*
Serpentum caro optima 104. *f.*
Serpa Serena 248. *g.*
Serpula quid ſit 3 *c.*
Serpentini ſpolij vera opinio 12. *g.*
Serpentini monſtri effigies 17. *a.*
Serpentiformis vermis effigies. ibidem.
Serpentinum ouum in ignem proiectum quid præſtet 32. *e.*
Serpentina caro an venenata 39. *d.*
Serpentina alembici ſpecies 53. *d.*
Serpentina herba 45. *a.*
Serpentina bombardæ ſpecies 53. *d.*
Serpentina inſtrumentum tormenti mannalis 53. *d.*
Serpentigeri qui dicerentur 48. *b.*
Serpentaria maior Herbariorum 49. *d.*
Serpentinæ naturæ opinio Ægyptiorum 78. *f.*
Serpentarius quis 53. *b.*
Serpera ſtra quæ 53. *d.*
Serpentiçia vbi puniatur 100. *f.*
Serræ inuentio 207. *a.*
Setæ equinæ ſerpentes procreant 18. *e.*
Sibilus eſt vox aquiuoca 19. *b.*
Sicalis quid 231. *c.*
Siphium quid 36. *e.*
Sinapi viperæ aduerſatur 123. *b.*
Signa morſus viperæ maris aſſerunt à ſignis. morſus famine 135. *c.*
Signa prognoſtica morſus viperæ 135. *d.*
Sirtalis quid 172. *e.*
Simoria icon 179. *b.*
Siſtrum quem ſonum ederet 212. *g.*
Situla ſerpens 215. *c.*
Sitis diuturnæ cauſa 217. *d.*
Simulacrum ſupra ſerpentem ſedens 100. *c.*
Simulacra cum figuris anguium 274. *g.*
Siren ſymbolum mendacij 426. *b.*
Siren mortua vbi viſa 418. *e.*
Siren auis canora 417. *a.*
Sirenum natura, & mores 417. *a.*
Sirenum locus 417. *a.*
Sirenum deſcriptio 417. *b.*
Sirenum figura 417 *c.*
Sirenum periculum quomodo vitandum 425. *c.*
Sirenas alberus vocauit Dracones 319. *a.*
Sirenæ quot fuerint 417. *a.*
Slaa quid ſit 232. *c. d.*
Smaragdi vtreus contra venena 142 *f.*
Smaragdus viperæ aduerſatur 123. *c.*
Smyrnium 45. *a.*
Smilus arbor 27. *d.*
Solini erratum in deſcriptione Scytalis 232. *b.*
Solem venerabantur quidam Priſcorum 351. *d.*
Solis ſimulacrum quale 100 *g.*
Solis nummus qualis 151. *a.*
Somnia terribilia quomodo excitentur 107. *d.*
Sopor comitatur morſum aſpidis 201. *d.*
Soſpolis Genius qualis 96. *g.*
Sparganium 45. *b.*
Sparta cur dicti Pythij 380. *g.*
Spolium anguis delatum quia præſtet 57. *a.*
Spes fallit incautos 82. *c.*
Sphinx cum ſerpente quid 83. *c.*
Spectaficus quid ſit 187. *c.*
Spina ſitiens Plinij 214. *f.*
Spatiurus ſerpens qui 288. *g.*
Speculorum vſus in venatione Baſiliſci 372. *c.*
Squarus ſerpens 260. *c.*
Squamus ſerpens. ibidem.
Stadium quotuplex 381. *d.*
Statuæ Draconum in ædificijs 359. *b.*
Statua ærea Draconis vbi 359. *b.*
Stagnum ſerpentem vbi 53. *a.*
Staphiſagria 45. *a.*
Stellio exuit ſenectutem 27. *c.*
Sterelitatis remedia 105. *b.* 157. *c.*
Strumum quid 135. *c.*
Strumarum remedia 104. *b.* 105. *a. c.* 157. *a.* 159. *c.* 213. *a.* 286. *b.*
Styrax ad quid 32. *f.*
Subſtratus plumarum ad quid 34 *f.*
Suggeſtus come 3. *a.*
Sues ſerpentibus cur inuiſi 26 *g.*
Supplicium parricidarum 106. *g.*
Supplicium Reorum apud Aegyptios 106. *g.*
Suſtus quales conueniant in victu ſerpentium 42. *c.*
Sulphur 45. *b.*
Superbus ſerpenti comparatur 74. *b.*
Surditatis remedia 104. *g.*
Suffuſionis remedia 156. *f.* 213. *c.*
Superbus vocatur Draco 343 *b.*
Superbus comparatur Pythoni 384. *c.*
Superbus nuncupatur hydra 398. *f.*
Superbiæ arrogantia qualis 373. *c.*
Syphar quid 10. *b.* 84. *f.*
Syri dormientes à ſerpentibus nõ vexantur 24. *b.*
Symbolum Alciati quale 29. *c.*
Synon quid 111. *a.*
Sycomori vis 139. *d.*

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Syri ad Phœnices prouerbium 149. c.
Symptomata morsus specierum aspidis 202. e. f.
Symptoma arguens magnum calorem 391. d.

T

Tabidorum cura 161. b.
Talpa qualis 8. f.
Tanariorum mentio 400. g.
Tapetum color qualis 190. f.
Taranta serpens 306. f.
Tarantula viua Romam missa 22. b.
Tarantulæ remedium 43. b.
Tauri cornu anguibus resistit 31. c.
Taurinum fel ad quid 45. b.
Taxus arbor valet ad uenena 138. e.
Tempus designat calamitatem 78. c.
Temporis hieroglyphicum 77. d.
Tephloti, & Tephlini 244. e.
Terra in ictu serpentum valet 42. b.
Terra Africæ quid præstet 33. a.
Testudinis partus 409. b.
Testudinum sanguis ad quid 403. c. 137. b.
Testudinum & scorpionum inimicitia 27. a.
Testudinum congressus qualis 409. b.
Thair quæ vox 113. d. 172. g.
Thebiorum natio qualis 370. g.
Theriaca Zenonis Laodicei 45. c.
Theriaca Philometoris 138. f.
Theriaca adhibetur in remedijs externis 140. f.
Theriaca benedicta quæ 162. c.
Theriaca cœlestis. ibidem.
Theriaca diatessaron regia. ibidem.
Theriaca cur abterit in dissuetudinẽ 163. a. b.
Theriaca cur admittat viperas 163. c. d.
Theriaca Andromachi 205. b.
Theriaca quæ ratione iuuet demorsum à Dipsade 22. g.
Theriacæ ad ictus serpentum 42. g.
Theriacæ Andromachi laudes 222. g.
Theriacæ etymum 145. b.
Theriacæ vsus olim frequens 162. b.
Theriacæ vires quæ, & quot 166. g.
Theriacæ optimæ examen 166. b.
Therionarcha Plinij 28. f.
Thesaurus malorum 397. b.
Thonis quis fuerit 183. d.
Thyrus quid sit 4. c.
Thyria quid 111. b.
Thyites quid sit 51. a.
Tibicinum cantus quid præstet 140. g.
Tinctura viperarum quæ 162. c.
Tormentillæ virtus 45. a. 139. d.
Toxicum Priscorum quid 390. g.
Toxicum quando vitale appellatum 398. b.
Toxicum Priscorum quale 132. g.
Toxici etymum 390. b.
Toxici signa diagnostica 391. c.
Toxici medela 392. f.
Toxici præsidia ex Dioscoride 393. b.
Tragorigani virtus 138. c.
Triptolemi figura qualis 358. f.
Tribuli terrestris vis 139. d.
Tribulus herba fugat serpentes 32. f.
Trifolium serpentibus inimicum 27. d.
Trifolij bituminosi virtus 139. d.
Trischalis quid 172. c.
Tristalis quid sit. ibidem.
Trochisci viperini an differant à Trochiscis Thyri 111. d.
Trochisci viperæ, qua ratione seruentur 165. d.
Trochiscorum viperæ compositio 165. b. c.
Trochiscorum viperæ difficultas soluitur 166. a. b.
Trochilus auis 361. c.
Trophonij antrum vbi 68. f.
Trophonius quis fuerit. ibidem.
Tyberis inundatio 339. b.
Tymbræ ad serpentes valet 34. c.
Tynni animalia 314. g.
Typhonis origo 66. b. 67. a.
Typhonis descriptio 67. c.
Typhonis locus natalis. ibidem.
Typographi comparantur ad Cadmum seretem dentes Draconis 333. d.
Tyrannus aspidi similis 208. f.

V

Vada cæca cur viperæ dicantur 143. c.
Vasa Antiquorum pro seruanda Theriaca, ex qua materia fabrefierent 51. a.
Velleris aurei fabula 332. b.
Venenum denotat veneficium 38. f.
Venenum sumitur pro tinctura 38. g.
Venenum naturale quale 58. b.
Venenum in qua parte serpentis resideat 38. b.
Venenum cur aliquando serius, & aliquando citius necet 39. b.
Venenum Caligulæ quale 39. c.
Venenum detegitur cornu Cerastis 179. c.
Venenum exiccans quale 221. b.
Venenum Scytalis quale 234. g.
Venenum Amphisbænæ quale 240. f.
Venenum Boæ quale 296. e.
Venenum Scolopendræ quale 303. d.
Venenum Draconum quale 319. c.
Venenum Basiliscj, in qua parte resideat 370. c.
Venenum Basiliscj penetrat 371. b.

Ve-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Venenum Basilisci tria symptomata comitantur 371.c.
Venenum scythicum quale 391.a.
Veneni serpentum differentiæ 38.g. 39.c.
Veneni serpentini signa 40.b.
Veneni serpentini medela 41.a.
Veneni serpentini rationalia remedia 41.d.
Veneni vera prouidentia 47.a.
Veneni sepis malitia 192.c.
Veneni Dipsadis qualitas 219.d.
Veneni Hydri natura 281.a.
Venenorum esui an quis assuescere possit 46.b.
Venenorum genera qua 131.a.
Veneficiorum amuletum 376.f.
Venæ sectio in ictu serpentis an conueniat 42.a
Venæ medendi quid sit 328.b.
Veneris effectus quales 226.g.b.
Veneris comparatio ad Dipsadē 226.b.227.a.
Ventus Prester unde dictus 215.b.
Ventorum violentia 407.d.
Ventriculos cor dicitur 184.g.
Vernatio quid sit 10.g.52.g.
Verdiana virgo duos habuit serpentes 90.e.
Veritati mendacium cedit 353.c.
Veteramenta combusta fugant serpentes 33.a.
Vetularum halitus, & intuitus pernitiosus 309.d.
Victo Episcopus horrificum serpentem extinguis 89.c.
Vigo Episcopus magnum serpentem ligat 89.c.
Vigilantia Draconibus attribuitur 320.g.
Vinitor sitibundus a Dipsade percussus 228.f.
Vinum corruptum quomodo corrigatur 163.b.
Vinum medicatum contra serpentes 28.g.
Vini copia quid generet 220.f.
Vini vipersini præparatio 162.c.
Vini commoda quæ sint 226.g.
Vipera Ægyptij marmoris species 51.a. 108.g.
Vipera monoceros vbi 7.c. 168.g.
Vipera serpens maris rubri 108.g.
Vipera est in vepreculis prouerbium 83.d.
Vipera quasi viuipara 109.b.
Vipera nomen unus 108.f.
Vipera per excellentiam dicitur serpens 109.c.
Vipera piscis. ibidem.
Vipera cur calida 117.d.
Vipera cancer minimus. ibidem.
Vipera quo tempore gerat utero 126.b.
Vipera quibus plantis delectetur 122.g.
Vipera montes amat 127.c.
Vipera ex muliere orta 123.d.
Vipera ab hominis ventriculo extracta 130.b.
Vipera inclusa electro 127.c.
Vipera ad morsum vipera remedium 136.b. 138.b.
Vipera quando lethalior 132.b.133.a.128.g.
Vipera S. Charito à morte liberatur 149.d.
Vipera quo remedio necetur spatio semihoræ 138.b.
Vipera quando pingatur cum Cerno 150.b.
Vipera in supplicio parricidij adhibebatur 150.f.
Viipera bicauda 154.e.
Vipera biceps vbi 154.e.
Vipera quis primus in medicamentis vsus 162.g.
Vipera utilis ad prorogandam vitam 155.b.
Vipera cornuta Illyrica 168.g.
Vipera pro antidotis an mas, vel fœmina esse debeat, & si fœmina an prægnans 164.f.g.
Vipera presster 215.c.
Vipera aquinoca 108.f. *Synonyma* 109.a. *Etymum* 109.b. *Differentiæ* 111.c. *Descriptio* 114.e. *Physiognomonica* 117.d. *Mores* 122.e. *sympathia, & antipathia* 122.g. *Coitus, & partus* 123.d. *Locus* 127.a. *Victus* 128.g. *Tēperamentū* 129.a. *Capiēdi, & fugādi ratio* 130.e. *Venenū* 131.a *Veneni signa* 134.e. *Veneni remedia* 136.e. *Epitheta* 142.b. *Denominata* 143.b. *Moralia* 140.c. *Prouerbia* 149.a. *Miracula* 149.d. *Hieroglyphica* 150.c. *Numismata* 151.a. *Emblemata* 151.c. *Phreneschemata* 155.d. *Monstra* 154.e. *Simulacra* 154.g. *Vsus in cibis* 155.a. *Vsus in medicina* 155.d. *Vsus in theriaca* 162.b. *Vsus in variis* 167.a.
Vipera parua qua 197.a.
Vipera sticulosa qua 215.c.
Vipera aquatilis Cardani 277.d.
Viperæ conditiones 109.c.
Viperæ nomine uterq; sexus denotatur 109.c.
Viperæ color qualis 110.f. 112.g.
Viperæ dentium ordo 118.c.
Viperæ dentium numerus 110.g. 117.d. 118.c.
Viperæ maris, & fœminæ morsus differentiæ 111.c.
Viperæ maris descriptio 114.e.
Viperæ descriptio ad mentem Galeni 114.g.
Viperæ maris icon 115.
Viperæ fœminæ icon 116.
Viperæ pulmo qualis 118.g.
Viperæ intestina qualia 118.b.
Viperæ fœminæ genitalia 119.b.
Viperæ maris partium internarum icon 120.
Viperæ fœminæ partium internarum icon 121.
Viperæ odor qualis 112.e.f.
Viperæ, & murænæ amicitia 122.g.
Viperæ, & mulieris grauidæ antipathia 122.b.
Viperæ moribus inuisæ 122.b.
Viperæ, & ieiunij odium 123.b.
Viperæ, & ossifragæ dimicatio 123.a.
Viperæ partus falsa opinio 125.a.b.c.d.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Viperæ & scorpionis dissensus 123.b.
Viperæ catulorum numerus 126.g.
Viperæ partus qualis 124.b.
Viperæ catulorum ordo in partu 126.b.
Viperæ fœtura qualis 126.f.
Viperæ, & picæ pugna 128.b.
Viperæ ictu naufragus periit 127.d.
Viperæ potus qualis 128.b.
Viperæ vbi hyeme delitescant 128.e.f.
Viperæ virus quale 131.c.
Viperæ ova cur non sint dari putaminis 129.a.
Viperæ venenū non oritur ab extrinseco 131.d.
Viperæ fel quando venenosum 131.c.
Viperæ ictus vbi non lethalis 132.d.
Viperæ morsus lethaliter lædit 131.d.132.e.
Viperæ caput appensum ad quid 155.d.
Viperæ carnibus qui vescantur 155.a.
Viperæ hepar in edulijs 156.e.
Viperæ caro quomodo cõdienda pro cibis 155.b.
Viperæ ossa quid præstent 156.e.
Viperæ pinguedinis præparatio 156.a.
Viperæ carnis virtus 157.a.b.
Viperæ nigriores quæ 161.b.
Viperæ dissectæ pro theriaca, qua ratione dignoscantur an bonæ sint 165.a.
Viperæ fel in morbis oculorum 156.e.
Viperæ ext. ain morsu viperæ laudantur 156.e.
Viperæ spolij virtus 156.e.
Viperæ pulueris præparatio 159.e.
Viperæ decoctio ad quid 162.g.
Viperæ cauda, & caput cur abijciatur 164.b.
Viperarum cognitio cur aliquando fuit ignota 163.b.
Viperarum magnitudo qualis 113.a.
Viperarum congressus qualis 124.f.
Viperarum capiendarum tempus 164.e.
Viperarum, & murænarum congressus an detur 124.g.b.
Viperarum generatio qualis 123.d.
Viperarum esus cur sitim generet 129.e.
Viperarum cerebri quantitas 117.d.
Viperarum iecoris figura 118.g.
Viperarum cordis motus 118.g.
Viperarum stomachi locus 118.g. (119.a.
Viperarum partes genitales quales, & quæ
Viperarum lumbrici 118.b.
Viperaria quæ, & ad quid 137.c.144.f.
Viperarius quis 143.b.d.
Viperæum genus quod 143.b.
Vir iustus comparatur Smaragdo 146.e.
Virgo marina quæ 418.e.
Viri iusti cur Serpentes dicti 72.g.
Viri inobedientis hieroglyphicum 210.b.
Virtutis acquirendæ phrenoschema 347.a.
Vita quomodo prorogetur 156.g.
Vitam longam, qui auxerint 156.b.
Vitis aduersatur amphisbænæ 242.a.
Viris nigra fugat Serpentes 32.f.
Vitex arcet serpentes 28.e.
Viticis dantur tres differentiæ 35.a.
Vitrium cum ophite confundit Galenus 51.b.
Vlceris maligni remedia 157.a.
Vlcus sanatum à serpente 95.d.
Vnguentum Circulatorum pro captura viperarum 130.g.
Vnguentum pro manibus ne lædatur à serpentibus 29.c.
Vnguentum ad morsus serpentum 36.e.
Vnguentum ex viperis 167.b.
Voluptatum contemptus 72.f.
Voluptatem vincere est voluptas 82.b
Voluptas, & dolor cur simul iungantur 152.g.
Voluptatis lasciuæ descriptio 235.b.
Voluptatis lasciuæ comparatio ad meretricem 235.c.
Voluptas similis Amphisbænæ 242.c.
Voluptates dicuntur Sirenæ 425.d.
Vomitus vbi prouocandus 222.b.
Vomitus quando conueniat 268.e.
Voragines maris quales 418.f.
Vrsus animal 362.g.
Vrinæ humanæ virtus 137.b.43.b.
Vrinæ impubium ad quid 203.b.
Vrtica ad quid 45.a. 34.f.
Vsurarij Pythones dicuntur 384.b.
Vtrimq; grada animal 236.b.
Vulpes anguibus amica 28.b.
Vulcani antistes sanabat faucios ab anguibus 41.a.
Vulturis iecur ad quid 31.d.
Vultures inimici Serpentibus 25.c.
Vxor mala viperæ comparatur 152.g.

Z

Zopyria antidotus 45.c.
Zoili dicuntur serpentes 82.g.

Græ-

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX:
Græca noua, & vetera.

A

Αγκήλομπτης 331.b.
αγριος 361.a.
αδευκὴς 331.a.
αἱμορρόος 171.d.
αἱμορρόυς 179.d.
ἄιμα 67.c.
αιματοπὸὺς 330.f.
αἱμοβόρος 331.a.
αἱματίβορος 331.a.
αιματοφόὺς 331.b.
αἰδοῦ 396.f.
αιὲς 47.c.
αἰολος 47.b.
αιλιακάπος 330.g.
αἰλίμορος 396.f.
αἰκισπὴὰς 252.g.253.a.
αἰκισπίλη 253.a.
αἰκισπίζος 253.a.
αλκιβιαδὴς 50.c.
αμαιμαχετὸς 331.a.
ἄμμος 167.c.
αμμοδὴτης 167.d.
αμμοδύὸτης 167.d.
ἀμμοβάτης 167.d.215.c.
αμφιθαίνα 236.b.
αμφισμαινα 236.b.
αμφίσθαινα 237.a.
ἀπὸδὸς 49.c.
αρχὰς 47.f.331.b.
ἀρχὰς 47.f.
ἀρχὴς 47.g.
αρχικακος 47.c.
αὐπὴς 197.b.
αὐτιπόδακτος 206.f.
αὐτοδαφορος 206.f.

B

Βασιλευς 361.c.362.c.
βασιλισσος 362.c.
βλεσσυρὸς 331.a.
βλοσυρωπὸς 330.g.
βοὰ 295.b.
βουαρος 331.a.
βοροτολογος 331.a.
βὸὰ 295.a.

γ

γελὰειν 145.b.
γενεὴς 331.b.
γλαυκὼπις 47.b.330.b.
γλαυκο πὶς 47.c.
γοργωπὸς 47.c.

Δ

Δασπλὴς 331.a.
δεμνὸς 47.c.
δερὴ 123.a.
δέρκω 314.f.
δηλήμων 47.d.
δηλακιδὴης 145.b.
διφυὴς 80.g.
δὶψὰς 214.f.215.c.
δὶψαχὸς 214.f.
δολιχὸς 47.b.
δόρη 252.g.
δρακὼν 314.f.
δρακωνθαλάσσιος 312.f.
δρακαπαινα 312.f
δρακαινὶδὲς 327.d.
δρύινος 259.d.
δρύινα 259.d.
δὸὺ 159.a.260.c.
δὸὺη 95.a.
δὺνη 95.c.
δὺκικὸς 295.c.

E

Εκατογκέφαλος 396.f.
ἔλεος 49.c.
ἕλκω 263.d.
ελὸὺ 65.c.
ἕλκω 65.d.
ἕλλὸὺ 65.d.
ελεφαντίας 331.b.
ἔμβρυα 49.b.
ἔνυδρος 277.a.
ἔνυδρις 277.a.
ἐπταπύλος 387.b.
ἕρπετα 249.3.b.
ἑρπὴν 2.g.
ἑρπητὸν 48.c.
ἑρπυστὴς 331.a.
ἕρις 109.d.
ἕρις φοὴν 142.b.& 331.a.
ἐρισίβολος 142.b.
ἔρὸὺν 501.c.144.f.
ἐρίτιμος 144.g.
ἐρὼὴς 143.b.
ἐρίδια 108.g.
ἐρίδια μιξοπάρθενος 108.b.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

ἐχιδνα ϕολάς 143.a.
ἐχίδνιον 143.d.
ἐχείδιον 143.d.
ἐχίδριον 144.g.
ἐχιδναῖας 145.a.
ἐχιόδηκτος 145.a.

θ

θαλάσσια 4.b.
θηρίον 111.a.
θηρία 4.e.
θηρία ἰοβόλα 148.b.
θηριακὰ 4.e.
θηριακὴ ἀντίδοτος 4.f.
θηροτροφος 330.b.
θηροτύφος 331.a.

I

Ιοβόλος 47.d. & 330.b.

κ

καχῦργος 47.d.
κάλλιπαρηος 268.b.
κἀρδαμον 252.e.
καρορὺς 277.a.
καῦσος 214.b.
κεγχρίας 168.e.247.d.
κεγχρίτης 168.e.247.d.
κέγχρος 247.a.
κέγχρις 247.a.
κεγχρίνης. ibidem.
κέντρα 168.f.
κεραστὴς 171.b.d.
κηροτροφος 47.d.
κηώδαλα 4.b.
κολόβη 110.g.
κραυόμος 330.b.
κρατερὸς 331.a.
κωφίας 244.e.

M

Μελάνουρος 215.e.
μιλτοπάρηος 268.d.
μολυρὶς 7.b.
μυόδηρ ὄφις 48.e.
μυσαγρος 292.e.
μυρίοκρατος 396.f.

O

Οικυρὸς 331.a.
ὀλκήρης 47.b.
ὀλεὸς 47.d.331.a.
ὀλοόφρων 396.f.
ὀ῎ϊσχος 22.g.
ὀ῎νος 22.g.
ὀ῎ατομαι 4.f.
ὀ῎ρειος 231.b.
ὀ῎ρσὴ 287.e.
ὀρφιας. ibidem.
ὀ῾υλόμενος 331.a.47.d.
ὄφις 2.b.3.a.
ὄφις θαλάσσιος 296.f.312.g.
ὀφίουρος 330.g.49.e.
ὀφιακὸς 54.e.
ὀφιδχος 5.b
ὀφιδὶ 4.f.
ὀφείδιον 49.a.
ὀφιόεσσος 49.b.
ὀφίασις 3.a.
ὀφιοκτονὸς 4.g.48.f.
ὀφιοβόλος 48.f.
ὀφιόδηκτος 48.f.
ὀφιογενης 48.b.
ὀφιοβόρος 49.a.
ὀφιώδης 49.b.52.a.
ὀφιόπους 49.c.
ὀφιοφάγος 49.e.
ὀφιομαχὴς 49.d.
ὀφιώδια 52.b.
ὀφέος κεφαλὴ 53.a.
ὀφεωκεφύλη 50.f.

π

παρεία 268 f.b.
παρὰα 268.b.
πανακμελικτος 331.a.
πελώριος 331.a.
πεῖρα 381.b.
πέλωρος 47.e.
πεντηκοντακέφαλος 387.b
πέρχνὸς 143.a.
πικρος 47.e.
πτοοθήρις 108.g.
ποικίλος 47.b.330.g.
ποικιλόθειρος 143.a.
ποικιλοπόρος 330.g.
πολυκρανος
πολυκάρηνος 396.f.
πολυδειρὰς 396.f.
πολυφόνος 396.g.
πουλυκάρηνος 48.e.
πρασβὺς 361.e.
πρηστὴρ 215.b.
πτύαδες 194.b.
πύθων 48.e.377.a.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

πυθιὰς βοὴ 381.e.
πυθομάντις 380.g.
πύθαυλης 380.g.
πυθίονικος 380.b.
πυθόχρηστος 380.b.
πυθόληπτος. ibidem.
πυρρίας 48.e. 269.a.
πυρφόρος 331.b.
πυροφόρος. ibidem.

Ρ

Ῥίζα ὀφιώδης 55.a.

Σ

Σαυρὸς 6.f.
σαῦρα 143.c.
σαρκοφάγια 16.b.
σαὶ 187.a.
σηπεδὼν 187.b.
σκολιὸς 47 b. 330.g.
σκολόσωτορα θαλάττια 302.g
σκόλοψ 302.g.
σκυτάλη 230.e. 231.b.
σκυταλίδες 230.e.
σκυτάλιον 230.f.
σκυτάριον. ibidem.
σκυτάριον. ibidem.
σκύτος 231.b.
σμερδαλίος 330.g.
στίαρ ἱρωστὶ 107.a.
σύφαρ 52.g.
συρικτὴς 331.a.
σωσίπολις 96.g.

Τ

Τετράλικτος ὄφις 47.b.
τρισσὸς 306.f.
τριττὸς 306.g.
τροχίλος 361.e.

Υ

ὑδρὰ 386.g.
ὕδρος 277.a. 386.g.
ὑδραλὶς 277.a.

Φ

φιλοσάφυλον 50.f.
φρυγὲς 48.e.

Χ

χαλιδονία 194.b.
χάλυβος 260.e.
χάλυς 260.e.
χερσαία 194.b.
χέρσυδρος 277.a.
χθόνιος ὄφις 47.c.

Ψ

ψάμμος 167.e.
ψαμμοδύτης 167.d.
ψόλος 143.a.
ψυχρὸς 47.d.

Ω

ὠμηστὴς 47.c. 330.b.
ωστόκος ὄφις 48.e.

Hebraica.

A
Akschuh 193.c.
B
Bethara 53.a.
C
Charamam 362.b.
L
Leuiathan 4.b.
N
Nachasch 4.b.
O
Oach 314.g.
Ochim. ibidem.
P
Pethen 193.c. 362.g.
S
Sebephiphon 4.g. 172.e.
T
Thaninim 4.b. 314.g.
Thannin. ibidem.
Z
Zipheoni 193.a.
Zepha 277.d.

Arabica.

A
Alttaras 253.b. 418.g.
Albedisimon Persin 314.g
Albastras. ibidem.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

C

Carmen 314.g.
Cerastes 172.e.
Chersezati 253.b.

G

Geluc 52.b.
Genlut. ibidem.
Guasseuabras 306.g.

H

Haie 4.b.
Hadare. ibidem.
Harem 314.g.
Helsir 187.e.

L

Labane 111.a.

S

Sabrin 180.g.
Seiniar 139.e.
Selsir 187.e.
Semabras 306.g.
Sisetatis 231.e.

V

Vesga 312.g.

Gallica.

B

Basilic 362.g.

D

Doublemarcheur 237.a.
Dragon 314.b.

O

On serpent cornu 172.f.

V

Vn serpent 4.b.
Vn aspic 193.c.
Vne Ceraste 172.f.
Vipere 111.a.

Hispanica.

B

Basilisco 362.g.
Bicha 111.a.
Binora 111.a. 193.c.

C

Corso 139.b.

D

Dragonera 53.a.

E

Escurço 112.b.

P

Pelle della Culebre 52.b.

S

Scorçone 287.d.
Scorzonera 287.d.
Sierpe 4.b.

Germanica.

B

Baggen 269.b.
Eick natern 287.d.
Blinden selych.ri 244.f.
Branatschlangen 111.b.

E

Ein schlang. 4.b.
Ein schlangen haut 52.b.
Ein Nater sotter 111.b.
Ein B. Cn nater. ibidem.
Ein Geehyrnte schlang. 172.f.
Ein schlang genannt 193.c.
Ein seyfft oder angel schlang 257.c.
Ein baggen schlang 269.b.
Ein erit schlengle 262.g.
Ein stinck schlang 260.f.
Ein eysch schlang 260.f.

L

Lindmurm 314.b.

N

Nater 278.c.
Nater n 287.d.

V

Viper nater 111.b.

Polonica.

V

Vuodnyuuiz 278.c.

Belgica.

S

Schucken 287.d.

Anglica.

S

Sandlik 367.c.
Slan vnorm 244.f.

V

Vuater ader 278.c.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

INDEX.

Indica.

Boiquatrara 306.b.

C

Copaibas 44.f.

P

Picietbl 130.f.

Italica.

A

Aſpide 193.c.
Aſpido tormenta 195.a.
Anza 266.g.269.c.

B

Baſiliſco 362.g.
Biſſia 5.a.
Biſſia angela 6 h.269.c.
Biſſa orbala 244.f.
Biſſa bona 269.b.

C

Cecella 244.f.
Ceraſte 172.f.
Ceruone 266.g.
Ceruera 266.f.
Ceſia 244.f.
Cuſſo 6.b.

D

Draga 314.b.
Dragone.ibidem.
Duca 361.c.

L

Lucignola 244.f.

M

Magaraſſo 110.g.193.c.
Maraſſo d'acqua 278.c.
Milort 112.g.
Magnanazzo 287.d.

O

Orbiga 244.f.
Orbighina.ibidem.

P

Papazino 361.c.

R

Rubello 295.a.

S

Saettone 253.c.
Sagittari 253.c.
Scorzone 5.a.110.b.
Serpe 5.a.
Serpente.ibidem.

Nomina barbara.

Ageſtim 5.a.
Apartias.ibidem.
Atuſſ.ibidem.
Tenſtu.ibidem.
Teſthu.ibidem.

FINIS.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

Errata ſic corrigantur.

Pag.2.g.ſumitur.l.ſumatur. pag.5.b.confectus fuit.l.confectum fuit. pag 6.f.aereis.l.æreis. pag 6.g.Dry-
nus l Dryinus. pag.8.f.atterrantur.l.atterantur. pag.9.a.in teſtinum canino.l.inteſtino canino. pag.9.b.
ſe is l ſellis. pag.9.d.citis felis. l.cyſtis felis. pag.12.h.accedere. l.accidere. pag 18.g murenas. l.murenas.
pag.20.a.exarratum.l exaratum. pag 21.b. redundantum l.redundantem. pag.22.h.in termedio.l. interno-
dio. pag.27 b.pororſus.l.prorſus. pag.29.d.ſtepitu.l ſtrepitu. pag. 40.g.in carminibus Nicandri,artibus.l.ar-
rubus. pag 35 c.foljs Potri.l.fol js Porri. pag.35 d.in carminibus Nicandri,inuaſyris artus.l inunxeris artus.
pag.37.b.in carmin bus Ouidij,aduco.l.aduncо. pag.37.d læthaljter.'lethaliter. pag.38 g lætnalia.l.lethalia.
pag.43.d.Toxia l toxica. Ibidem a.in margine indicium veneni ſuperat.l.indicium veneni ſuperati. Ibidem
c.in margine. ſi.nus ſu.ijos l.ſi mus ſuillus. pag.44.c.in marg muranc.l muræna pag.44.g.adrantum l.adian-
tum. pag.45.c.in margine theriacæ Andromachi viris.l.theriacæ Andromachi vires. pag.45.b.chamælon.
l chamæleon. pag.46.h.ſerpentipus.l.ſerpentibus. pag.47.a.in carminibus Martialis,porto.l.poto ibidem h.
in carmine Ouidij Acpyias.l Harpyias. ibidem.h ob quemdam cum ſerpentibus familiaritatem l ob quam-
dam cum ſerpentibus familiaritatem. pag.47.b Huc.l.Hac. pag.47.c calidum.l.callidum. pag.50.c.Brun-
felſio.l.Brunfelſio. pag.51.a.lithotom. l.lithotomi. pag.52 a fuiſe.l.fuiſſe. pag.53. c. in carminibus Ouidij
ſubſtulit l ſuſtulit. pag 56 h in carminibus Ouid.l.ſpecata l.properata. pag.57 c.ariolati ſunt. l.hariolati
ſunt. pag 58.g Mattis.l.Martis. pag.62.c in margine. Cerber. l.Cerberi. pag 64.e bacilo. l.bacillo. ibidem.
ariolatus. l. harriolatus. pag.65.c. ſeparat. l.ſeparat. pag 68.f. Beotiæ. l.Bæotiæ. pag.70 g in marg Gneus.
l.Aeneus. pag.74.h.in marg ſimilis.l.ſimiles. pag.78.i.e.t mæretrix l.meretrix. pag.76 g.felicem l.fælicem.
pag.79.b.craſſante.l.graſſante. pag 80.e.tibridis. l.tybridis. pag 80.f ſeruatorum.l.Seruatorem. pag 81.a.
interum pinum l inſertam pinum. pag.81.d Achin. l.Achiu. pag.82.c.quæ i quia. pag 83.a.carethere.
l.charactere. pag.84 h.perhibeatur.l perhibetur. pag.87.d.videntur.l.videtur. pag.92 g.de ſumpſerunt.l de-
ſumpſerunt. pag.94.b.Triptolemeus l Triptolemus. ibidem. Triptolemei l. Triptolemi. pag 95.c.ſpira ma-
nibus l.ſpira tanquam manibus. pag.96.f.craſſante.l graſſante. ibidem. parian.l.pa iant. pag 90.f.Arcons.l.Ha-
riolis pag.97.b.interremptis l interemptis. pag 99.a.girum l.gy um. pag 99.b craſſante. l graſſante. Ibid.
corporeis.corpora. ibidem.d Tiberis. l Tyberis. ibidem Orbem.l Vrbem pag.100. f.vtrimq.l.vtriq. pag.
200.g Botios.l Bæotios. pag 100 h in margine Democrat s l Democratiæ. pag.101.d leua.l læua. pag.101.
c.in margine purgatur l purgatur pag 102.c fraudolentus.l. fraudulentus. ibidem. tradit.l.trahit. pag 102.
f.murena l.muræna. pag 105 a.querimonia.l.querimonia ibidem. deſcendere.l diſcedere. pag 103.d pæ-
nes.l.penès. pag.105.a.hemorrhoidum.l.hæmorrhoidum pag 105.c.auferruntur.l.auferuntur. pag 105.a.
in margine.valeat.l.valeat. pag.105.c.manna.l.manè pag 107.b.in margine, nugamento.l.nugamenta. pag
107.d.ſi ſupra menſam collocatus fuerit. ibidem. adeſt.l.aderit. pag. 111.a τηρὸς ſeu τηρίον. l.ὠαρὸς ſeu ὠάριον
pag.123.b.in margine. Paris.l. Pariæ. pag 128.g.coxa l.coxa. pag.130.h.in margine necans. l.necatus. pag
133.a.læ.næ l.leænæ ibidem lea.l.læua. pag.134 g aeris l æris pag 134 h.amethiſtnum.l amethiſtinum.pag
138.f.ve.ſibus. l verſibus. pag.138.h. lapis theramenes. l.lapis theamedes. pag.139.b.baccæ.l.baccæ lauri
pag 139 c.in margine Araſtæ.l.Acoſtæ ibidem. valeri.l.valere. pag 140.in margine ſymfonia.l.ſymphonia
pag. 141. c. educant. l.educatur. pag. 141.d. illis bono effectu in dies. l.illis bono effect, qui in dies. pag 143.a
ψόγος l ψόλος. pag. 144.f procreet l.procreetur. pag 145.c. τηρ.l. θηρ. pag 146 g Ledens.l.Lædens. pag
150.e.in margine mæretricis. l.meretricis. pag.156.c.in margine. ſuſpectam l.ſuſpectum. pag 156.e.dere
runtur.l deferantur. pag 157.d.pœnitus l.penitus. pag.163. a. Caeno. l Gaeno. ibidem careret l.careret
pag.163.b medica l medicam. pag.163 a.in margine venus the. l verus theriacæ. pag.165. d.Vtinum l.Vi
trum. pag 166. g. Aij. l. Aliæ pag.167. a. concinnari. l. concinnare. pag.181.b adherentes. l. adhærentes
pag.187.d quòd l.quem. pag.193.d.quales nam l.qualeinam. pag 2.1.b. quæreias. l quereias. pag 221.c
cumulis l.cumulus. pag. 228.g iacit. l. iacet. pag 229 c.Aethyopge. l. Aethiope. ibidem.d.Scyrulæ l Situlæ
pag.235.b.petulia.l.petulca. pag.236. h.vtrinq. l.vtrinq. pag.236.h. Amphicæphaion. l.Amphiceph.or
pag.259.a.in margine. ſuffuſiones. l.ad ſuffuſiones. pag.265. c. opere pretium. l.operæ pretium. pag.277.c
Echydnæ.l.echidnæ. ibidem. interpetes l.interpretes. pag 288.c.pænes. l.penès. ibid. g.apume. l.apprimè
ibidem.h.ſepelliatur.l.ſepeliatur. pag.297.c.in margine. quales.l.qualis. pag 312.g. ὑπαλοσκοπεῖ.l.ὑπαλοσκο
pag.314.a.Syrenas.l.Sirenas. pag.318.f.à vultu.l.vultu. pag.320.h.ſibilat, tortol ſibilat, & torto. pag 323.l
in margine letifer.l.lethifer. pag.330 h.τηκάτροφος. l. θηροτρόφος. pag.340 g Draco. l.Caro. pag 350.Vcni
feris. l.Vexilliferi. pag.354.g. in margine Phæton. l.Phaeton. pag.367. c. ietamine. l. lætamine. pag 377.c
πύτων. l. πύθων. pag 377.c.vorant. l.vocant. pag 380.g.oraculum de tutela loci conſuleretur, cum reſpon-
diſſe perhibetur.l.cum oraculum de tutela loci conſuleretur, reſpondiſſe perhibetur. pag 384. f. in margine
luxuri.. s.l.luxurioſus. pag.392.f.in margine coſtocaſſion. l colocaſſion. pag.393.d.in margine venus l.ve
rus. pag.396 μορίοκραλος. l. μορίοκρανος pag 397.d.in margine ſophiſtæ.l.ſophiſtæ pag.409.a.in marg Hip
pel pos. Hippelaphos. pag.425.c.ſubdola Sirena.l.ſubdola Siren. pag.426.h.in margine Syren.l.Siren.

Digitized by Google

www.libtool.com.cn

REGISTRVM.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc
Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq.

Omnes sunt Terniones, præter Nn, & Qq, quæ sunt Duerniones.

BONONIÆ M.DC.XXXIX.
Ex Typographia Clementis Ferronij. Superiorum permissu.

Sumptibus Marci Antonij Berniæ.

Digitized by Google